11. *Deus summe sanctus.* — Deo non competit perversitas neque fallacia; Tertullianus, II, 166. Deus non est causa peccati; *ibid.*, 296. Solus Deus est sine peccato; *ibid.*, 720. — Deus non est auctor mali; Arnobius, V, 895, 897. — Dei sanctitas humanis auxiliis non se subtrahit; S. Hilarius. IX, 862. — Sine peccato est; S. Ambrosius, XVI, 808. Apud Dominum omnium virtutum abundantia est; *ibid.*, 1394. Nihil pretiosius invenimus, quo Deum prædicare possimus, nisi ut sanctum appellemus; *ibid.*, 803. Quomodo in Deo ira sit et indignatio; id., XVII, 65. — Solus Deus verax est, omnis homo mendax; S. Hieronymus, XXIII, 581. Solus Deus est sine peccato; *ibid.*, 561. — Deus est auctor nullius peccati vel levissimi; S. Augustinus, XXXVII, 1397. — Deus peccare non potest; Eugyppius, LXII, 818. Deus lux est; *ibid.*, 687. — Solus Deus est sanctus, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 61. Quomodo Deus cor obduret, quin sit causa peccati; Alcuinus, C, 919. — Quomodo Deus sit causa peccati; Rabanus Maurus, CVIII, 1117. — Deus est intentator malorum; B. Servatus, CXIX, 636. — Deus est Deus veritatis; S. Bruno Herbip , CXLII, 135. Deus non est auctor mali; S. Bruno Carth., CLII, 640, 643; Deus non potest creaturis inquinari; V. Guibertus, CLVI, 484. — Deus est summa veritas; S. Anselmus Cant., CLVIII, 167. — Deus est solus sanctus, bonus, justus; Guillelmus, CLXXXIV, 1202. — Deus auctor malorum non est; Petrus Lombardus, CXCI, 949.

12. *Deus summe misericors.* — Dei misericordia et patientia, quænam sint; Lactantius, VII, 137.— Deus præcipue ob misericordiam est laudandus; S. Hilarius, IX, 861. Dei misericordia et patientia, quænam sint; *ibid.*, 560. Dei justitia per misericordiam non excidit; *ibid.*, 860. — Quomodo misericordia Dei plena sit terra; S. Ambrosius, XIV, 911. Tria in Deo ordinem temporum præteritum, præsens et futurum custodiunt, bonitas, misericordia, justitia; id., XVII, 1005. — Absconditur Dei misericordia et ira demonstratur, ut homines peccare desistant; S Hieronymus, XXIV, 210. Deus natura sua est misericors; *ibid.*, 1117. — Concordia justitiæ et misericordiæ Dei; S. Augustinus, XXXIV, 134. Dei misericordia præveniens est et subsequens; id., XXXIX, 1650. — Deus misericors est et justus; S. Prosper Aquit., LI, 413; S. Fulgentius Rusp., LXV, 618. — Dei misericordia et pietas ubique in Scripturis prædicatur; S. Fulgentius Rusp., LXV, 168. Solus Deus per essentiam misericors et miserator et patiens; Cassiodorus, LXX, 721. — Dei misericordia, quæ sit; S. Gregorius Magnus, LXXVII, 104. — Deus est justus et misericors; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 88. — Quod nemo possit salvari nisi ex præcedenti et subsequenti misericordia Dei; S. Hildefonsus Tolet., XCVI, 187. — Deus nunquam misericordiæ suæ obliviscitur; Rabanus Maurus, CXII, 1115. — Dei misericordia, quænam sit; Servatus Lupus, CXIX, 628. — Deus, quare misericors est; Guibertus. CLVI, 837. — Misericordia Dei et justitia; Goffridus, CLVII, 184; S. Anselmus Cant., CLVIII, 735.

V. — *De Deo Creatore.*

Vide Indicem *de creatione*.

VI. — *De Providentia Dei.*

Vide specialem Indicem *de Providentia*.

VII. — *De Præscientia Dei.*

Deus neque damnat judicia sua præterita, nec ignorat futura; Tertullianus, II, 311. — Deo futura pro factis sunt; S. Hilarius, IX, 661. Deus quomodo cognoscat aut ignoret futura; *ibid.*, 260. Præscientia Dei; *ibid.*, 449. Proprium Deo est futura cognoscere; id., X, 330. — Dei proprium est scire transacta et nosse futura; S. Zeno, XI, 463. — Deo omnia præsentia quæ futura sunt, et manifesta quæ latent; S. Ambrosius, XIV, 958. Apud Deum

nihil est quod futurum dicatur, id., XVII, 260. Præscientia Dei quænam sit; *ibid.*, 134. Justum est judicium præscientia Dei; *ibid.*, 136. Deus de justitia judicat, non de præscientia; *ibid.*, 134. Quomodo Deus eos prædestinaverit qui salvantur; *ibid.*, 427. Deus Paulum persequentem elegit, præscius quod futurus esset bonus; *ibid.*, 136. — Dei præscientia non fallitur; S. Gaudentius, XX, 864. — Præscientia Dei, quænam sit; S. Hieronymus, XXIII, 415. Futurorum scientia solius Dei est; id., XXV, 499. — Dei præscientia quomodo liberam voluntatem peccantibus non auferat; S. Augustinus, XXXII, 1272. Dei præscientia non efficit ut non libera voluntate peccemus; *ibid.*, 1273. Deus prænoscens non cogit ad peccandum, et ideo peccata juste punit; *ibid*, 1275. Deus novit omnia incommutabiliter; id., XXXIV, 334. Deus nihil facit quod non ab æterno se facturum esse præscivit; id., XXXVII, 1416. Apud Deum omne præsens est; id., XL, 15. Qualis in Deo scientia sit et præscientia; *ibid.*, 136. Dei quæ fuerit voluntas erga salutem Adami quem peccaturum præscierat; *ibid.*, 281. Deus præscientia, præterita, futura immutabiliter videt; id., XLI, 334. Præscientia Dei sicut et sententia certa est et fixa; *ibid.*, 472. Præscientia Dei futura prænoscit; id., XLIV, 845. — Dei præscientia omnia tempora complectitur; S. Prosper Aquitanus, LI, 718. Dei præscientia non necessitat voluntatem; *ibid.*, 719. — Apud Deum solum est notitia futurorum; S. Maximus Taurin., LVII, 258. — Præscientia Dei nec ad justa nec ad contraria humanas violenter urget voluntates; Faustus Rheg., LVIII, 815. In Deo, aliud est præscire, aliud prædestinare; *ibid.*, 816. — Deus cur creavit hominem quem præsciebat prævaricaturum; Eugyppius, LXII, 637. Dei præscientia vera est et incommutabilis; S. Fulgentius Rusp., LXV, 610. In Deo solo est earum rerum præscientia quæ veræ futuræ sunt, non earum quæ futuræ non sunt, *ibid.*, 610. Peccata hominum cuncta præscivit Deus; *id.*, 175. Ad prædestinationem Dei quænam pertineant; *ibid.*, 654. — Nihil novum contra præscientiam Dei evenit; Cassiodorus, LXX, 764. Facta nostra et cogitationes, etiam antequam exsistamus, agnoscit; *ibid.*, 984. Per præscientiam Deus nos discernit et quomodo; *ibid*, 592. — Deus ab æterno futura vidit et decrevit; S. Gregorius Magnus, LXXV, 986. In præscientia Dei tempora cujusque vitæ immobiliter sunt præfixa; *ibid.*, 1013. Res non ideo videntur a Deo, quia sunt; sed ideo sunt, quia videntur; id, LXXVI, 163. Præscientiæ divinæ certitudo; id., LXXIX, 593. Prædestinationis divinæ certitudo; *ibid.*, 393. — Deus futura prævidens, quasi jam perfecta laudat; Rabanus Maurus, CVII. Deus ideo non loquitur, ut quid fiat, sed quia futurum est, ideo prædicit; id., CXI, 865. — Præscientia et prædestinatio Dei sempiterna est et incommutabilis; S. Remigius Lugd., CXXI, 989. Prædestinatio Dei nulli necessitatem ad malum imponit; *ibid.*, 995. — Deus omnia novit antequam fiant; Ratherius Veron., CXXXVI, 325. Dei præscientia, quænam sit; *ibid.*, 702 — De prævidentia et providentia Dei; Ivo Carnot., CLXI, 71, 75, 76. — Deo nihil futurum, nihilque præteritum; Richardus de S. Victore, CXCVI, 101.

VIII. — *Libri de Deo tractantes.*

Liber de ira Dei; Lactantius, VII, 80. — Liber de Unitate Dei; S. Augustinus, XLII, 1193 De Essentia divinitatis liber unus; *ibid.*, 1200. — Conflictus de Deo trino et uno; Arnobius junior, LIII, 259. — Carmen de Deo; Dracontius, LX, 679. — Sententia catholica de Unitate Dei; Boetius, LXIV, 1249. — De divinitatis essentia Monologium; S. Anselmus Cant., CLVIII, 142. Alloquium de Dei exsistentia; *ibid.*, 224. — Tractatus de concordia præscientiæ et prædestinationis necnon gratiæ Dei cum libero arbitrio; *ibid.*, 507. Liber de voluntate Dei; *ibid.*, 581.

XXX.

INDEX DE DEO TRINO,

VEL DE TRINITATE,

ORDINE LOGICO DISPOSITUS, ET QUÆCUNQUE DE HOC MYSTERIO SCRIPSERE PATRES OB OCULOS PONENS.

MONITUM.

In hoc indice varias referimus Patrum sententias de notione et exsistentia SS. Trinitatis, et de tribus personis divinis, scilicet de Patre, de Filio et de Spiritu sancto. Varios præterea enumeramus circa illud mysterium errores, et libros quibus Patres illos refellere conati sunt. Sicut in indice præcedenti, in quocunque capite ordinem sequimur Patrologiæ chronologicum.

I. — *Notio et exsistentia SS. Trinitatis.*

Trinitatis distinctionem et demonstrationem Scripturæ omnes ostendunt; Tertullianus, II, 166. Trinitas rationaliter expensa, veritatem constituit, *ibid.*, 158. In Trinitate unitas disponitur, tres non statu, sed gradu, non substantia, sed forma, nec potestate sed specie, unius autem substantiæ et unius potestatis, *ibid.*, 157. — Trinitatis sacramentum in novissimis temporibus manifestatum; S. Cyprianus, IV, 915. Tres unum sunt, *ibid.*, 366. — Tres divinæ personæ propter naturæ Unitatem sunt inseparabiles; S. Dionysius, V, 108. — Trinitatis mysterium occultum erat Judæis; S. Hilarius, X, 147. Ineffabile et incomprehensibile, *ibid.*, 53. Trinitatis notitia sufficienter in baptismo tradita, *ibid.*, 49. Trinitatis mysterium explicare ac tueri semper solliciti fuerunt apostolici viri, *ibid.*, 652. Trinitatis apud Orientales quosdam falsa nuncupatio, *ibid.*, 656. — Trinitatis nomina, quid; S. Optatus Milev., XI, 911, 962. Tres personæ initio Genesis designantur, *ibid.*, 1047. — Trinitas distinctionem significat personarum, unitas potestatem; S. Ambrosius, XIV, 963. Evidens testimonium ad probandam Trinitatem coæternam atque perfectam; id., XV, 1625. Qui unius voluntatis Trinitatem asserunt, unius utique asserunt potestatis, *ibid.*, 1036 Licet individua divinitas, distincta persona est, *ibid.*, 1722. In constitutione mundi operatio Trinitatis elucet; id., XIV, 138. Nos Patrem et Filium et Spiritum sanctum confitemur, ita ut in Trinitate perfecta et plenitudo sit divinitatis, et unitas potestatis; id., XVI, 531. Unius et Pater et Filius et Spiritus sanctus et naturæ sunt et scientiæ, *ibid.*, 769. — Trinitatis mysterium; id., XVII, 754. Vocabulum S. Trinitatis grande mysterium et arcanum est, *ibid.*, 522. Trinitatis mysterium ex Apostolo probatur, *ibid.*, 1004. In Trinitate tria nomina et tres personas unius esse essentiæ, unius majestatis atque potentiæ credimus, *ibid.*, 551. Et Unitas in Trinitate et Trinitas in Unitate est, *ibid.*, 514. Trinitatis mysterium in unius Dei natura et potestate clauditur, cum sit immensum, *ibid.*, 245. Pater, Filius et Spiritus sanctus unius sunt dominationis unius deitatis, unius omnipotentiæ, *ibid.*, 804. — In mysterio baptismi Christi apparent tres personæ S. Trinitatis; S. Chromatius, XX, 330, 331. — Trinitatis natura indivisa; S. Gaudentius Brixiæ episcopus, XX, 946. — Patris et Filii et Spiritus sancti una divinitas; S. Hieronymus, XXIII, 170. Trinitatis mysterium ignotum antiquis, *ibid*, 431 Trinitatis unitas quibus doceatur, *ibid*, 120 *seq.* Trinitatis confessio

apud Christianos, *ibid.*, 1090. Confessio Trinitatis, mons sanctus et dogma veritatis; id., XXIV, 541. In mysterio S. Trinitatis nihil est tenebrosum; id., XXV, 1039, 1401. Præclara S. Trinitatis expositio; id., XXVI, 497. — Trinitatis fides exponitur; S. August., XXXVIII, 453. De Trinitate quid fides doceat; id., XLII, 694, 716, 823. 945. De ea quid tenendum, XXXIII, 744, 458; XL, 193; XLIII, 497. Trinitatis explicatio; id., XXXIV, 21. Trinitatis mysterium nec verbis Angelicis explicari potest; id., XL, 659. Trinitas unus Deus; id., XXXV, 1682, 1683; XXXVI, 83; XXXVIII, 64, 453, 614, 620. Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, sed simul omnes unus est Dominus Deus; id., XLII, 741. Trinitas tota unus Deus, non tres dii, aut tres omnipotentes; id., XXXIV, 555. 1059, 1063, 1071. Trinitatis mirabilis simplicitas; id., XXXIII, 745. Totius Trinitatis una est substantia; id., XXXV, 1862. Trinitas unus Dominus, non tres Domini, unus Deus, una substantia, tres personæ; id., XXXVIII, 64, 65.

Trinitatis personæ; id., XXXIII, 1028. Trinitatis personæ nec confuse unum sunt, nec disjuncte tria, *ibid.*, 750. Trinitatis personæ inseparabiles; id., XXXV, 1870, 1871. Personæ Trinitatis proprietatibus et nominibus variis notatæ; id., XXXII, 976, 1077, 1356; XXXIV, 128. Personarum Trinitatis distinctio ex relatione ad alterum; id., XLI, 325. In Trinitate quid relative dicatur; id., XLII, 919. Trinitas non relative dicitur, *ibid.*, 919. Quæ relative dicuntur ad invicem in Trinitate, proprie ad singulas personas pertinent, quod ad se dicuntur singuli, non pluraliter dicuntur tres, *ibid.*, 947. Ut Trinitas, etsi inseparabilis, tamen Trinitas intelligatur, multa de singulis personis separatim dicuntur; id., XXXIII, 744. Trinitas non minor in singulis personis, quam in omnibus, nec major in omnibus quam in singulis, *ibid.*, 750.

Trinitatis coæternitas; id., XLII, 909. Patris et Filii et Spiritus sancti una est virtus, una substantia, una deitas, una majestas, una gloria, *ibid.*, 814 Trinitatis natura immutabilis; id, XXXIV, 389. Trinitas tota invisibilis; id., XLII, 758, 854, 866, 881.

Trinitatis eadem sunt opera; id., XXXVIII, 704. Opera sunt inseparabilia; id., XXXIII, 75, 1745, 878; XXXV, 1357, 1359 *sq.*, 1781, 1902; XXXVIII, 356, 459, 1063; XL, 251, 463, 684; XLII, 308, 686, 691, 694. Trinitatis actus non differentia potestatum, sed operum ineffabilitate, Scriptura sacra metitur, *ibid.*, 697. Trinitatis potestas et operatio individua; id., XXXVIII, 356, 459, 793. Trinitas mundum creavit; id., XXXIV, 232. Omnis creatura a Trinitate habet esse, speciem et ordinem, *ibid.*, 128. Solus Creator Pater, Filius et Spiritus sanctus, trina Unitas, una Trinitas; id., XXXVIII, 986. In hominis creatione ostenditur pluralitas personarum et singularitas divinitatis; *ibid.*, 703. In Trinitate quædam opera ad unam personam pertinere, non tamen sine aliarum cooperatione, *ibid.*, 357, 459, 463

Trinitas in rebus factis repræsentatur; id., XLII, 932. Trinitatis vestigia in creaturis; id., XLI, 300. Trinitas in omnibus operibus Dei insinuatur, *ibid.*, 338. Trinitatis mysterium in Genesi insinuatur; id., XXXII, 847; XXXVIII, 26; XL, 167; XLI, 345.

Trinitatis similitudo in homine; id, XXXVIII, 362; XLI, 339, 342; XXXII, 849. Trinitas in mente quomodo monstrata; id., XLII, 1040, 1044, 1048. Trinitatis imago in memoria, intelligentia et voluntate cujusque, *ibid.*, 1088, 1090. Trinitatis vestigium etiam in exteriore homine, *ibid.*, 983. Trinitatis vestigium in visione, *ibid.*, 985, 991. An et quomodo ex Trinitatibus in homine monstratis ostendatur Trinitas Deus, *ibid.*, 1064, 1065. Trinitas illustratur similitudinibus; id., XL, 189, 658, 692.

Tres sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus sed ipsa Trinitas unus est Deus; S. Prosper Aquit., LI, 490. Nulla disparitas in summa Trinitate, *ibid.* 488.

Trinitatis mysterium explicatur; S. Leo Magnus, LIV, 338, 401 *sq.* In Trinitate distinctio personarum, sed unitas essentiæ, *ibid*, 208. Cur aliqua singulis personis tribuantur, *ibid.*, 401. Trinitatis opera indivisa, *ibid.*, 412.

Trinitatis mysterium quomodo in Basilica a Paulino erecta depictum; S. Paulinus Nolan., LXI, 336. Quomodo expressum in templis, *ibid.*, 880 *sq.* Quomodo illud gentibus prædicaverit Victricius, *ibid.*, 355.

Trinitas ex pluribus locis Scripturæ docetur; Eugyppius, LXII, 654.

Trinitas quid, *ibid.*, 954. Trinitatis similitudines, *ibid.*, 927. — De unita Trinitate deitatis; Vigilius Taps, LXII, 238. De propriis personis, *ibid.*, 246. De unita ac sempiterna substantia Trinitatis, *ibid.*, 268.—Unus Deus Trinitas, tres tamen personæ; S. Fulgentius Rusp., LXV, 574. Una natura in Deo et tres personæ, *ibid.*, 498. Trinitas personarum in Deo Isaiæ revelata, *ibid.*, 204. Testimonia de Trinitate, *ibid.*, 714, 715, 500, 332. Probatur S. Trinitas exemplo humanæ animæ in qua sunt memoria, intelligentia et voluntas, *ibid.*, 520, 521. In creaturis Trinitas est in Unitate, ergo multo magis in Deo, *ibid.*, 504. Cum dicitur unus Deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, una natura intelligenda, cum dicitur Trinitas, tres personæ, *ibid.*, 361. Una virtus ac divinitas Patris et Filii et Spiritus sancti, *ibid.*, 406. Inseparabiliter operantur Pater et Filius et Spiritus sanctus, *ibid.*, 401. In anima hominis imago Trinitatis, *ibid.*, 726, 727. In igne indicium Trinitatis, *ibid.*, 777. Homo factus est ad imaginem Trinitatis, *ibid.*, 368. Opera Dei toti Trinitati communia; *ibid.*, 300. Fides catholica de Trinitate, *ibid.*, 719, 720. In Trinitate sunt quædam personarum propria, *ibid.*, 574. Firmissime tene et nullatenus dubites Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse naturaliter Deum, *ibid.*, 694. Quæ sint propria singularum Trinitatis personarum, *ibid.*, 759.

De essentia Trinitatis; id, LXVII, 908. — De significationibus Trinitatis; Junilius Afric., LXVIII, 21. — Mysterium S. Trinitatis explicatur; Cassiodorus, LXX, 367, 511, 596. Ecclesiæ catholicæ doctrina circa Trinitatem, *ibid*, 23. 397. Sanctæ Trinitatis cognitionem tradunt Scripturæ, *ibid.*, 1131. Pater et Filius et Spiritus sanctus, unum principium, *ibid.*, 794. — Trinitatis Unitas in Scriptura demonstrata; S. Gregorius Magnus, LXXVI, 515 *sq.* Patres Veteris Testamenti Trinitatis mysterium aperte non prædicarunt, *ibid.*, 979. — Deus Trinitas est; S. Columbanus abbas, LXXX, 230. — De Fide Trinitatis; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 913, 1227 Professio fidei concilii Nicæni circa Trinitatem; id., LXXXIV, 98. Ut Trinitas credatur et prædicetur, *ibid.*, 184. — Ut credamus et colamus, et confiteamur Trinitatem in personis, unitatem in substantia; Venantius Fortunatus, LXXXVIII, 587. — De Unitate Trinitatis et Trinitate Unitatis: Alcuinus, CI, 14. — Fides est, qua credimus unum Deum omnipotentem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum; S. Agobardus Lugd., CIV, 269. — Trinitas unde dicta, et quid sit; Rabanus Maurus, CXI, 26. Omnis Scriptura Veteris ac Novi Testamenti divinitus inspirata... hoc insinuat quod Pater et Filius et Spiritus sanctus unus sit Deus, *ibid.*, 26. — Firmissime credimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum esse naturaliter Deum, *ibid.* De fide sanctæ Trinitatis, qualiter tenenda sit a presbyteris et prædicanda; Rodulphus Bituric., CXIX, 704. — Magnum est et incomprehensibile mysterium sanctæ Trinitatis; Isidorus Mercator, CXXX, 1036. — De Trinitatis essentia, hoc est, de distinctione personarum, et unitate substantiæ; S. Petrus Damianus, CXLV, 19. In Trinitate quomodo distinguantur personæ, *ibid.*, 27. — Quomodo in solis imagine sacratissimæ Trinitatis mysterium reluceat; Othlonus S. Emmerammi, CXLVI, 247. Guitmundi confessio de S. Trinitate; id., CXLIX, 1495 — De sacrosanctæ Divinitatis unitate et Trinitate; Guitmundus Avers., CXLIX, 1495.—Quæ communis est Latinis et Græcis fides de Trinitate; S. Anselmus Cant., CLVIII, 285. Quomodo indivisibilis unitas, et insociabilis pluralitas in Deo conveniant, *ibid.*, 288. Omni homini expedit ut credat in trinam unitatem et unam Trinitatem, *ibid.*, 221. Pater est Deus, et Filius est Deus, et Spiritus sanctus est Deus, et tamen non tres dii, sed unus est Deus, *ibid.*, 278.—Quæ esse propria divinæ Trinitatis senserunt catholici tractatores; Ivo Carnot., CLXI, 61. Tres personæ in Deo, *ibid.*, 68. — Idem sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus; S. Bruno Sign., CLXV, 172. De sancta Trinitate, *ibid.*, 973. Si nihil amplius scripsisset Moyses, solum hoc, quod in capite hujus libri scriptum est, sufficere poterat ad fidei nostræ assertionem ut unum Deum in tribus personis colere debeamus, *ibid.*, 975. Alia est persona Patris, et alia Filii, alia Spiritus sancti, *ibid.*, 976. Istæ tres personæ non tres dii, sed unus Deus sunt Pater, Filius et Spiritus sanctus, *ibid.*, 976. Deus enim et Verbum Dei et Spiritus Dei tres personæ sunt et unus Deus, *ibid.*, 983. — Plane principium Pater, principium Filius, principium Spiritus sanctus. Verumtamen non tria principia, sed unum principium, sicut non tres dii, sed unus est Deus; Rupertus, CLXIX, 18.—De Trinitate; Hildebertus Cenom., CLXXI, 1076. De variis nominibus personas Trinitatis per proprietates distinguentibus, *ibid.*, 1078. De æqualitate Patris et Filii et Spiritus sancti, *ibid*, 1080. De distinctione personarum sanctissimæ Trinitatis per singulares determinationes, *ibid.*, 1082. Utrum proprietates personarum sint ipsæ personæ, *ibid.*, 1085. — Quomodo unus Deus ac trinus, solis comparatione ostenditur; Honorius Augustod., CLXXII, 1109. Quomodo intelligitur Trinitas unus Deus, *ibid.*, 1010. De nominibus Patris, Filii et Spiritus sancti, *ibid.*, 1111. — De distinctione Trinitatis; Hugo de S. Victore, CLXXVI, 50. De nominibus personas Trinitatis distinguentibus, *ibid.*, 52.

De æqualitate Patris et Filii et Spiritus sancti, *ibid*, 51. Quod de sancta Trinitate nihil dicatur secundum accidens, *ibid.*, 55.—Eadem substantia simplex omnino atque individua quæ Pater est tam Filius quam Spiritus sanctus; Petrus Abælardus, CLXXVIII, 1057. Moyses cum de universa mundi ageret creatione in ipso statim Genesis exordio Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum commemorat, *ibid.*, 990. Quædam opera specialiter alicui personæ attribuuntur, quamvis indivisa totius Trinitatis opera prædicentur, *ibid.*, 992. Quod fidei summa sit in unitate ac Trinitate divina, *ibid.*, 1698. Quid ipse sentiat de unitate ac Trinitate, ostendit et id ratione et auctoritate defendit, *ibid.*, 1699. Quædam uni personæ, et non alii convenire, quædam de una dici, et de omnibus intelligi solere, *ibid.*, 1702. Probat philosophos nec salute, nec cognitione Trinitatis caruisse, *ibid.*, 1712. — Deum et simplicem et trinum esse; S. Bernardus, CLXXXII, 797. In Trinitate non esse admittendam ullam disparitatem, sed omnimodam æqualitatem, *ibid.*, 1037. Impia Abælardi de sancta Trinitate dogmata recenset et explodit; *ibid.*, 1055. —De mysterio Trinitatis et Unitatis; P. Lombardus, CXCII, 525. Quomodo in creaturis apparet vestigium Trinitatis, *ibid.*, 530. Quomodo in anima sit imago Trinitatis, *ibid.* De distinctione trium personarum, *ibid.*, 546. De æqualitate trium personarum, *ibid.*, 573. — De sacrosancta Trinitate; Magister Baudinus, CXCII, 972 seqq. De æqualitate trium personarum, *ibid.*, 997. An proprietates personarum sint ipsæ personæ vel Deus, *ibid.*, 1011.— Quomodo ex inspecta solum proprietate condilectionis deprehendi possit vestigium Trinitatis; Richardus S. Victoris; CXCVI, 927. Quod summa æqualitas sit in illa Trinitate, *ibid.*, 928. De tribus appropriatis personis in Trinitate, *ibid.*, 991.

Quod homo nunquam obliviscatur unum Deum in tribus personis ardenter invocare; S. Hildegardis, CXCVII, 419. Fides vera est ut unus Deus in Trinitate personarum, eadem Trinitas in uno Deo, gloriose honoranda sit, *ibid.*, 1069, 1070.—In unitate divinæ substantiæ tres sunt personæ, seu hypostases, Pater. Filius et Spiritus sanctus; Galtherus theologus, CCIX, 577. Mysterium Trinitatis humanæ animæ similitudine declaratur, *ibid.*, 584. — Pater et Filius et Spiritus sanctus æquales sunt potentia et natura; Alanus de Insulis, CCX, 604. Personarum Trinitas est unitas Deitatis, *ibid.* Opera Trinitatis indivisa sunt, *ibid.*, 650.—Multiplex personarum distinctio in Trinitate; Petrus Pictav., CCXI, 875. De hoc nomine, Trinitas; *ibid*, 919.

II. — *De Deo Patre.*

Pater habeat Filium necesse est, ut sit Pater; Tertullianus, II, 165. Pater tota substantia est, Filius vero derivatio ipsius et portio, *ibid.*, 164.—Quod Deus Pater est Verbi; Constantinus Magnus, VIII, 405. — Patri proprium est esse innascibilem; S. Hilarius Pict., X, 102. — Pater in ipsum alium se genuit ex se, ex innascibili scilicet sua illa substantia; S. Zeno, XI, 395. Pater in Filio exsultat cum Spiritus sancti plenitudine una originali coæternitate renitens, *ibid.*, 392.— Pater proprium generantis est nomen; S. Ambrosius, XVI, 563. Pater et Filius unum sunt, non confusione personæ, sed unitate naturæ, *ibid.*, 531. — Credendus est ergo Deus esse Pater unici Filii sui Domini nostri, non discutiendus; Rufinus Aquil., XXI, 341. — Quod ergo neque natum, neque factum est, Pater est; S. Ambrosius, XVII, 512. — Semper gignit Pater, et semper nascitur Filius; S. Augustinus, XXXIII, 1047. Pater ipse sapientia est; id., XLII, 936. Lumen Pater, lumen Filius, lumen Spiritus Sanctus, *ibid.*, 939. Deus Pater unde major sit Filio, *ibid.*, 746.

Pater principium et Filius principium non duo principia; S. Prosper Aquitan., LI, 318. — Pater æternus filium habet æternum; Gennadius Massil., LVIII, 979, 1000. — Pater veritatis, Filii scilicet origo; Eugyppius, LXII, 745. Patris persona prior, *ibid.*, 709, 710. — Pater Deus est; Boetius, LXIV, 1249. Pater generationis principium, *ibid.*, 89.—Deus Pater non Trinitatis auctor est, sed Filii et Spiritus sancti; S. Fulgentius, LXV, 821, 822. —Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem; S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 139. - Interrogatus de Patre, responde, Deus. Interrogatus de Filio, responde, Deus; Alcuinus, CI, 15. Pater non est Deus sine Filio, *ibid.*, 17. Non Pater Deus de Deo, nec lumen de lumine, *ibid.* Credi necessarium est quod Pater plenus et perfectus est Deus, *ibid.*, 18. Alius est Pater, et alius Filius, non est tamen diversa substantia Patris et Filii, *ibid*, 19. Deus non fecit Filium, sed genuit de substantia sua æqualem sibi, *ibid*, 32. Sicut Pater est vita, ita et Filius est vita, *ibid.*, 33. Non dicimus Patrem esse de Filio, sicut Filium de Patre, Pater quidem a nullo, *ibid.*, 1055. Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus procedens, *ibid.*, 1060. Pater Deus ex se ipso ineffabiliter sine initio genuit Filium, *ibid*, 1061. — Non esse Pater æternaliter potuisset, si Filium æternaliter non haberet; S. Petrus Damianus, CXLV, 21. Absque ulla dubietate credendum est, quod Pater plenus, et perfectus est Deus, *ibid.*, 22. — Persona Patris Deus est; S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 266. Pater est pater et genitor et ingenitus, *ibid.*, 269. — Quæritur an Pater genuit essentiam; Petrus Lombardus, CXCII, 535. Utrum Pater voluntate genuit Filium, an necessitate, et an nolens vel volens sit Deus, *ibid.*, 539.

III. — *De Deo Filio.*

Filius Dei verus est Deus cui omnia veri Dei nomina tribuuntur: Tertullianus, I, 399, 404, 415; II, 161, 176, 185, 422, 802. Par est et æqualis Patri suo æterno, altissimus et omnipotens, *ibid.* Exivit a Patre ut radius ex sole, et rivus ex fonte, id., II, 163. —Alium esse Filium, alium Patrem; Novatianus, III, 936. — Verbum est Patri consubstantiale; Dionysius papa, V, 109. Verbum non est formatum vel factum, sed genitum ab omni æternitate, *ibid.* — Quod Filius non sit Deus a Patre distinctus; Lactantius, VI, 538. — Filius tempore et natura non inferior Patre, S. Hilarius, X, 32. Filii deitas astruitur ab Osee, *ibid.*, 122; ab Isaia, *ibid.*, 123. Filius Dei neque emanatio est, neque pars Patris, *ibid.*, 496. Ex utero genitus dicitur, ut ex Patris substantia natus ostendatur; *ibid.*, 168. Ex Patris substantia est, atque intra Patris substantiam, id., IX, 936. Virtute, substantia, divinitate, generatione Filius est, *ibid.*, 809. Filius unus est cum Patre, non tantum unitate voluntatis, sed et virtutis, *ibid.*, IX, 801. — Filius Dei Deus, æqualis Patri prædicatur; S. Zeno, XI, 385, 394, 403. — Quod Dei Filius sit omnipotens, et quod una sit omnipotentia Patris et Filii sicut et una deitas: Faustinus et Marcell., XIII, 62. —Si quis non dixerit Verbum Domini Filium Dei Deum sicut Patrem ejus; S. Damasus papa, *ibid*, 361. Filium credimus qui non sit Pater, sed habeat Patrem de quo sit genitus, non factus, *ibid.*, 1049. — Verbi æternitas et divinitas ex primis Joannis Evangelii verbis asseritur, S. Ambrosius, XVI, 821. Variis argumentis probatur Filium Dei esse verum Deum; *ibid.*, XV, 553. In Patre et Filio nulla distantia divinitatis est, sed una majestas; id., XVI, 575. Filius Dei immortalitatem habet in natura, habet in substantia, et habet non per gratiam temporalem, sed per sempiternam divinitatem; *ibid.*, 656. Filii ea omnia sunt quæ pater habet, æternitatem, majestatem, divinitatem, etc.,; *ibid.*, 567. Principium fidei nostræ est genitus est Dei Filius, *ibid.*, 561. Flius exit a Patre ut Deus ex Deo, *ibid.*, 778. Filius Filius est absque initio, id. XVII, 512 Nullum exstitit tempus quando Filius sine Patre, *ibid.* 516. Deum Filium Dei Patris altissimi, unici unicum, et cum Patre ac Spiritu sancto unum Deum esse confitemur, *ibid.*, 522. — Pater non est sine Filio, Phæbadius, XX, 24. — Filii Dei sempiterna generatio accipienda in his verbis: Ego hodie genui te: S. Augustinus, XXXVI, 71. Filius Dei Deus, id., XL, 628, 640. —Verbum Dei Deus, non creatura: S. Prosper Aquit., LI, 289. — Filio est æqualis cum Patre divinitas: S. Leo Magnus, LIV, 769. — Filium esse Deo Patri consubstantialem, multis probatur: Vigilius Taps., LXII, 354. — Filius Deus est: Boetius, LXIV, 1249.— Quod Filius sit Deus æqualis Patri: S. Fulgentius Rasp., LXV, 749. Filius ita verus Deus dicitur, ut Pater Deus verior non dicatur, *ibid.*, 566. — Filius splendor lucis et speculum sine macula. Rabanus Maurus, CXI, 702. — Filius Patri consubstantialis S Bruno Carthus., CLIII, 579.

IV. — *De Spiritu sancto.*

Spiritus sanctus tertia est persona S. Trinitatis: Tertull., II. 163. Tertium nomen divinitatis et tertius gradus majestatis, *ibid.*, 196. Ejusdem est cum Patre et Filio naturæ, *ibid.* — Credere in Spiritum sanctum Novatianus, III, 943. — Spiritus sanctus non est pars Patris aut Filii: S. Hilarius, X, 519. Ex Patre et Filio accipit, *ibid.*, 656. — Spiritus sanctus habet unam substantiam, virtutem, deitatem, majestatem voluntatemque Patris et Filii: S. Zeno, XI, 428. — De Spiritu sancto: Faustinus, XIII, 76. — Spiritus sanctus Dominus dictus est: S. Ambrosius, XVI, 747. Spiritus sanctus omnia probatur habere quæ Deus habet, *ibid.*, 810. Spiritum sanctum nec creaturam esse nec mutabilem variis argumentis probatur, *ibid.*, 719. Spiritus sanctus novit omnia et unius est scientiæ cum Patre et Filio, *ibid.*, 767. Eamdem esse Patris et Spiritus sancti operationem, *ibid.*, 772. Spiritus sanctus, sicut Pater et Filius, creator est

omnium, id , 749, 755. Spiritus sanctus Deus esse probatur, XVII, 200, 1004. A Patre et Filio inseparabiliter ab æterno procedit , id., 674, 947 , 1015. — Spiritum sanctum non esse creaturam, S. Hieronym., XXIII, 106. Spiritus sanctus tertia persona a Patre et Filio, *ibid.*, XXVI, 274, S. Augustinus , XLI, 337 , 338. — Spiritus sanctus de Patre procedens Deus, S. Augustinus, XXXII, 1321, XXXVIII, 1071, XL, 258, 634, XLII, 697. 722, 742, 752. Spiritus sancti divinitas astruitur, XXXIII, 1016. — Spiritus sanctus Patri et Filio consubstantialis et coæternus, XXXV, 1826, XLII, 928. — Spiritui sancto Pater dedit vitam procedere de Filio sicut procedit de se ipso. S. Prosper Aquit., LI, 489. — Spiritus sancti divinitas et natura explicatur. S. Leo Magnus, LIV, 401, 404, 412. De Patre Spiritus sanctus est et vere, et proprie, et de divina substantia ac Deus verus, LVI, 689. — Spiritum sanctum Deum esse non ambigendum, cui cum Patre et Filio inseparabilis est gloria, S. Maximus Taurin., LVII, 677 Spiritus sanctus verus est Deus, quem Christus et a Patre procedere et a se mittendum pari professione testatur, LVII, 639, 640. — Spiritus sanctus a Patre Filioque procedit, Gennadius, LVIII, 979, 1001. — Spiritus sanctus Deus declaratur, Paschasius, LXII, 36, 37, 38, Vigilius Taps., LXII, 176, 220, 307, 399, 916, Boetius, LXIV, 1249 — Spiritus sanctus in Deo est unitate naturæ, ex Deo proprietate personæ, S. Fulgentius, LXV, 505. Spiritus sanctus Deus est non minor Patre et Filio, *ibid.*, 396. Spiritus sanctus quæ Dei sunt cognoscit, quia ejusdem est naturæ, *ibid.*, 400. — Spiritus sanctus a Patre et Filio procedit. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 533, 824, 1198. Spiritus sanctus Deus est , *ibid.*, 824. Spiritus sanctus cum Patre et Filio unius substantiæ, LXXVIII, 361 — Quod Spiritus sanctus est ex Patre Filioque procedens, Hildef. Tolet., XCVI. 104. — De unitate Spiritus sancti cum Patre et Filio. Alcuinus, CI, 35. — De Spiritu sancto. Theodulfus Aurelian., CV, 240. — Probatur Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere. Ratramnus Corbeiens., CXXI, 229, seq; Petrus Damianus, CXLV, 36; S. Bruno Carthus., CLIII, 71; S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 298, 310; Ivo Carnot., CLXI, 69; Rupertus, CLXIX, 13; Hugo de S. Victore, CLXXV, 502.— Quare Spiritus sanctus solus dicatur Spiritus sanctus et tertia in Trinitate persona, et hoc non gradus dignitate, sed numerandi ordine ; Anastasius IV, CLXXXVIII, 1172. — Quare Spiritus sanctus, cum sit de substantia Patris, non dicatur genitus, vel Filius, sed tantum procedens; Petrus Lombardus, CXCII, 555.

V. — *Errores circa mysterium Trinitatis.*

Refutantur a S. Dionysio Tritheitæ et Marcionitæ ; Tertullianus, V, 108. — Confutatur error dicentium Patrem esse Filio majorem ; Marcellinus, VII, 1085. — Hæresis de Patris et Filii substantia ; S. Philastrius, XII, 1167. Hæresis triformem Deum faciens ; *ibid.*, 1205. — Quid Ariani senserint de Trinitate ; Lucifer Calarit., XIII, 781. — Trinitatem utcunque noverunt Platonici ; S. Augustinus, XLI, 307. De Trinitate sententia Porphirii *ibid* , 300, Error Sabellii , id. , XXXVI , 84. Circa Trinitatem in quo conveniant Manichæi et Catholici, in quo dissentiant ; id., XLV, 1465. De Trinitate Arianorum dogmata, XLII, 679, 39 Ariani immiserunt in Ecclesia tres deos, id., XXXVI, 837, XXXVII, 1712. Patri per omnia dissimilem Filium et Filio Spiritum sanctum asserebant Ætiani seu Eunomiani, XLII, 40. Priscillianiorum error de Trinitate, *ibid.*, 59, 666. Refellitur opinio qua divinitas Trinitatis putatur alia esse quam est ipsa Trinitas, id. XXXIII, 460. Male ab Arianis dici Patris et Filii ideo diversam esse naturam, quia iste Pater est, ille Filius, *ibid.*, 750. — Contra Priscillianistas qui sanctam Trinitatem, non personis, sed tantum nominibus distinguunt; S. Leo Magnus, LIV, 677. — Contra Arianos de fide S. Trinitatis ; S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 82. Contra hæreticos quosdam negantes in Deo Trinitatem personarum in unitate substantiæ, CXV, 959, 962. — Tritheitæ seu trinæ deitatis latratores : Hincmarus Rhem., CXXV, 567 ; Tritheoriam male exponit Gothescalcus trinam deitatem ; *ibid.*, 556, 557. — Impia Abælardi dogmata de Trinitate recenset et explodit ; S. Bernardus, CLXXXII, 1055.

De Deo Patre. — Confutatur error dicentium Patrem esse Filio majorem ; Marcellinus papa, VII, 1085. — Patrem invisibilem dicebant Ariani ; S. Augustinus, XXXV, 1779. Pater cur solus beatus et solus potens propie dicendus secundum Arianos. *ibid.* XLII, 729. Cur solus sapiens, XLII, 730. Patrem ullo modo, vel per se vel per subjectam creaturam apparuisse nolebant Ariani , *ibid.*, 812, 813.

De Deo Filio. — De Filio variæ hæreses damnantur; S. Hilarius, X, 698. Dei Filium quidam dixerunt insubstantivæ vocis, incorporalem sonum., X, 514. Manichæus partem unius substantiæ, id., 105, 159. Sabellius ipsum quem et Patrem, id., 105. Illum Ariani de natura et in natura Dei negant, id., 161. Nolunt eum semper fuisse, id., 98. Refelluntur qui solam virtutis similitudinem Filio tribuunt, *ibid.*, 494, 495. Eunomiani asserunt Filium non Patri esse similem, XII, 1183. — De eo quod hæretici dicunt : ex nihilo Deus sibi Filium fecit. Faustinus, XIII, 49. — Quid Ariani senserint de Filio Dei. Lucifer. Calar., XIII, 875, 987. — Filium Dei qui eumdem dicunt esse ac qui Pater est catholica fide excluduntur. S. Augustinus, XXXVIII, 184 — Pater juxta Arium solus Deus, Filius autem creatura. Boetius, LXIV, 1256.

De Spiritu sancto. — Spiritus sancti divinitatem impugnantes refelluntur : S. Zeno, XI, 268, 301. Hæresis de Spiritu sancto dicens Spiritum creatum et factum esse non Deum, XII, 1183. — Quid Ariani senserint de Spiritu sancto. — Lucifer Calarit. XIII, 708. Objectio hæreticorum contra divinitatem Spiritus sancti. S Ambrosius, XVI, 153. — Contra Sabellianos, qui Spiritum sanctum negant Deum. Zacchæus Christ., XX, 1133. — Ariani, Eunomiani, Macedoniani, Photiniani, Judæi peccabant in Spiritum sanctum. S. Augustinus, XXXIII, 814. Spiritum sanctum quidam hæretici prorsus negant, alii creaturam esse volunt, qui illi sunt ; id., XXXVIII, 448 , XLII, 44 ; Errores circa Spiritum sanctum id., XXXV, 2099; XLII, 30 ; XXXVIII, 447 ; XLII , 797, 680, 681, 736, 716; XXXVIII , 448 ; XL, 191. — Macedonianorum error de Spiritu sancto. S. Leo Magnus · LIV, 206, 402. Spiritum S. Eunomius asseruit esse creaturam, LV, 977. Pneumatomachi qui contra Spiritum sanctum pugnant, anathematizati., id., LVI, 413. — Spiritum sanctum cum Ariani et Macedoniani Patre et Filio esse minorem blasphemant. Gennadius Massil : LVIII, 1013. — Macedonius dualitatem asserens, Spiritum sanctum negat propriam habere personam. Paschasius, LXII, 28. — Græci schismatici locum dialogorum ubi de processione Spiritus sancti a Filio agitur, depravarunt. S. Gregorius Magnus, LXXVII , 145. — Contra Græcorum opposita , Ratramnus Corbeiens., CXXI, 225, seq.

VI. — *Libri de Trinitate tractantes.*

De Trinitate libri ; Novatianus, III, 885.—Doctrina S. Dionysii Romani Pontificis, de S. Trinitate, V, 108. — De trinitate libri duodecim ; S Hilarius Pictav, X, 25. Liber de Synodis, seu de fide Orientalium ; *ibid*, 502, 507, 509, 536.—De S Trinitate confessio ; S. Eusebius Vercel., XII, 959. — Faustini presbyteri ad Gallam Placidiam de Trinitate liber, XIII, 37.—Confessio fidei catholicæ; Damasus papa, XIII, 358. De professione fidei S. Luciferi ep. Calarit ; *ibid.*, 1042.—Tractatus de Trinitate ; S. Ambrosius, XVII. 509.—Trinæ unitatis et Unius Trinitatis confessio ; S Martinus Turon., XVIII, 12. — Epistola in qua solvit quæstiones de Trinitate sibi propositas; S. Augustinus, XXXIII, 452. De Trinitate libri XV ; id., XLII, 820, seq. De unitate Trinitatis, *ibid* , 1157. De Trinitate et Unitate Dei. *ibid.* 1193. De Unitate S. Trinitatis dialogus ; *ibid.*, 1207. — Conflictus de Deo trino et uno ; Arnobius junior, LIII, 239. — De Trinitate libri duodecim ; Vigilius Taps., LXII, 238. De Unitate Trinitatis ad Optatum liber; *ibid.*, 334. Contra Varimadum Arianum diaconum; *ibid.*, 351. — De Trinitate liber unus; S. Fulgentius Rusp., LXV, 498.— Græcorum concilia in quibus fides S. Trinitatis exprimitur; S. Isid. Hisp., LXXXIV, 139, 152, 161. Concilia Hispaniæ in quibus fides S. Trinitatis exprimitur; *ibid.*, 470, 512. — De fide S. Trinitatis libri III ; Alcuinus, CI, 13. De Trinitate ad Fredegisum quæstiones; id. , XXVIII, 58. Confessio fidei; Alcuini , CI, 1027, seq. — De una et non trina deitate; Hincmarus Rhem, CXXV, 473. — Opusculum de fide catholica ; S. Petrus Damianus, CXLV, 19. — Confessio de S. Trinitate; Guitmundus Avers. CXLIX, 1495. — De Trinitate dialogus; Petrus Alphonsus, CLVII, 606. — De fide Trinitatis; S. Anselmus Cantuar, CLVIII, 259. — De Trinitate; Hildebert Cenom., CLXXI, 1076, seq. — Hugo de S. Victor ; CLXXVI, 50. — Introductio ad theologiam ; P. Abælardus, CLXXVIII, 979, seq. — De mysterio Trinitatis et unitatis ; P. Lombardus, CXCII, 525. — De sacrosancta Trinitate liber; Magister Band, CXCII, 970. — De Trinitate libri sex ; Richardi S Vict., CXCVI, 888. Tractatus magistri Galtheri de Trinitate ; Ib., CCIX, 575.

XXXI.

INDEX DE PROVIDENTIA DIVINA

ET DE ILLIUS ERGA HOMINES BENEFICIIS,

ORDINE REFERENS LOGICO VARIAS DE ILLA SS. PATRUM SENTENTIAS.

IX. *De exsistentia Providentiæ.*

Providentia Dei a Platone et Platonicis recognita, et ab Epicuro ejusque asseclis negata ; Tertullianus, I, 517. Deus totius mundi gubernator; id., II, 599. — Mundum a Deo conditum fuisse atque ab eo regi et administrari; Minucius Felix, III, 284. — Deus, mundi Dominus et rector, et cuncta arbitrio ejus et nutu geruntur; S Cyprianus, IV, 548. Nihil fieri potest, nisi quod aut fecerit Deus, aut fieri permiserit ; *ibid.* — De Providentia; Lactantius, VI, 293, 740. Ex dispositione rerum naturalium providentia Dei elucet; *ibid.*, 745, 746. De hominis creatione atque de dispositione mundi ; *ibid.*, 749. De mundi ortu et rerum natura, et Dei providentia; id , VII, 100. — Ex ordine et dispositione rerum naturæ providentia Dei stabilitur ; Constantin. Magn., VIII, 416. — In quibus providentia Dei significatur et bonitas ; S. Hilarius, IX, 872. In eos qui Dei providentiam negant ; *ibid.*, 856. — Deus humana curat et respicit ; S. Ambrosius, XIV, 487. Providentia Dei testimonia, *ibid.*, XIV, 1473. Dei in homines providentia; id., XIV, 216, 217. Male quidam philosophorum illam negarunt ; *ibid.*, 407. — Objectio contra divinam providentiam, desumpta ex eo quod mali bonique promiscue tribulationes experiantur, solvitur; S. Gaudentius, XX, 840 *seq.* — Providentia Dei impugnatur quoad inordinationem mundi, prosperitatem impiorum et justorum adversitatem; Zachæus, XX, 1104. Propugnatur; *ibid.* Eruitur altera objectio de infantibus malorum nesciis, tamen diversis malis affectis ; *ibid.*, 1105. — Non omnia fortuito geri, et variam in rebus humanis fortunam ludere, sed cuncta judicio Dei fieri ; S. Hieronymus, XXIII, 1083. A Deo cuncta in utilitatem hominum fieri, et non absque ejus voluntate disponi ; *ibid.*, 1075. Deus jussit humanis usibus elementa servire, ut homines hæc videntes intelligant esse providentiam; *ibid.*, 1039. Ignorantes veritatem non ignorant providentiam ; id., XXV, 1125. Providentia Dei stabilitur ; id, XXV, 1286. Negantes providentiam arguuntur; *ibid.*, 1351. — Providentiam quidam negant ; S. August., XXXII, 1273. Alii providentiam Dei vel infirmam, vel injustam, vel malam nefario errore credunt ; *ibid.* Omnia divina providentia regi; id , XXXIV, 977. Argumenta divinæ providentiæ ; *ibid.*, 337. Gemina operatio providentiæ ; *ibid.*, 379. Providentiæ ordine ac legibus fit quidquid fit ; id., XXXVII, 1946 Nullum mare tam profundum est quam est ista cogitatio Dei , ut mali pereant, et boni laborent ; id , XXXVII, 1176. Gubernatio rerum ad Deum pertinet ; id., XXXVIII, 318. Res humanas ad Deorum curam pertinere negabant Epicurei, asserebant Stoici ; id , XLI, 601. — Quod nihil in hoc mundo sine Deo geratur ; Cassianus, XLIX, 582. — Providentia Dei impugnatur ob hujus mundi inordinationem apparentem ; Fastidius, I., 385. Exempla Dei providentiam astruentia ; *ibid* , 388, 390, seq. — Deus omnia ut voluit, sed sapienter disposuit; S. Prosper Aquit, LI, 619. Deus mundum quem condidit regit sine fatigatione ; *ibid.*, 622. — De gubernatione Dei ; S. Salvianus, LIII, 30, seq. — Humano generi semper a Deo fuit consultum ; S. Leo Magnus, LIV, 203. — Providentia Dei astruitur; Eugyppius, LXII, 765. — Quid sit providentia; Boetius, LXIII, 814 — De his quæ ad gubernationem mundi pertinent; Junilius, LXVIII, 28 ; Primasius Adrumet; *ibid.*, 688 — Nulla fiunt hominibus sine Dei consilio etsi occulto ; S. Gregorius Magnus, LXXV. 986. Providentia eximie describitur ; *ibid.*, 1126. — Divina providentia cuncta certissimo ordine administrat ; Beda Ven., XCI, 84. — Providentia Dei ex ordine mundi demonstrata ; Walafridus Strabus, CXIII, 1121. — Cuncta in Deo subsistunt et ab eo gubernantur ; S. Prudentius Trec., CXV, 998. Dei providentia sempiterna et omnipotentissima præscientia omnia ordinari, disponi, dispensari, destinari, regi ac gubernari modis cuique congruis nullo modo dubitamus ; *ibid.*, 1021. — Omnia æternæ ordinationi immobiliter subsunt ; S. Remigius Lugd , CXXI. 993. De æterna Dei providentia ; *ibid.*, 1093. — De Dei providentia ; S. Petrus Dam., CXLV, 605. — Non ab alio quam a Deo cuncta reguntur ; S. Anselmus, CLVIII, 222. Deo est cura de omnibus ; *ibid.*, 857. Omnia subjacent Dei dispositioni , *ibid.*, 525. — De Dei providentia ; Ivo Carnot., CLXI, 979. Quod Deus cuncta disponat et consideret universorum finem ; *ibid.*, 981. — Providentia definitur ; Honorius, CLXXII, 1159. Astruitur ; *ibid.*, 1136 — Providentia Dei duplex in suis et in alienis ; Hugo de S. Victore, CLXXVI, 218. — De divina providentia ; S. Bernardus, CLXXXIII, 590. Omnia divina Providentia reguntur ; id., CLXXXIV, 28, 29. — De divina Providentia; Zacharias, CLXXXVI, 146. Robertus Pullus ; *ibid.*, 714. Joannes Barest ; id., CXCIX, 444, 446.

II. — *De Providentiæ divinæ objecto, seu de Providentia in ordine temporali et spirituali.*

Dei imperio omnia commoventur, fontes scaturiunt, amnes labuntur, fluctus assurgunt, fœtus suos cuncta parturiunt, venti spirare coguntur, etc. ; Novatianus, III, 898, seq. Dei providentia non solum sigillatim per homines concurrit, sed etiam per urbes ipsas et civitates, imo etiam per totum orbem ; *ibid.* — Providentia Dei mundus regitur ; Minucius, III, 284. — Mundum omnesque partes ejus, ut videmus, mirabilis ratio gubernat ; Lactantius, VI, 745. — Deus humana curat et respicit ; S. Ambrosius, XIV, 847. Providentiæ divinæ ascribitur, quod in animantibus rationalibus, vel etiam irrationabilibus animadvertitur ; id., XV, 1472, seq. Volatilia cœli omnia non serunt, neque metunt, et Deus pascit illa ; *ibid.* Qui alit aves, non aleret homines, quod ad imaginem et similitudinem sui fecit ; *ibid.* — Providentia Dei hunc mundum gubernat ; S. Gaudentius, XX, 840. — Deus omnia gubernat ; S. Hieronymus, XXIII, 499. Curam habet Deus universarum gentium ; id., 1005. Ordo Providentiæ Dei omne genus ineffabili judicio dispensantis; id. XXIV, 189. In hominibus etiam per singulos Dei currit providentia ; id., XXV, 1286. — Divina providentia quosque pertendat ; S August., XL, 37. Providentia Dei ad hominem et ad inferiora et ad minima quoque se extendit ; id., XXXII, 978 , XXXVII, 1446, 1892, 1943. Justitia nulla esset in hominibus, si res humanas non curaret Deus ; id., XL, 38. Curam habet omnium Deus, maxime justorum ; id., XXXVII, 450, 456. Occulta Dei administratio, qua etiam lignis et herbis dat incrementum ; id , XXXIV, 379. Dei providentia in rerum gubernatione et ordinatione malorum ; id., XXXVIII, 318, 692. — Divina Providentia cuncta certissimo ordine administrat; Beda, XCI, 84. Cura Dei de omnibus; id., XCII, 35. — Deus omnia creans, omnia vivificans, et gubernans ; Alcuinus, C, 565; — Sollicitudo Dei erga homines et erga cunctas creaturas; Haymo Halberst, CXVIII, 687, 688. Dei providentia quid statuerit circa hominem ; id., 736. — Mundum totum Dei providentia regi probatur ; Ratramnus, CXXI, *ibid.* — Omnia a Deo reguntur et gubernantur; Atto, CXXXIV, 218 — Deus cœlestia et terrestria gubernat ; S. Bruno Sign., CLII, 235. — Dei providentia erga cuncta creata ; S. Anselmus Laud., CLXII, 1312. — Magna Dei cura erga omnes creaturas ; Rupertus, CLXVIII, 1499. — Omnia divina providentia regit ; S. Bernardus, CLXXXIII, 28, 29. Mores hominum divinæ providentiæ subjiciuntur; S. August., XXXIV, 337. Alios coronat Deus, alios damnat, nunquam errat : alios probat, de aliis probat : omnes ordinat ; id., XXXVIII, 118. Omnes naturas bonus creat, omnes voluntates justus ordinat; id., XXXIV, 380. — Dei providentia, regens atque administrans universam creaturam et naturas et voluntates, etc. ; Eugyppius, LXII, 649.

III. — *De erroribus circa divinam Providentiam.*

Quinam negaverint divinam providentiam ; Lactantius, VI, 740. — Plures homines rerum omnium distinctiones atque ornatus causam naturæ tribuunt, alii fato vel fortuito casui assignant ; Constantinus magnus, VIII, 412. —

Deo humanorum operum curam esse multi negant: S. Hilarius, IX, 856. — Dei providentia a quibusdam philosophis negatur: S. Ambrosius, XIV, 268. Providentiam quidam negant: S. Augustinus, XXXII, 1272. Quidam eam pessime confitentur, *ibid.* — Deum humana curare negant Epicurei, XLII, 376. — Fuit enim error quorumdam, Deum cœlestia gubernare tantum, terrena solo casu fortunæ volvere: S. Bruno Carth., CLIII, 255.

IV. — *Libri de Providentia tractantes.*

Unius Dei nutu omnia gubernari: Minutius Felix, III, 284, 297; Novatianus, III, 898. — De divina Providentia: Lactantius, VI, 120, 1019, 1036; VII, 100. — Oratio metrica de providentia Dei: Decius Ausonius, XIX, 839. — De providentia Dei: S. Hieronymus, XXII, 802. — Omnia divina Providentia regi: S. Augustinus, XXXII, 977; XXXIV, 336, 379. De Providentia Dei, id., XL, 18, 295. Quod nihil in hoc mundo sine Deo geratur: Cassianus, XLIX, 582. De principali proposito Dei, et providentia quotidiana, *ibid.*, 908. — Carmen de Providentia divina: S. Prosper Aquit., LI, 618 — De gubernatione Dei libri octo: S. Salvianus Mass., LIII, 30. — De Providentia Dei: Eugyppius, LXII, 765, 1057. — De divina Providentia: Boetius, LXIII, 813. — De divina dispositione. Ratramnus Corb., CXXI, 13. — De æterna providentia Dei: S. Remigius Lugd., CXXI, 1097. — De Dei prævidentia et simul providentia: Burchardus Worm., CXL, 1024 — De Dei providentia: S. Petrus Damianus, CXLV, 605 *seq.* — De Dei prævidentia et simul providentia: Ivo Carnot. CLXI, 979. — Quid sit providentia Dei: Honorius August., CLXXII, 1139. — De providentia Dei, et quod duplex est providentia, in suis et alienis: Hugo de S. Victore, CLXXVI, 213. — Quod providentia Dei causa sit eventuum rerum et non: P. Abælardus, CLXXVIII, 1386. — De Dei providentia: Robertus Pullus, CLXXXVI, 714. — De providentia Dei: Joannes Saresb., CXCIX, 443.

XXXII.

INDEX CREATIONIS IN GENERE,

EXPONENS ORDINE LOGICO QUIDQUID DIXERE SS. PATRES DE ENTIBUS IN PRINCIPIO CREATIS.

MONITUM.

Hoc in Indice, ordinem creationis consectantes, vicissim exhibebimus: I quid sit creare, et quæ creaturarum natura; II cujus opus sit creatio; III quæ fuerint de creatione philosophorum sententiæ; agemus IV de creatione angelorum; V de creatione lucis seu de prima creationis die; VI de die secunda, seu creatione firmamenti; VII de opere tertiæ dici; VIII de quarta die, vel creatione solis, lunæ et stellarum; IX de creatione avium, piscium, vel de die quinta; X de die sexta, seu de creatione bestiarum; XI de septima die.

Quid sit creare et de natura creaturæ.

LIGNUM. Aqua de amaritudinis vitio in suum commodum suavitatis Mosis ligno remediatur, lignum illud erat Christus aquas baptismi ex sese remedians : Tertull., I, 1209.— Quod aquæ amaræ ligno in se suscepto dulcescunt, indicio erat amaritudinem gentium per lignum crucis in usum dulcedinis esse quandoque vertendam : Raban. Maur., CVIII, 76. Bene ligno fructifero comparatus est Christus, propter crucem quam pro hominum salute suscepit : Cassiodor., LXX, 30. — Ligna Libani membra Christi : Alanus de Insulis, CCX, 83. — Lignum vitæ in medio paradisi Christus est in medio Ecclesiæ suæ : S. Ambros., XVII, 778.

LILIUM inter spinas Christus inter Judæos : Wolbero abb., CXCV, 1094

LUMINARIBUS cœli assimilantur vulnera Christi : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 968.

MALLEOLUS igneus in tabula sonans, Christum in cruce significat : Rupert. abb. CLXX, 150.

MALUM GRANATUM. Mali granati nomine Christus intelligitur : S. Gregor. Mag. LXXIX, 361.

MALUM PUNICUM Christi passionem designat : Alanus de Insulis, CCX, 93. — Malum punicum dicitur sanguis Christi : Raban. Maur., CXII, 932.

MANE adventus Christi; item adventus judicis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 368. — Mane dicitur tempus incarnationis : Raban. Maur., CXII, 992. — Tempus Resurrectionis *ibid.*, — Resurrectio Christi vocatur mane : S. Eucher., L, 742.

MANNA. Per manna absconditum sapientia quæ Christus est intelligi potest : S. Ambros., XVII, 781. — Manna significat carnem Christi : Raban. Maur., CVIII, 869. — Manna Christi panis cœlestis fuit figura : S. Augustin., XXXVIII, 554; XXXIX, 1155.

MANUS. Per manus dilecti intelligitur omnis virtus potentiæ ejus : Wolbero abbas, CXCV, 1185.

MAXILLA Christi passionem significat : Rupert. abb., CLXVIII, 486.

MERCATOR. Christus mercator qui in sacco ferebat pretium nostrum; percussus est lancea, fusus est saccus et manavit pretium orbis terrarum : S. Augustin., XXXVI, 178, 179.

MERIDIES tempus passionis designat : Alanus de Insulis, CCX, 59.

MONS. Christus assidue in Scripturis mons appellatur : S. Augustin., XXXVI, 74, 77, 517; XXXVIII, 45. — Mons translatus in mare, Christus gentibus ab apostolis nuntiatus, id., XXXVIII, 554. — Montes significant Christum a celsitudine virtutum : S. Eucher., L, 742. — Sicut in monte leges datæ ita et Christi Domini mandata in monte : S. Prosper Aquitan., LI, 767.

MYRRHA. Per myrrham passio et sepultura Christi designatur : Cassiodor., LXX, 1060. — Myrrha amaritudinem passionis significat : Wolbero abb., CXCV, 1080.

NARDUS typus est Dominicæ passionis : Cassiodor., LXX, 1078.

NARES. Præscientia Christi narium nomine designata : Raban. Maur., CXII, 1004.

NEBULA. Nebulæ totam terram tegenti similis humanitas Christi : vener. Godefr. abb., CLXXIV, 50.

NUBES ascensio Christi : Raban. Maur., CXII, 1007. Christi humanitas significata per nubem quæ obumbrabat per diem : Adam. Scot., CXCVIII, 730.

OCTAVA. Pro octava secundus significatur Domini adventus quando finita sæculi hebdomada ad judicandum venerit mundum : Cassiodor., LXX, 59.

OLEUM. Oleo nomen Christi comparatum : Nicolaus, CLXXXIV, 831.

OSTIUM in latere arcæ typus vulneris in latere Christi : Guerric. abb., CLXXXV, 140.

PALLIUM, altitudo humanitatis Christi : Raban. Maur., CXII, 1018.

PALUS. Columna Christi palo vitis significata : S. Bernard., CLXXXIV, 644.

PARIES corpus Salvatoris significat : Raban. Maur., CXI, 401.

PASCHA figura transitus Christi ad Patrem : S. Prosper Aquitan., LI, 766.

PASSER. — Duo passeres de quibus Leviticum XIV sunt divinitas et humanitas Christi : Rupert. abb., CLXXII, 811.

PASTOR. Verus est pastor Christus et qui noluerunt ab eo pasci, depascet eos mors : S. Ambros., XIV, 1164.

PES. Exemplum Christi pes : Raban. Maur., CXII, 1025. — Per pedes Filii Dei intelligitur incarnatio : S. Eucher., L, 733. — Pedes Domini incarnationem ejus, manus vero potentiam significant : Vener. Godefr., abb., CLXXIV, 812.

PETRA. Quod in propheta Isaia dicitur : *Aquam de petra producet illis* : in Evangelio adimpletur quando Christus qui est petra finditur ictu lanceæ : S. Cyprian. LV, 379.

PODERIS et mitra apud Zachariam secundum Christi adventum in gloria significant : Tertull., II, 330, 331.

POSTERIORA. Filii Dei incarnatio accipitur : S. Eucher., L, 733.

PSALTERIUM corporis Domini decora similitudo : Cassiodor., LXX, 542.

PURPURA dicitur passio Christi : Alan. de Insulis, CCX, 100. — Purpureus color mysterium Dominicæ passionis significat : Cassiodor., LXX, 1071, 1075, 1096.

QUADRIGÆ Aminadab Christi principales sunt virtutes in incarnatione exhibitæ : Alanus de Insulis, CCX, 95.

RAAB funiculum coccineum in fenestra suspendens sanguinis Christi mysterium præferebat : S. Fulgentius Ruspens., LXV, 545.

RADIX Incarnatio Dominica, radix : Garner. de S. Vict., CXCIII, 342.

RAMUS virentis olivæ Christi sanctissimam carnem designat : Vener. Godefr. abb., CLXXIV, 1016.

ROS significat Verbum Domini : Raban. Maur., CXI, 328. — Christus quasi ros in utero Virginis : Rupert. abb. CLXVIII, 201.

SACCUS corpus est Christi Jesu, cum pro nobis ipse mori dignatus est : Cassiodor., LXX, 206.

SACRIFICIA Christus in sacrificiis veteribus prophetatus : S. August., XLII, 317.

SAGITTÆ acutæ sunt verba Domini Salvatoris : Cassiodor., LXX, 321.

SANGUIS. Passio Christi, sanguis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 212

SAPPHIRUS, miracula Christi : Raban. Maur., CXII, 1044.

SEMITA. Intentio incarnationis, semita : Garner. de S. Victore, CXCIII, 264. — Ascensio Christi semita : Raban. Maur., CXII, 1049.

SERPENS a Moyse exaltatus, typus Christi crucifixi. S. Ambros., XVII, 34; S. Bernard, CLXXXIV, 729. — Serpens æneus Christum Dominum a morsu diaboli liberantem prænuntiabat : S. Prosper Aquitan., LI, 780; S. Maximus Taurin., LVII, 340.

SOL, resurrectio Christi : Raban. Maur., CXII, 1057.

SORDES apud Zachariam primum Christi adventum in infirmitate significant : Tertull., II, 330, 331.

TAURUS. *Tauri decor ejus, cornua unicornis, cornua ejus* : per hæc verba Christus significabatur, aliis ferox ut judex, aliis mansuetus ut Salvator : Tertull., II, 346.

TEMPUS. Christus et Ecclesia in ipsis Judicum et Regum temporibus figurantur : S. August., XLII, 271. — Christi nomen et Ecclesiam ita exhibent præsentia tempora sicut præterita nuntiarunt, *ibid.*, 285.

TESTA. Virtutem Christi testæ non putemus incongrue comparatam : Cassiodor., LXX, 1158.

THABOR specialiter adventum Domini significat : Raban. Maur., CXI. 362.

THURIBULUM est symbolum Christi patientis : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 856.

THUS. Magi ab oriente thus et myrrham et aurum Domino obtulerunt quasi clausulam sacrificationis : Tertull., I, 672.

TORCULAR calcavit solus Christus : S. Petr. Damian., CXLV, 1162.

TORRENS. Torrenti bene comparatur sapientia Christi : Cassiodor., LXX, 254; S. Bruno Herbipol., CXLII, 154.

UBERA Christi divinitatem ejus designant : Alanus de Insulis, CCX, 100.

UMBRA dicitur humanitas et protectio Christi : Raban. Maur., CXII, 1085.

VACCA, infirmitas incarnationis : Garner. de S. Victore CXCIII, 96. — Per vaccam rufam quæ ad immolandum sacerdoti traditur, figuratur incarnatus Dominus qui pro redemptione nostra sacrificium semetipsum fecit; Raban. Maur., CVIII, 703.

VAS figuli confractum mortem Christi significat : Vener. Godefrid. abb CLXXIV, 291.

VELAMENTUM legis. Christus sic in velamento legis latet ut in hordeo medulla sub palea : S. Augustin., XXXVIII, 725.

VERENDA. Caro Christi infirma significatur per verenda Noe discooperta : Rupert. abb., CLXVII, 951.

VERMIS. Christus dictus vermis et non homo futuræ incorporationis suæ humilitatem designat : S. Gaudent., XX, 989; S. Augustin., XXXIII, 547.

VESPERE, tempus incarnationis ; Raban. Maur., CXII, 1076.

VESTIS. Christus venit tinctis vestibus de Bosra : Rupert. abb., CLXX. 156.

VESTIMENTUM Filii Dei, caro ejus : S. Eucher, L, 753.

VIA dicitur Christus; item transitus humanitatis ejus et specialis adventus ad cor : Garner. de S. Victore, CXCII, 260.

VINUM. Divinitas Christi vino comparatur : S. Gaudent., XX. 985. — Vinum sanguis Christi : Raban. Maur., CXII, 1078.

VIRGA. Christus ipse est flos de virga, profecta ex radice Jesse. Humanitas Christi significata est per virgam Moysis : Rupert. abb., CLXVII, 584. — Virga Moysis in serpentem conversa figura fuit Dominicæ passionis : S. Augustin, XXXVI, 933; XXXVIII, 67; XLII, 880. — Virga Moysis fuit figura ligni crucis Christi : Wolbero, abb., CXCV, 1061. — Potestas data Christo significatur per virgam Moysis elevatam in mari Rubro : Rupert. abb., CLXVII, 641.

VITIS. Vitis præcisio Christi exinanitio : S. Bernard., CLXXXIV, 637. — Vitis folia Christi verba designant : *ibid.*, 853.

VITULUS humanæ in Christo naturæ typus : Vener. Godefrid., abb., CLXXIV, 650.

APPENDIX AD ARTICULUM II.

Allegoriæ quæ ad crucem spectant.

LAUX dicitur altare : Rupert. abb., CLXVIII, 366. — Arbor malus : Joannes Algrinus, CCVI, 808; Alanus de Insulis, CCX, 105. — Per arborem malum crux signatur : S. Gregor. Mag., LXXIX, 541. — Crucis arbor fructum salutis et vitæ attulit : Rupert. abb., CLXVIII, 953. — Arca Noe : S. Petr. Damian., CXLIV, 770. — Baculus : Raban., Maur., CXII, 873. — Hamus : S. Bernard., CLXXXIII, 102. — Lectulus : Gilbert., CLXXXIV, 655. — Lignum : Raban. Maur., CXII, 985. — Lignum dulcescens aquas : Rupert. abb., CLXVII, 655. — Navicula : Raban. Maur., CXII, 1005. — Propitiatorium : S. Petr. Damian., CXLIV, 771. — Quercus Thabor : Vener. Hildebert. Cenoman., 439. — Regium signaculum : S. Bernard., CLXXXIV, 727. — Sedes sponsalis in qua Christus Ecclesiam sibi copulavit, *ibid.*, 656. — Scala et janua cœli : Alanus de Insulis, CCX, 224. — Scala cœli proprio nomine crux vocatur, quia per ipsam Dominus Jesus Christus mysteria universa conficiens et concludens, Patri et Adam reportavit et iter ad cœlum omnibus se sequentibus patefecit : S. Zeno, XI, 433. — Sola via ad cœlum : S. Bernard., CLXXXIV, 740. — Statera : Rupert. abb. CLXXII, 1612. — Statera corporis Christi, id est Ecclesiæ : S. Bernard., CLXXXIV, 672. — Sycomorus : Raban. Maur., CXII, 1053. — Sycomorus seu ficus fatua : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 438. — Vectis : Raban. Maur., CXII, 1073. — Virga, id., CXII, 1081 ; S. Augustin., XL, 608. — Virga virtutis : S. Petr. Damian., CXLIV, 761.

Ligni nomine crux sancta designatur : S. Eucher., L, 741; Garner. de S. Victore, CXCIII, 329. — Nomine palmæ : Raban. Maur., CXII, 1017. — Nomine Torcularis, *ibid.*, 1068.

Lignum crucis dicitur altare, *ibid.*, 856. — Arbor, *ibid.*, 865. — Cedrus, *ibid.*, 891. — Crucis figuræ fuerunt agnus paschalis, signum sanguinis agni paschalis, signum crucis : Lactant., VI, 530. — Altare ligneum. Crucis mysterium significatur per altare ligneum : Rupert. abb., CLXVII, 1488. — Aod. Crux per capulum gladii Aod signata : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 270. — Arca Noe : S. Aug., XL, 534. — Botrus. Christus in cruce, botrus positus in vecte : S. Petr. Damian., CXLIV, 786. — Crux Mardocheo parata : Raban. Maur., CIX, 660. — Gedeon. Crux in Gedeone adumbrata : S. Petr. Damian., CXLIV, 769. — Isaac. Crucem ferentis Christi figura fuit Isaac bajulans ligna : Rupert. abb., CLXVII, 429. — Jacob. Crux significatur per transpositionem manuum Jacob super Ephraim et Manassen. Rupert. abb. CLXVII, 548. — Juniperus sub quo fuit Elias, *ibid.*, 1245. — Lignum immissum in aquas ut dulces fierent : S. Augustin. XXXIV, 606; Raban. Maur., CIX, 1031. — Bene ligno fructifero comparatus est Dominus Christus propter crucem quam pro hominum salute suscepit : Cassiodor., LXX, 30. — Christus regnavit a ligno; non ab illo ligno paradisi, unde diabolus genus humanum videbatur tenere captivum; sed ab isto scilicet ligno unde libertas caput extulit, in vita surrexit; in illo siquidem ligno mors transgressionis pependit; in isto fides confessionis emicuit; illud perduxit ad inferos, istud mittit ad cœlos : Raban. Maur., CIX, 560. — Moyses extendens manus : S. Augustin., XLII, 901. — Moyses quandiu manus tendebat Amalech audacia superba premebatur, præsagens crucem beatissimæ passionis : Cassiodor., LXX, 959. — Palma : S. Gregor. Magnus, LXXIX, 536; Rupert., abb., CLXVIII, 947, Alanus de Insulis, CCX, 221. — Palus quo Jael transadegit cerebrum Sisaræ : Raban. Maur., CVIII, 1136. — Samsonis Columnæ : Vener. Godefrid abb., CLXXIV, 285. — Serpens. Serpens ligno suspensus typus et umbra Christi fuit pro salute nostra in cruce pendentis : S. Ambros., XVII, 34. — Tabulæ Dei digito scriptæ, crucis typus : S. Petr. Damian., CXLIV, 606. — Terebinthus. Crux Christi significabatur per terebinthum ubi Jacob sepelivit deos alienos, quia in carne Christi sepulta sunt nostra peccata : Rupert, abb., CLXVII, 501. — Tympanum Mariæ prophetissæ ; S. Pet. Damian., CXLIV, 1022. — Littera græca Thau (T) : S. Augustin, XXXIV, 804; Paschas. Radbert., CXX, 1101 ; Rupert. abb., CLXVII, 1038. — Virga Aaron : S. Petr Damian., CXLIV, 730. — Virga Moysis : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 686; Wolbero abb., CXCV, 1061. — Virga qua percussa est petra : Lanfranc. Cantuariens, CL, 188; Petr Lombard,, CXCI, 1617.

Crux significatur per duo ligna quæ colligebat vidua Sarepta : Rupert. abb., CLXVII, 1241. — Tauri cornua crucis extima : Tertull., II, 346. — Brachia crucis dicuntur cornua : Raban. Maur., CXII, 903. — Crucis brachia sunt cornua in manibus Christi : Rupert. abb., CLXVII, 1618. — Crux habuit duo ligna, unum linguam Judæorum, alterum manum gentilium : Rupert, abb., CLXXII, 881.

Duo ligna crucis per genuinam percussionem petræ

sint significata : S. Augustin., XXXV, 1612. — Signaculum crucis, cortex : Raban. Maur. CXII, 904. — Signum Dei vivi, crucis est signum : Alcuin., C, 1129. — Vexillum crucis est clypeus : Raban. Maur., CXII, 895.

ARTICULUS III.

Allegoriæ quæ ad beatam Mariam spectant.

ARCA Testamenti nihil aliud quam Mariam præfigurat : S. Ambros., XXII, 689.

AROMATA. Aromaticis speciebus comparantur virtutes Mariæ : Alanus de Insulis, CCX, 82.

AURORA. Maria est auroræ similis : Alan., CCX, 94.

CAPUT beatæ Mariæ Christus : Alanus de Insulis, CCX, 100.

CASTELLUM symbolum esse potest beatæ Mariæ Virginis : vener. Godefrid., CLXXIV, 959.

COELORUM regnum Mariæ fidei comparatur : S. Bernard., CLXXXIII, 120.

COLLUM non extentum significat humilitatem Mariæ : Rupert. abb., CLXVIII, 944. — Collum beatæ Mariæ obedientia ejus est : Alanus de Insul., CCX, 60. — Doctrina est ejus, *ibid.*, 99.

COLUMBA. Columbæ proprietates beatæ Mariæ applicantur : Rupert abb., CLXVIII, 884.

DIES. Maria dies est sicut angelus Gabriel. : Raban. Maur., CXII, 909.

EBUR. Ebori comparatum Mariæ corpus : Guerric., CLXXXV, 117.

FERMENTUM. Mariæ fides. fermentum : S. Bernard., CLXXXII, 801.

FONS signatus, uterus Virginis : S. Paschas. Radbert, CXX, 106. — Fons signatus a Spiritu sancto dicitur Maria tam corpore quam mente : Rupert. abb., CLXVIII, 898.

FUNDAMENTUM. Maria est fundamentum fidei nostræ : vener. Godefrid., abb., CLXXIV, 1149.

FUNICULUS. Maria significatur per funiculum coccineum quod Raab ligavit in fenestra : Rupert. abb., CLXVIII, 867.

GUTTUR. Meditatio beatæ Mariæ gutturi comparatur : Alan., CCX, 101.

HIERUSALEM beatam Mariam designat : Alanus de Insulis, CCX, 202.

HORTUS conclusus, uterus Virginis : S. Paschas. Radbert., CXX, 106.

LABIA Virginis Mariæ significant illius doctrinam : Rupert. abb., CLXVIII, 884.

LECTULUS. Uterus Virginis Mariæ lectulus dicitur : Rupert., abb., CLXVIII, 858. — Lectulus Salomonis beatam Mariam præfiguravit : Alanus de Insulis, CCX, 75.

LIBANUS. Mariæ virginitas Libano comparata : Gilbert., CLXXXIV, 89.

LILIUM inter spinas, beata Virgo inter filias synagogæ : Wolbero abb., CXCV, 1093. — Maria et Joseph, duo lilia : Rupert. abb., CLXVIII, 871.

MANNA. Maria est manna subtilis splendida, suavis et virgo, quæ velut cœlitus veniens, cunctis ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit : S. Maximus Taurinens., LVII, 550.

MARIA, Ager plenus : S. Bernard., CLXXXIV, 1074. — Aquæductus, id., CLXXXIII, 439. — Aurora : Thomas Cisterciens., CCVI, 124. — Aurora consurgens : Rupert. abb, CLXVII, 956; S. Bernard., CLXXXIV, 896 — Castellum : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 32; S. Bernard., CLXXXIV, 1083. — Collis thuris : Alanus de Insulis, CCX, 80. — Collum : Thomas Cisterciens., CCVI, 122, — Columba dilecta : Alanus de Insulis, CCX, 93. — Columba mystica : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 37. — Domus divinæ sapientiæ : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 957; S. Bernard., CLXXXIII, 674. — Domus sapientiæ : Alanus de Insulis, CCX, 261. — Domus figuli : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 290. — Electa ut sol : Alanus de Insulis, CCX, 94. — Fons : vener. Godefrid., CLXXIV, 1008; Alanus, CCX, 76. — Fons signatus : Alanus de Insulis, CCX, 95. — Fundamentum fidei nostræ : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 1149. — Hortus aromatum : Alanus de Insulis, CCX, 95. — Hortus conclusus, *ibid.*, 82. — Hortus deliciarum : S. Bernard., CLXXXIV, 836; Guerric. abb., CLXXXV, 119. — Hortus nucum : Alanus de Insulis, CCX, 95. — Inventrix gratiæ : S. Bernard., CLXXXIII, 415. — Lenticula : Thomas Cisterciens., CCVI, 35. — Lilium inter spinas : S. Petr. Damian., CXLIV, 754; Alanus de Insulis, CCX, 217. — Luna : Thomas Cisterciens., CCVI, 124. — Mater charitatis : S. Bernard., CLXXIII, 922. — Mater gentium : Rupert. abb., CLXVIII, 950. — Medium terræ : S. Bernard., CLXXXII, 327. — Misericordiæ regina, id., CLXXXIV, 1059. — Mons : Rupert. abb., CLXVIII, 310. — Mons myrrhæ : Alanus de Insulis, CCX, 80 — Mulier fortis : S. Bernard., CLXXXIII, 65. — Navicula : vener. Godefridi abb., CLXXIV, 603. — Negotium sacerdotum : S. Bernard., CLXXXIII, 327. — Oliva campi : Alanus de Insulis, CCX, 247. — Plantatio rosæ in Jericho : Alanus de Insulis, CCX, 247. — Plena gratia et scientia, *ibid.*, 87. — Porta cœli : S. Paschasius Radbert., CXX, 1010. — Porta cœli maxima : Rupert. abb., CLXX, 70. — Porta Ezechielis : S. Petrus Damian., CXLIV, 753. — Porta Orientalis : Vener. Godefrid., CLXXIV, 905; Adamus Scot., CXCVIII, 185. — Pulchra ut luna : Rupertus abb., CLXVIII, 956; Alanus de Insulis, CCX, 94. — Pulcherrima mulierum : Philippus, de Harveng, CCIII, 245. — Puteus : Vener. Godefridi, CLXXIV, 1008. — Puteus aquæ purissimæ : S. Bernard., CLXXXIV, 194. — Rubus incombustus : S. Bernard., CLXXXIII, 64, 452. — Sacrarium Scripturarum : Rupert. abb., CLXVIII, 899. — Sacrarium Spiritus sancti, id., CLXX, 63. — Scala Jacob : Paschas. Radbert., CXX, 1010; vener Godefrid., CLXXIV, 1011. — Secretorum Dei conscia : S. Bernard., CLXXXIII, 857. — Soror et sponsa Christi : Alanus de Insulis, CCX, 81, 81. — Stella : S. Petrus Damian., CXLIV, 719; Thomas Cisterciens., CCVI, 124. — Stella Maris : S. Petr. Damian., XXLIV, 719; S. Bernard., CLXXXIII, 440. — Templum Domini : Rupert. abb., CLXX, 63. — Thalamus sanctitatis, *ibid.*, 67. — Thesaurus Dei : S. Bernard., CLXXXIII, 395. — Thronus Dei : Guerric. abb., CLXXXV, 189. — Thronus regius, *ibid.*, — 117 — Triclinium divini consilii : Rupert., abb., CLXX, 67. — Turris David : Rupert. abb., CLXVIII, 888. — Vellus Gedeonis : S. Bernard., CLXXXIII, 64. — Vertex montium : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 47. — Virga florida : S. Bernard., CLXXXIII, 62, 452. — Virga ex qua Jesus flos prodiit : S. Bernard., CLXXXIII, 41. — Virgo et martyr : Guerric., CLXXXV, 117. — Virgula ex aromatibus myrrhæ et thuris : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 986

Maria Virgo dicitur acies castrorum : Alanus de Insulis, CCX, 91, 94. — Arca Noe : *ibid.*, 91, 94. — Castellum : Raban. Maur., CXII, 885. — Civitas : Raban. Maur., CXII, 897; Alanus de Insulis, CCX, 200. — Cœlum : S. Petr. Damian., CXCIV, 861. — Ferculum : Raban. Maur., CXII, 925. — Fiscella : id.; *ibid.*, 929. — Virtutum Gazophylacium : Alanus de Insulis, CCX, 53. — Hortus conclusus : Rupert. abb., CLXVIII, 896. — Jerusalem : Rupert. abb., CLXX, 205. — Alanus de Insulis : CCX, 91, 94. — Lana : Raban. Maur., CXII, 980. — Lilium : Alanus de Insulis, CCX, 64. — Mons : Raban. Maur., CXII, 1001. — Mons myrrhæ : Rupert. abb., CLXX, 205. — Mulier : Raban. Maur., CXII, 1002. — Ovum : Rupert. abb., CLXVIII, 1456. — Palatium : Alanus de Insulis, CCX, 53. — Cœlestis regis Paradisus : Rupert. abb., CLXVII, 895. — Porta : Raban. Maur., CXII, 1031. — Porta cœli : Paschas. Radbert, CXX, 1010. — Porta sanctuarii : Rupert., CLXVII, 1493. — Prophetissa : *ibid.*, 1307. — Pulchra et beata, id., CLXVIII, 851. — Regina angelorum, id., CLXX, 205. — Rubus : Raban. Maur., CXII, 1041. — Scala Jacob : S. Paschas. Radbert., CXX, 1010. — Sol : Raban. Maur., CXII, 1057. — Soror Christi : Alanus de Insulis, CCX, 107. — Speculum humilitatis : Rupert. abb., CLXX, 205. — Stella : Raban. Maur., CXII, 1052. — Sunamitis : Alanus de Insulis, CCX, 96. — Tabernaculum : Raban. Maur., CXII, 1062; Alanus de Insulis, CCX, 53. — Terra : Raban. Maur., CXII, 1065. — Templum : *ibid.*, 1064. — Thalamus : *ibid.*, 1063. — Turris : Rupert. abb., CLXX, 205. — Vellus : Raban. Maur., CXII, 1073. — Virga, *ibid.*, 1081; Richard. de S. Victore, CXCVI, 1031. — Virgula fumi : Alanus, CCX, 74.

Maria Virgo comparatur arcæ Noe : S. Bernard., CLXXXIV, 1016, 1019. — Auroræ : S. Petr. Damian., CXLIV, 719. — Campo : S. Bernard., CLXXXIII, 41; Wolbero abb., CXCV, 1093. — Castello : Alanus de Insulis, CCX, 190, 201. — Ecclesiæ : Alanus, CCX, 60. — Jerusalem civitati : *ibid.*, CCX, 190, 201. — Lunæ : S. Petr. Damian., CXLIV, 719. — Rubo ardenti : S. Bernard., CLXXXIV, 1017. — Soli : S. Petr. Damian, CXLIV, 720; vener. Godefrid., CLXXIV, 760; S. Bernard., CLXXXIII, 430. — Terræ : vener. Godefrid., CLXXIV, 748, 1007. — Tartari : Alanus, CCX, 60. — Virgæ : Alanus, CCX, 190. — Virgæ Jesse : S. Petr. Damian., CXLIV, 720. — Maria assimilatur palmæ : Alanus de Insulis, CCX, 100. — Maria Domina nostra simpliciter dicta : S. Bernard., CLXXXII, 210. — Maria fuit magistra apostolorum : Rupert. abb., CLXVIII, 916. — Mariæ nomen evolutum de thesauro Divinitatis : S. Petr. Damian., CXLIV, 518 — Maria pariens est moraliter sapientia fructum salutis parens : Adam Scot., CXCVIII, 310. — Maria terribilis dæmonibus : S. Petr. Damian., CXLIV, 720. — Maria typum quemdam animarum nostrarum gessit : S. Maximus Tau-

rin., LVII, 269.—Maria animam fidelem denotat : vener. Godefrid., CLXXIV, 628. — Maria designat congregationem religiosam : Adam. Scot., CXCVIII, 335. — Maria rationem, Joseph conscientiam moraliter designant ; *ibid*, 367.

MONILE beatæ Mariæ obedientia Christi est : Alanus de Insulis, CCX, 60.

MONS beatam Virginem Mariam notat : vener. Godefrid., CLXXIV, 1091.

MULIERES in libro Generationis recensitæ figura Mariæ fuerunt : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 1022.

NARDUS carnem beatæ Mariæ designat, item et famam : Alanus de Insulis, CCX, 61.

OCULI beatæ Mariæ sunt vita activa et contemplativa : *ibid.*, CCX, 99.

ODOR. Mariæ bonus odor Christus, Christus Evæ vero malus : Rupert. abb., CLXVIII, 854.

PARADISUS. Uterus Mariæ Virginis Paradisus : S. Bernard., CLXXXIV, 837.

PARVULA dicitur Maria et ubera non habens : Alan., CCX, 107.

PELLIS. Mariæ pulchritudo similis pellibus Salomonis : Rupert. abb., CLXVIII, 846.

PETRA. Maria petra recte dicta : Guerric., CLXXXV, 119.

PLUVIA symbolum humilitatis et castitatis beatæ Mariæ Virginis : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 1006.

POLUS. Maria per polum figuratur : Alan., CCX, 201.

PORTA est Maria quæ clausa ante ingressum principis, id est Christi, semper exstitit, et post egressum ejus clausa in ævum permansit : S. Ambros., XVII, 948. — Porta uterum beatæ Mariæ Virginis designat : Raban. Maur., CXI, 385. — Porta fuit soli Deo pervia : Alan., CCX, 85.

ROS conceptio Mariæ de Spiritu sancto, significatur per rorem jacentem in solitudine : Rupert. abb., CLXVIII, 1328.

ROSA. Eva spina, Maria rosa : S. Bernard., CLXXXIV, 1020.

RUBUS, Mariæ Virginis præfiguratio : S. Eucher., L, 744; Raban. Maur., CXI, 513.

TEMPLUM, Maria templum est quoddam nobis immorandum : Adam Scot., CXCVIII, 367.

TERRA. Maria terra dans fructum benedictionis : Vigilius Tapsens., LXII, 115.

THALAMUS, uterum sanctæ Mariæ Virginis significat : Raban. Maur., CXI, 390; Garner. de S. Victore, CXCIII, 413.

UBERA duo Mariæ sunt virginitas et fecunditas quasi duo hinnuli gemelli : Rupert. abb., CLXVIII, 889. — Ubera beatæ Mariæ sunt humilitas et virginitas : Alanus de Insulis, CCX, 107. Charitas per ubera beatæ Mariæ designatur : CCX, 79. Ubera beatæ Mariæ carnem et animam designant ; *ibid.*, 98.

UTERUS Mariæ Virginis desertum nuncupatur : Raban. Maur., CXII, 909.

VELLUS est Maria de cujus fructu salutaria populis vestimenta texuntur : S. Ambros., XVII, 614. — Mariæ Virginis uterus vellus Gedeonis : Petr. Lombard., CXCI, 661.

VIRGA. Maria virga Aaron : S. Petr. Damian., CXLIV, 721, 760. — Maria figurata est per virgam Aaron : S. Bruno Astensis, CLXV, 883. — Virga ex radice, Maria ex David : Tertull., II, 788. — Maria Virgo Jasseicæ radicis virga : S. Maxim. Taurin., LVII, 510; Vigil. Tapsens., LXII, 112, 113. — Maria Virga, flos Christus : S. Ambros., XV, 1561; S. August., XL, 698; Rupert. abb., CLXVIII, 1454; Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 392; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 826, 827.

VIRGO et stella maris gratiæ divinæ typus : Adam. Scot., CXCVIII, 231.

VITIS fructificans est humilitas beatæ Virginis : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 989.

VITTA coccinea verba beatæ Mariæ significat : Alanus, CCX, 78.

Articulus IV.

Allegoriæ quæ ad angelos spectant.

ANGELI dicuntur abies : Raban. Maur., CXII, 853. — — Amica : Raban. Maur., CXII, 858. — Amicus : Raban. Maur., CXII, 857. — Aqua : S. Eucher. Lugdun., L, 742; S. Gregor. Magnus, LXXVI, 987; Raban. Maur., CXII, 860; Garner. de S. Victore, CXCIII, 279. — Astra : Raban. Maur., CXII, 867 — Astra matutina : S. Gregor. Mag., LXXVI, 467. — Aurum : *ibid.*, LXXVI, 80. — Capilli : S. Eucher. Lugdun., L, 709; Raban. Maur., CXII, 881. — Capreæ : S. Bernard., CLXXXIII, 1031. — Cardines : Raban. Maur., CXII, 888. — Castra : Raban. Maur. CXII, 889. — Cedri : S. Bruno Herbipol., CXLII, 161. — Cervi camporum : S. Bernard., CLXXXIII, 1031. — Cherub. : Raban. Maur., CXII, 891. — Cœlum : S. Augustin., XXXII, 850, 833; XXXV, 252, 258; XXXVII, 1748; S. Gregor. Mag., LXXVI, 438; Garner. de S. Victore, CXCIII, 30; Adamus Scotus, CXCVIII, 278, 787. — Cognati nostri : vener. Godefrid. : CLXXIV, 897. — Columna : Raban. Maur., CXII, 899 — Columnæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 411. — Columnæ cœli : S. Gregor. Mag., LXXVI, 50. — Consiliarii : Raban. Maur., CXII, 901. — Consules : S. Gregorius Mag., LXXV, 666; LXXVI, 19; Garner. de S. Victore, CXCIII, 151. — Crystallum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 354 — Custodes Ecclesiæ : S. Bernard., CLXXXIII, 1156. — Decor : S. Gregor. Mag., LXXVI, 659. — Denarius, Garner de S. Victore, CXCIII, 452. — Dies *ibid.*, 370. — Dragma : Raban. Maur., CXII, 906. — Ethera, *ibid.*, 917. — Filii Dei : S. Gregor. Mag., LXXV, 556; Rupert. abb., CLXVIII, 969. — Firmamentum : Raban. Maur., CXII, 929. — Fortes : Rupert. abb., CLXVIII, 555 — Fratres nostri : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 1139. — Lapis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 350. — Lignum : Raban. Maur., CXII, 985. — Lilium : S. Eucher., L, 742. — Lux : Raban. Maur., CXII, 989; Vener. Godefrid., CLXXIV, 404. — Menses : Raban. Maur., CXII, 997. — Messores : Raban. Maur., CXII, 999. — Milites : S. Gregor. Mag., LXXVI, 20; Raban. Maur., CXII, 999. — Ministri divinæ voluntatis : S. Bruno Herbipolens., CXLII, 141. — Montes : S. Hilar., IX, 655, 682; S. August., XXXVII, 1141, 1142, 1650; Raban. Maur., CXII, 1001; S. Bruno Carthus., CLII, 1119; S. Bernard., CLXXXIII 1035; Garner. de S Victore, CXCIII, 252. — Nebulæ : S. Eucher., L, 759. — Obryzum : S. Gregor. Mag., LXXVI, 80; Raban. Maur., CXII, 1009; Garner. de S. Victore, CXCIII, 306. — Ornamentum Dei : S. Gregor. Mag., LXXVI, 659. — Ovis : Raban. Maur., CXII, 1015; Oves : S Bernard., CLXXXIII, 1035. — Petræ : Raban. Maur., CXII, 1028; Garner. de S. Victore, CXCIII, 349 — Platani : Raban. Maur., CXII, 1020; Garner. de S. Victore, CXCIII, 337. — Platea : Raban. Maur., CXII. 1020. — Virtutum præsides : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 1120. — Principes : Raban. Maur., CXII, 1029. — Principes gentium : S. Gregor. Mag., LXXVI, 19. — Protectores nostri : vener. Godefrid., CLXXIV, 897. — Reges : Raban. Maur., CXII, 1057; Rupert., CLXVIII, 969; Garner. de S. Victore, CXCIII, 147. — Rupes : Raban. Maur., CXII, 1041 — Sacerdotes Domini : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 405. — Sal : Raban. Maur., CXII, 1045. — Sapphirus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 353. — Saxa : Raban. Maur., CXII, 1047. — Sedes Dei : S. Eucher. Lugdun., L, 739; S. Bruno Herbipol., CXLII, 193. — Senatores : Raban. Maur., CXII, 1049. — Servi, *ibid.*, CXII, 1051. — Signaculum Dei : Alanus de Insulis, CCX, 247. — Silices : Raban. Maur., CXII, 1054. — Silices prærupti : S. Gregor. Mag., LXXVI, 628. — Solium Dei : Raban. Maur., CXII, 1058; S. Bernard., CLXXXIII, 353. — Sorores nostræ : vener. Godefrid., CLXXIV, 647, 648. — Stellæ : Raban. Maur., CXII, 1052. — Tabernaculum : Raban. Maur., CXII, 1062. — Templum : *ibid.*, 1063. — Throni : S Eucher. Lugdun., L, 739. — Vestimentum Dei : Rupert. abb., CLXVII, 212.—Vicini nostri : vener. Godefrid., CLXXIV, 897. — Vigiles : Raban. Maur., CXII, 1078. — Vir : Garner. de S. Victore, CXCIII, 137. — Virtutes : Raban. Maur., CXII, 1081.

Angeli significant Deum excelsum : Rupert. abb., CLXVIII, 658. — Fidem : *ibid.*, 778. — Angeli portant orbem : *ibid.*, 1006. — Significantur per abyssum : Vener. Godefrid, CLXXIV, 1013; per altare : *ibid.*, 1091. — Angeli ventis comparantur : S. Bruno Carthus., CLII, 1348. — Angeli custodes dicuntur ligna cedrina : S. Bernard., CLXXXIV, 430. — Angelorum nomine designatur ipse chorus angelicus : S. Eucher. Lugdun., L, 739.

AQUÆ in cœlo dicuntur angelorum agmina, quibus cœli superiora teguntur : S. Gregor. Mag., LXXVI, 987.

AURUM dicitur sapientia primi angeli : Raban. Maur., CXII, 870.

CAPILLI. Per capillos capitis sanctos angelos seu virtuosos electos typice accipere debemus : S. Eucher. Lugdun., L, 709.

COELUM est intellectus angelorum, cœtus supernorum spirituum, angeli : Raban. Maur., CXII, 891. — Angelicus intellectus cœlum quoddam est : Adam. Scot., CXCVIII, 278, 787.

ÆS. Fortitudo angelorum æs dicitur : Raban. Maur., CXII, 918.

EXERCITUS. Angelorum multitudo exercitus.

FIRMAMENTUM, confirmatio angelicæ naturæ post ruinam malorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 36.
LILIUM, angeli, candore justitiæ : S. Eucher., L, 742.
MENSES. Ordines angelorum, menses : Raban. Maur., CXII, 997.
MONTES accipere possumus angelica ministeria et cœlorum virtutes et potestates quarum ministerio nobis in sublimia præstatur ascensus : S. Hilar., IX, 655. Montes in circuitu nostro angelorum sunt munitiones quæ nos defendunt, *ibid.*, 682.—Montis nomine angelorum celsitudo significatur : S. August., XXXVII, 1141, 1142.—Montes in circuitu Jerusalem sunt angeli, *ibid.*, 1650
NOVEM nomina lapidum Ezechielis, novem sunt ordines angelorum : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1250.— Novenarius numerus, novem ordines angelorum : Garner., CXCIII, 450.
SAPPHIRUS. Claritas angelorum sapphirus : Raban. Maur., CXII, 1044.
SEPIS. Angelorum custodia sepis, *ibid.*, 1049.
SIGNACULUM est primus angelus, *ibid.*, 1053.
TEMPLUM capacitas intellectus angelici et humani, *ibid.*, 1063.

ARTICULUS V.

Allegoriæ quæ ad spiritus malignos spectant.

ABYSSUS, astutiæ diaboli : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284.
ÆGYPTUS. Quid Ægypti nomine accipitur nisi a cœlorum sedibus lapsa multitudo? Et quid in Pharaone Ægypti rege, nisi ipse tenebrarum auctor diabolus? S. Gregor. Mag., LXXIX, 187.
ALIENUS. Dæmones dicuntur alieni : Raban. Maur., CXII, 857.
ALITUS, suggestio diaboli, *ibid.*, 856.
AMALECITÆ, figura malignorum spirituum : vener. Godefrid., CLXXIV, 299.
AMMON. Populus mœroris seu Ammon diabolus et angeli ejus non inconvenienter intelliguntur : Raban. Maur., CVIII, 1187.
ANGELUS, spiritus malignus, id., CXII, 851.
ANIMA, voluntas diaboli. *ibid.*, 852.
AQUILA. In Scriptura sacra vocabulo aquilæ maligni spiritus raptores animarum et insidiatores accipiuntur, id., CX, 694; CXII, 862.
AQUILO. Diabolus et angeli ejus per figuram in aquilone ponuntur sicut Christus in austro : S. August., XXXIII, 561. — Diabolus et coapostatæ ejus angeli ma i nuncupantur aquilo : S. Eucher., L, 739.— Aquilonis nomine appellari diabolus solet, qui ut torporis frigore gentium corda constringit : S. Gregor. Mag., LXXVI, 26, 798, 939; LXXIX, 513 —Diabolus venit ab aquilone et est princeps opprobrii nostri : Rupert. abb., CLXVIII, 231. — Aquilonis latera, diaboli gens : S. Bruno Carthus., CLII, 842.
ARMA, nequitiæ diaboli : Raban. Maur., CXII, 864. — Fraudes diaboli : Garner. de S. Victore, CXCIII. 318.
ASPES, spiritus maligni : Raban. Maur., CXII, 868. — Occulta sævitia diaboli, *ibid.* — Suggestiones diaboli, *ibid.*
ASSUR idem est ac diabolus, pro eo quod multos ad culpam pertraxit, cum cuncta sua multitudine ad inferni claustra descendit : S. Gregor. Mag., LXXV, 916.
AVIS, spiritus maligni : Raban. Maur., LXXV, 872.
BABYLONIA est civitas diaboli : Rupert. abb., CLXVII, 1310
BELLUM, tentatio diaboli ; resistens adversarius ; suggestio adversarii ; ipse malignus : Raban. Maur., CXII, 874.
BESTIÆ terræ sunt maligni spiritus, *ibid.*, 875; Rupert. abb., CLXVIII, 991, 1182.
BRANCHIA, potestas diaboli : Raban. Maur., CXII, 874
CARTILAGO, membra diaboli, *ibid.*, 887.
CATULI, dæmones, *ibid.*, 889.
CETUS vel leviathan diabolum præfigurat : S. Gregor. Mag. LXXV, 644, 824.
CHANANÆUS. Diabolus significatur per Chananæum pugnantem cum Israel : Rupert. abb., CLXVII. 875.
CIVES, dæmones : Raban. Maur., CXII, 898.
CLAMOR, vio enta tentatio diaboli. *ibid.*, 881.
CLYPEUS. Repugnatio diaboli, clypeus : Garner., CXCIII, 321.
COLLIS est diabolus ob superbiam derelictus : S. Bernard., CLXXXIII, 1038.
COR. calliditas diaboli : Raban. Maur., CXII, 902.
CORVUS est symbolum diaboli : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 253.
CUBILE, quies diaboli : Raban. Maur., CXII, 904.
CUSTODES, spiritus maligni, *ibid.*, 905.
DÆMONES merito figurantur a porcis : S. Petr. Chrysol., LII, 198. — Dæmones tempestatis nomine signantur : S. Bruno Carthusian, CLII, 854. Dæmones dicuntur calumniatores, *ibid.*, 991. — Dæmones per dracones significantur, *ibid.*, 1013.
DENTES, persecutiones dæmonum : Raban. Maur., CXII, 907.
DESERTUM, dæmones, *ibid.*, 909. — Maligni spiritus dicuntur desertum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 268.
DIABOLUS accusator in Judicio : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 871. — Adversarius, *ibid.*, 268 ; Raban. Maur., CXII, 872. — Angelus, *ibid.*, 851 — Aper singularis : S. Bruno Herbipol., CXLII, 306. — Aquilo : Raban. Maur., CXII, 860; S. Bruno Carthus., CLII, 842. — Pars aquilonaris : S. Eucher. Lugdun., L, 741. — Armatus : Raban. Maur., CXII, 865; Rupert. abb., CLXVIII, 988 —Ascensor : Raban. Maur., CXII, 867. —Aspis, *ibid.*, 868; S. Bruno Herbipol., CXLII, 340.—Auctor scandalorum : S. Bernard., CLXXXII, 202. — Avis : Raban. Maur, CXII, 872.— Nocturna avis, odens vigiliarum et anathema : Wolbero abb., CXCV, 1159, — Basiliscus : Raban. Maur., CXII, 874; S. Bruno Herbipol., CXLII, 340.—Bechemot : Raban. Maur., CXII, 875.— Bestia, *ibid.*— Bos., *ibid.*, 877.—Cadaver, *ibid.*, 878.— Caligo, *ibid.*, 879.— Calumniator, *ibid.*, 880; S. Bruno Herbipol. CXLII, 430.— Caput : Raban. Maur., CXII, 884.—Caput impiorum : Eugypp. abb., LXII, 971; Rupert., CLXVIII, 641 —Caput et initium totius iniquitatis : S. Petr. Dam., CXLIV, 279. — Caput et princeps omnium malorum : S. Agobard : CIV, 155.—Catulus : Raban. Maur., CXII, 889 — Cetus : S. Gregor. Mag., LXXV, 824; Raban. Maur., CXII, 893.—Collis ob superbiam derelictus : S. Bernard., CLXXXIII, 1058.— Coluber : Raban Maur., CXII, 900.— Damascus, *ibid.*, 906.— Damula, *ibid.*, 906.—Draco : S Eucher., L. 754 ; Raban. Maur., CXII, 904 ; S Bruno Herbipol., CXLII, 74, 340, 375; Rupert. abb., CLXVII, 1755.—Draco in insidiis : S. Augustin, XXXV, 879; XXXVI 438, 867; XXXVII, 1168. — Draco inimicus Ecclesiæ, *ibid.*, 1381. — Edom : Raban. Maur., CXII, 915. — Exactor, *ibid.*, 918; Rupert. abb., CLXVIII, 980.—Exactor pessimæ hæreditatis : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 268.—Faber : Raban. Maur., CXII, 919.— Faber sufflans persecutiones in servos Dei. Rupert. abb., CLXVII, 1340.—Fortis : Raban Maur., CXII, 931.— Gigas, *ibid.*, 916. — Homo : S. Eucher. Lugdun., L, 754.— Horribilis : S. Gregor. Mag., LXXV, 1097.—Hostis antiquus, id., LXXVI, 601.—Hostis hominis : S. Bernard., CLXXXIII, 178.—Hyæna : Raban. Maur., CXII, 954.—Incus, *ibid.*, 970 —Infernus, *ibid.*, 970.—Superbiæ institutor : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 268. — Inventor mortis, *ibid.*— Inventor et causa omnis mali : S. Agobard., CIV, 280. — Lapis : Raban. Maur., CXII, 980.—Lapis caliginis : Rupert. abb., CLXIX, 1233.—Laqueus venantium : S. Bruno Astens., CLII, 1122. — Latro : S. Gregor. Mag, LXXV, 1063; S. Petr. Dam., CXLIV, 761. — Leo : S. August., XXXV, 879; XXXVIII, 1209; S. Bruno Herbipol, CXLII, 74, 340, 375; Rupert. abb., CLXVII, 1755; S. Bernard., CLXXXIII, 237. — Leo in impetu, draco in insidiis : S. August., XXXVI, 438, 867; XXXVII, 1168.—Leo et formica : S. Gregor. Mag., LXXV, 702.—Leviathan : Raban. Maur., CXII, 985. Lucifer, *ibid.*, 989.—Lupus : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 319.—Malleus : Cassiodor., LXX, 690 ; Raban. Maur., CXII, 997.— Malleus cœlestis Opificis : S. Bernard., CLXXXIII, 483.—Milvus : Raban. Maur., CXII, 999.— Moab, *ibid.*, 1000. — Mons, id., CXI, 559.— Mons qui se misit in cor Judæ : S. Ambros., XIV, 1137.— Mors : Raban. Maur., CXII, 1002.— Morus, *ibid.*, 1002.—Nebulo : S. Augustin., XXXIX, 1649. —Nox : Rab. Maur. CXII. 1007. Pater. *ibid.*, 1023—Pater mendacii : S. Paulin Aquileiens., XCIX, 267. — Perdix : Raban. Maur, CXII, 1027.—Pirata : S. Augustin., XXXIX, 1649.—Piscis : Raban. Maur., CXII, 1030.— Plumbum, *ibid.*, 1034.— Porta mortis, id., CXI, 385.— Præpositus mortis : S. August., XXXVI. 223.—Princeps : Raban. Maur., CXII, 1029.— Princeps carceris : Rupert., CLXVII, 522.—Princeps opprobrii nostri, id, CLXIII, 231.— Princeps superborum : S Bernard, CLXXXIII, 857 —Princeps voluptatum sæculi : vener. Godefrid., CLXXIV, 61, 65.—Rex : Raban. Maur., CXII, 1088. — Rex sævissimus : S. Ambros., XIV, 1114.—Rex vitiorum : Eugypp. abb., LXII, 852.—Scorpio : S. Eucher. Lugdun., L, 754.—Serpens, *ibid.*; Raban. Maur, CXII, 1051.— Serra, *ibid.*—Servus, *ibid.*— Spiritus, *ibid.*, 1056.— Superbus, *ibid.*, 1061.— Umbra mortis : Cassiodor, LXX, 169. — Vectis : Raban. Maur., CXII, 1073.— Vectis qui ad necem percutit : S. Gregorius Mag., LXXV, 645. —Ventus : Raban. Maur., CXII, 1074.—Vipera : S. Eucher., L. 754 —Vir, *ibid.*; Raban. Maur., CXII, 1080. — Vitulus, *ibid.*, 1082. —Vulpis : S. Petr. Damian., CXLIV, 514
Diabolus dicitur Additamentum : Rupert, CLXVII, 1631.

—Alienusqui a regno Domini extraneus : Cassiodor., LXX, 785.—Aper : S. Eucher, L, 748.—Antichristus : S. Victore Bruno Herbipol., CXLII, 506. — Aquila : Garner. de S. CXCIII, 69. — Aquilo : S. Bruno Herbipol., CXLII, 806; Garner. de S. Victore, CXCIII, 59. — Aspis dum occulte percutit, basiliscus cum palam venena disseminat : Cassiodor., LXX, 654.—Assur : S. Bruno Carthus., CLII, 1079. — Avis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 65. — Baculus : Raban. Maur., CXII, 873.—Basiliscus cum palam venena disseminat : Cassiodor., LXX. 654.— Bestia : S. Eucher., L, 748; S. Gregor. Mag., LXXVI, 428, 581, 670. — Bos in membris suis, id est hæreticis : Raban. Maur., CX, 201, 208. — Calumniator : Cassiodor., LXX, 508.— Canis : S. Eucher. Lugdun., L, 752. — Captivitas : Eugypp. abb., LXII, 925.—Corvus : S. Eucher. Lugdun., L, 748 — Dies, *ibid.*, 761.— Draco : Rupert. abb., CLXIX, 1277.—Draco cum negligentes impia voracitate deglutit : Cassiodor., LXX, 654. — Draco dicitur propter venenum quod Evæ primæ mulieri pestiferis suasionibus inspiravit, *ibid.*, 739. —Exactor cujus vox est tentatio miseræ suggestionis : S. Gregor. Mag. LXX, 676; LXXVI, 555, 563, 1297.—Falsus argumentarius : Gillebert., CLXXXIV, 90. — Fenerator : Cassiodor, LXX, 785.—Fur : Rupert. abb., CLXVIII, 1442. —Homo : Garner. de S. Victore, CXCIII, 135.—Homo in quantum peccatis maculatus : Cassiodor. LXX, 156—Homo non propter naturam sed propter culpam et infirmitatem : Raban. Maur., CXII, 957.—Homo malus : Cassiodor., LXX, 994. — Hostis hominis : S. Paulin. Nolan., 294. — Leo : Eugypp. abb , LXII, 846; S. Gregor. Mag., LXXV, 700; Rupert. abb., CLXVII, 290.—Leo dum persequitur innocentes : Cassiodor., LXX, 654.—Lupus : S. Eucher. Lugd., L, 748.—Mendacium : Rupert. abb., CLXVIII, 790.—Miles : Cassiod., LXX, 551.—Milvus : Garn. de S. Vict., CXCIII, 82.— Mors : S. August., XXXVI, 556; S. Greg. Mag. LXXVI, 97. — Musca : S. Eucher., L, 748 —Nox : Garner. de S. Victore, CXCIII, 376. — Ostia tenebrosa : S. Gregor. Mag. LXXVI, 490.— Pardus : S. Eucher. Lugdun , L, 748.— Perditio : S. Gregor Mag., LXXVI, 97. — Perdix : S. Eucher., L, 748. — Porta mortis : S. Gregor. Mag , LXXVI, 490. — Rana : S. Eucher. Lugdun., L, 752.—Rex : Garner. de S. Victore, CXCIII, 147. — Rex stultus : Alcuin., C, 687. — Serpens : S. Gregor Mag., LXXV, 645; Alcuin , C, 709 — Serpens antiquus : S. Paulin. Nolan , LXI, 259, 471. — Job tentator : S. Hilar., X, 723.— Ursus : S. Eucher., L, 748 — Ventus urens : S. Gregor. Mag., LXXVI, 54, 406, 814.—Vir : Garner. de S. Victore, CXCIII, 137.—Volucris cœli : S. Gregor. Mag., LXXXVI, 95 — Vulpes : S. Eucher. Lugdun., L, 752; S Gregor. Mag., LXXVI, 96.

Diabolus vocatur aspis : Garner. de S. Victore , CXCIII, 129. — Behemot, *ibid.*, 123. — Bestia, *ibid.*, 106. — Bos, *ibid.*, 94. — Coluber : S. Hieronym., XXV, 1052 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 126.— Coluber tortuosus : S. Gregor. Mag., LXXVI, 35.—Dies et nox, *ibid.*, 611. — Draco : Garner. de S. Victore, CXCIII, 124. — Leo : S. Hieronym., XXV, 1052; S. Gregor. Mag., LXXVI, 36, 646 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 108. — Lupus, *ibid.*, 115 — Myrmicoleon : S. Gregor. Mag , LXXVI, 36, 646. — Nox : S. Gregor. Mag., LXXV, 611. — Nox solitaria, *ibid.*, 644. — Regulus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 127. — Securis : S. Hieron., XXXV, 137. — Serpens : Garner. de S. Victore, CXCIII, 124. — Serra : S. Hieron., XXIV, 137. — Tigris : S. Gregor. Mag., LXXVI, 36, 646 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 113. — Ursus : S. Hieronym., XXV, 1052. — Virga : S. Hieronym., XXIV, 137. — Designatur nomine Behemoth. S. Gregor. Mag , LXXVI, 691. — Nomine Pharaonis, id., LXXIX, 187. — Nomine Philistiim, *ibid.*, 205.

Significatur nomine aquilæ : S. Bruno Carthusian , CLII, 1181. — Nomine aquilonis . S. Gregor. Mag., LXXV, 832. — Nomine bestiæ : vener. Guibert. abb., CLVI, 301. — Nomine fortis et potentis : S. August , XXXVI, 695, 910 — Nomine mortis et inferni, id., XLI, 681 ; Alcuin., C, 431.

Diabolus figuratur, vel significatur per Ægypti regem : Rupert , CLXX, 73. — Per Ammon : Raban. Maur., CVIII, 1187. — Aquilam : S. Bruno Carthus., CLII, 1181. — Aquilonem : S. August. XXXVI, 531 ; Eugypp abb., LXII, 839 ; Wolbero abb., CXCV, 1175 ; Alanus de Insulis, CCX, 83. — Ascensorem equi : Rupert., CLXVII, 645. — Assur : S. Petr. Damian., CXLV, 1169 ; Rupert. abb., CLXVIII, 233, 670 ; CLXIX, 1365. — Babylonis regem : Rupert. abb., CLXVII, 1500. — Cetum vel Leviathan : S. Gregor. Mag., LXXV, 644, 824. — Chaldæos : Rupert., CLXVIII, 972. — Chananæum pugnantem cum Israel, id., CLXVII, 875. — Goliam : S. August. XXXVI, 302. — Herodem : Raban. Maur., CXII, 961. — Leonem : vener Godefrid. abb., CLXXIV, 1086, 1097, 1104 ; Rupert. abb., CLXVIII, 983. — Leviathan : S. Gregor. Mag., LXXV, 644, 824 ; vener. Godefrid., CLXXIV, 1102. — Lupum : Raban. Maur., CXI, 223. — Montes et colles : ven. Godefrid. abb., CLXXIV, 49. — Montes Gelboe : S. Bernard. CLXXXIII, 1039.— Nemrod : Rupert. abb., CLXVII, 366. — Perdicem : Raban. Maur., CXI, 249. — Pharaonem : S. Bruno Carthusian., CLII, 1349 ; Rupert. abb., CLXVII, 569. — Piscem : vener. Godefrid. abb , CLXXIV, 1102. — Reptilia : S. Bruno Carthus., CLII, 1186. — Seon : S. Gregor. Mag., LXXIX, 212 ; S. Petr. Damian., CXLV, 1040. — Sisara : Rupert., CLXVIII, 1031. — Syriæ regem, *ibid.*, 1263. — Vulpem : Raban. Maur., CXI, 225.

Diabolus comparatur feris quoniam humanis semper delectatur exitiis : Cassiodor., LXX, 162 ; S. Bruno Herbipol., CXLII, 110. — Ollæ quæ carnes susceptas decoquit : Cassiodor. LXX, 779. — Perdici : S. Petr. Damian., CXLIV, 718.

DIES. Diabolus sive angelus apostata dies dicitur ; imitatio diaboli umbræ : S. Eucher Lugdun., L, 741.

ETHAN Hebræa lingua *fortis* interpretatur, quod diabolum significat : Cassiodor., LXX, 532, 628.

EXERCITUS cætus dæmonum : Raban Maur., CXII, 918.

FEL est persuasio dæmonum, *ibid.*, 923.

FILII diaboli, peccatores : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 210. — Filii alieni, diaboli sunt : S. Bruno Herbipolens., CXLII, 195.

FLAMMA, instigatio diaboli. Raban. Maur., CXII, 921.

FLUVIUS. Doctrina diaboli, fluvius : Garner. de S Victore, CXCIII, 291.

FOSSA dicitur damnatio diaboli. Raban. Maur. CX, 409.

FUMUS tentatio diaboli : id., CXII, 935.

FUNDAMENTUM, occulta diaboli : *ibid* , 935.

FURES, spiritus maligni : *ibid* , 937.

GLADIUS, spiritus maligni : *ibid.*, 942 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 322.

GENS longinqua significat diabolum : Rupert., CLXVIII, 249.

HAMUS in malam partem pro diabolo accipitur. Raban. Maur., CXI, 240.

HORRIBILES sunt dæmones : *ibid.*, CXII, 958.

HOSTES nostri diabolus et angeli ejus : S. Agobard , CIV, 275.

IMPIUS, hostis antiquus : Raban. Maur , CXII, 970.

INIQUUS. Diabolus maxime iniquus et dolosus : S. Bruno, Herbipol , CXLII, 180.

LAPIS diabolus qui durus est per impœnitentiam et ponderosus per iniquitatem : Raban. Maur., CXII, 980.

LARVÆ sunt dæmones : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 486.

LATRONES sunt maligni spiritus : Raban. Maur., CXII, 983.

LEO. Diabolus tentator figuratur in leone insatiabili : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 1086, 1097, 1104. — Dæmones dicuntur leones : Alanus de Insulis, CCX, 80.

MANUS, tentatio diaboli : Raban. Maur., CXII, 994.

MAXILLA, malitia diaboli, *ibid.*, 997.

MONTES a Christo obtriti diabolum cum suis significant : S. Hilar., LX, 418. Montes, spiritus maligni : Raban. Maur., CXII, 1001. Diabolus significatur per montes et colles : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 49. Diabolus per montes Gelboe designatus ; S. Bernard , CLXXXIII, 1039.

NARES, instigatio diaboli : Raban. Maur., CXII, 1004 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 171.

NERVI, machinamenta diaboli : Raban. Maur., CXII, 1005.

NOCENDI cupidus semper diabolus : S. Agobard., CIV, 182, 184.

NOVACULA. Diabolus novacula pestiferæ sectionis ; S. Paulin. Nolan., LXI, 261.— Novaculæ appellari merentur subtiles dæmonis suggestiones : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 409.

OCULI, consiliarii diaboli , Raban. Maur., CXII, 1010

OLLA, malitia diaboli , *ibid.*, 1011.

OS, calliditas diaboli , *ibid.*, 1013.

OSTIA, spiritus maligni , *ibid.*, 1014.

OVA, consilia dæmonum , *ibid.*, 1015.

PANNI diaboli pompæ sunt sæculi : S. Paulin. Aquileiens , XCIX, 268.

PERDIX, avis dolosa atque immunda significat diabolum : Raban. Maur., CXI, 249.

PILOSI sunt immundi spiritus, id., CXII, 1027.

PORCI, immundi spiritus, *ibid.*, 1052 — Porci, malignorum spirituum symbolum : vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 206.

PORTÆ mortis sunt diaboli ; S. Bruno Herbipolens.,

CXLII, 71. — Potestates adversæ dicuntur porta : Garner. de S. Victore, CXCIII, 402.

RANÆ sunt dæmones et spiritus dæmoniorum : Raban. Maur., CXI, 228.

REPTILIA sunt immundi spiritus, id., CXI, 1059.

RUGITUS, sævitia diaboli, *ibid.*, CXII, 1041. — Suggestio diaboli, *ibid.*

SABÆI. Dæmones signantur per Sabæos : Rupert., CLXVIII, 971.

SÆCULI hujus motus atque fluctus undantis maris æstibus comparati sunt dominantis diaboli incolatus, secundum prophetieam et allegoricam intelligentiam : S. Hilar., IX, 516.

SAGITTÆ dicuntur diaboli : S. Bernard., CLXXXIV, 502.

SCORPIONES, dæmones : Raban. Maur., CXII, 1060.

SECURIS. Diabolus in Scripturis et prophetis vocatur securis et serra et virga : S. Hieronym., XXIV, 137.

SINISTRA, reprobi angeli : Raban. Maur., CXII, 1055.

TIGRIS significat astutiam diaboli, diabolum ipsum : *ibid.*, CXI, 219.

UMBRA. Imitatio diaboli, umbra : Garner. de S. Victore, CXCII, 382.

VIPERA. Tentatio diaboli : Raban. Maur., CXII, 1079.

VITULUS ille quem Moyses confregit est corpus diaboli : S. Petr. Damian., CXLV, 1026.

VOLUCRES maligni spiritus : Raban. Maur., CXII, 1083. — Volucres cœli significant dæmones : Rupert. abb., CLXVIII, 80, 1468; S. Paschas. Radbert., CXX, 557.

VOX, suggestio hostis : Raban. Maur., CXII, 1085.

VULPES, spiritus maligni, *ibid.*, CXII, 1084; Rupert. abb., CLXVII, 1182. — Nomine vulpium dæmones significantur : S. Hilar., IX, 406. — Vulpes mystice diabolum dolosum significat : Raban. Maur., CXI, 225. — Diabolus vulpis est species : S. Petr. Damian., CXLV, 544. — Dæmones dicuntur vulpes propter malitiam, volucres vero propter elationem : Rupert. abb., CLXVIII, 1468.

ARTICULUS VI.

Allegoriæ quæ ad Ecclesiam spectant.

ACERVUS. Venter Ecclesiæ comparatur acervo tritici : Cassiodor. LXX, 1094. — Tritici acervus multitudinem fidelium significat : Wolbero abb., CXCV, 1230.

ÆDIFICATIO tabernaculi et templi, unam eamdemque Christi Ecclesiam designat : vener. Beda, XCI, 737.

ÆGYPTII ab Hebræis suis divitiis spoliati sunt figura Christianorum proficientium ex ethnicorum doctrina : S. Augustin., XXXIV, 61. — Christiani qui aut schismata aut hæreses movent et Ecclesiam Dei quibus possunt afflictionibus impetant, fiunt Ægyptii : S. Prosper Aquitanus, LI, 584.

AGER. Terra Dei, ager Dei, Ecclesia est : S. Prosper Aquitan., LI, 314. — Potest agri nomine universa Ecclesia designari : S. Gregor. Mag., LXXV, 1150. — Duo in agro clerici sunt qui gubernant Ecclesiam : S. Aug., XXXVII, 1279, 1730.

AQUÆ maris significant populum christianum : Cassiodor., LXX, 226.

ARCA NOE. Viderimus si secundum arcæ typum et corvus, et milvus, et lupus, et canis, et serpens in Ecclesia erit, certe idololatres in arcæ typo non habetur.

NUNTII. Apostoli significantur per nuntios : David missos ad Nabal : Rupert. abb., CLXVIII, 1113.

NUX. Nuci comparatur recte justorum vita : Thomas Cisterciens., CCVI, 655.

NYCTICORAX, vir sanctus infidelibus despicabilis : S. Eucher., L, 748. — Nycticorax peccatorem pœnitentem designat : S. Paul. Nolan., LXI, 371.

OBRYZUM, sanctitas hominis ; Raban. Maur., CXII, 1009. — Mens perfecta ; Garn. de S. Victore, CXCIII, 306.

OCULUS, mens contemplantis, intimus amicus, populi; Raban. Maur., CXII, 1009 — Oculi Christi, apostoli ; S. Aug., XXXVI, 1111; Cassiodor., LXX, 625; Alcuin., C, 563; S. Bruno Carthusian., CLII, 970. — Doctores Ecclesiæ. Cassiodor., LXX, 1086; Alcuin., C, 563. — Oculi corporis Christi, apostoli et sacerdotes; S. Hilar., IX, 809. — Per oculos Dei sancti intelliguntur et docti; Vener. Guibert, CLVI, 410. — Oculi Ecclesiæ, apostoli; S. August., XXXIV, 843; S. Bruno Carthus., CLII, 1162. — Doctores; Cassiodor., LXX, 664, 1095; Gilleberl. CLXXIV, 156. — Prælati: Gillebert. CLXXXIV, 118; Wolbero abb., CXCV, 1148, 1251. Oculi Spiritus sancti doctores sunt; Alan. de Insul., CCX, 88

OLEA, sanctus misericordiæ abundans fructibus; S. Eucher., L, 742.

OLEUM GAUDII est charitas sanctorum in cœlo: Ven. Godefrid., CLXXIV, 634.

OLIVA, misericordes : Garner. de S. Victore, CXCIII, 337. — Mons olivarum, patriarchæ et prophetæ: Rupert. abb., CLXVIII, 805.

ONAGER, eremita : S. Eucher., L, 751. — Justus solitarius: Garner. de S. Victore, CXCIII, 116.

OPERARII, apostoli, vel prædicatores Evangelii : S. Eucher., L, 756.

OPTIMATES, doctores; Raban. Maur., CXII. 1012.

ORIONES in pondere hiemis orientes, sancto. designant martyres: S. Eucher., L, 742; Rabanus Maurus, CXII, 1012.

ORTUS, mens sancta, anima fidelis, *ibid*. 1013.

OS, prædicator : Raban. Maur., CXII, 1013. — Os, prædicator, doctorum scientia : Garn. de S. Victore, CXCIII, 173. — Os Domini sunt prælati et magistri : Ven. Godefrid., CLXXIV, 173.

OS, robur mentis, virtutes animæ: Raban. Maur., CXII, 1014. Martyres recte comparantur ossibus : Cassiodor., LXX, 1030. — Ossa arida reviviscentia populum Israelem reducendum in terram suam vel resurrectionem Judæorum et Christianorum demonstrant : Raban. Maur., CX, 859, 860. — Ossa, fortes quilibet : Garner. de S. Victore, CXCIII, 214.

OSTIUM, contemplativi, ordo auditorum: Raban Maur., CXII, 1014. — Prædicatores, *ibid*. 1014; Garner de S. Victore, CXCIII, 406. — Sacerdotes per quos credentes intrant Ecclesiam : Rupert. abb., CLXVIII, 956. — Apostoli dicuntur ostia Ecclesiæ : S. Gregor. Magn., LXXVI, 470.

OVES, populi fideles : S. Eucher., L, 752. — Simplices et mansueti : Raban. Maur., CIX, 405. — Electus populus christianus, id., CXI, 201. — Subjecti, id., CXII, 1014. — Homo redemptus, boni, *ibid*. 1015. Simplices quique : Garner. de S. Victore, CXCIII, 105. — Martyres recte comparantur ovibus : Cassiodor., LXX, 313. — Fideles sunt oves propter mansuetudinem; S. Bernard; CLXXXIII, 1153. — Oves domus Israel, innocentes sunt animæ : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 195.

PACIFICUS, sanctus quisque, prædicatores, amatores concordiæ : Raban. Maur., CXII, 1016.

PALEÆ, viri sancti, *ibid*., 1018.

PALMA, justus, *ibid*. 1017; Garner. de S. Victore, CXCIII, 335. — Septuaginta palmæ designant septuaginta discipulos: S. Ambros., XVII, 18; S. Maximus Taurin., LVII, 530. — Martyres significantur per palmam: Rupert. abb., CLXVII, 655.

PALMES, apostoli, veri fideles : Raban. Maur., CXII, 1017. — Palmites, apostoli vel sancti : S. Eucherius, L, 742.

PALPEBRÆ, prælati Ecclesiæ, prudentes sæculi : Raban. Maur., CXII, 1018; Garner., de S. Victore, CXCIII, 166.

PANIS, vir sanctus, apostoli : Raban. Maur., CXII, 1021. — Panes de cœlo, homines justi : Vener. Godefrid., CLXXIV, 263.

PANNI, exempla justorum : Rabanus Maurus, CXII, 1021.

PARADISUS, anima sancta : S. Petr. Damian., CXLIV, 265. — Anima justi : Rupert. abb., CLXVII, 1589. — Conscientia justi : S. Bernard., CLXXXIV, 1072.

PARANYMPHI sponsæ Ecclesiæ sunt prælati; Adam. Scotus, CXCVIII, 107.

PARENTES Christi sunt sacerdotes: S. Bern., CLXXXIV 1095.

PARIES, corda subjectorum : Raban. Maur., CXII, 1022. — Paries humanitatis natura: Garn. de S. Victore, CXCIII, 401.

PARVULUS, mente humilis et simplex : S. Eucher., L, 755.

PASSER, vir sanctus et alibi quilibet Christianus : S. Eucher., L, 748. — Passer solitarius in Scriptura mystice peccatorem pœnitentem designat : S. Paulin. Nolan., LXI, 371. — Passer, vir sanctus, quilibet conversus : Raban. Maur., CXII, 1022. — Humanitas, gemina hominis substantia, *ibid*.

PASTOR, apostolus : S. Eucher., L, 756. — Apostoli dicuntur pastores primi : S. Gregor Mag., LXXVI, 764. — Pastores sunt apostoli vel cæteri principes Ecclesiarum; Raban. Maur., CXI, 1254.

PATER, prælati, superiores, id., CXII, 1023. — Apostoli vocati sunt Patres : S. August., XXXVI 513 ; Vener. Godefrid., CLXXVI, 1152

PAUPER, humilis : S. Eucher., L, 756.

PAVIMENTUM, quilibet auditor : Raban. Maur., CXII, 1023. — Humilitas auditorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 420.

PECUS, justus : Raban. Maur., CXII, 1024. — Pecora, simplices quique minus prædili ratiocinandi subtilitate : S. Eucher. L, 752.

PELICANUS, vir sanctus solitudini deditus : S. Euch., L, 748; Alcuin., C, 588; Raban. Maur., CXII, 1026. — Pelicanus mystice peccatore n pœnitentem designat : S. Paul. Nolan., LXI, 371, 372.

PELLIS, sanctæ feminæ, corpora martyrum, antiqui Patres : Raban. Maur., CXII, 1026. — Exempla præcedentium Patrum pellibus animalium mortuorum figurantur : Wolbero abb., CXCV, 1041.

PENNÆ, monita prophetarum, contemplationes sanctorum : Raban. Maur., CXII, 1026; S. Gregor. Mag., LXXVI, 765.

PERA, intellectus apostolorum : Raban. Maur., CXII, 1027.

PEREGRINUS, quilibet mundum contemnens., *ibid*.

PES quilibet prædicator, amicus, apostoli, infirmi, actus sanctorum, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1025. — Apostoli sunt Christi pedes : S. Gregor. Mag., LXXIX, 578; Vener. Godefrid., CLXXIV, 87. — Pedes Dei : S. Paulin. Nolan., LXI, 258; Rupert. abb., CLXVIII, 805. — Pedes Domini: S. August., XXXVII, 1167; Rup. abb., CLXVIII 805. — Pedes Domini, sunt prædicatores : S. Eucher., L, 733; Rupert. abb., CLXVIII, 632; Vener. Godefrid., CLXXIV, 1101. — Pedes, is qui opitulando sustentat, qui ad injuncta currit, apostoli, prædicatores, ministri infirmorum operum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 233.

PETRA, vir stabilis; viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1028.

PHARETRA, consilia sanctorum : Raban. Maur., CXII, 919.

PHIALA, anima humana, doctores ; *ibid*. 926. Prædicatores, significantur per phialas : Rupert. abb., CLXVIII, 773

PIGMENTARII dicuntur apostoli : Wolbero abb., CXCV, 1195; Alanus de Insulis, CCX, 89.

PILI, humilitas pœnitentium: Raban. Maur., CXII, 1028.

PISCATORES, apostoli vel doctores : S. Eucher., L, 756. — Apostoli, piscatores hominum : S. August.,

XXXVI, 781. — Piscatores, prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1030.

PISCIS, homines fideles, potestas sacerdotalis et regia: Raban. Maur., CXII, 1030. — Pisces, sancti : S. Euch., L, 742.

PLANTA, primus justus Abel : Garner. de S. Victore, CXCIII, 238.

PLATANI, viri sancti, quilibet contemplativus : Rab. Maur., CXII, 1020.

PLATEA, auditores, homines sæculares, corda electorum, *ibid.*, 1020.

PLAUSTRA. Apostoli sunt boves et plaustra Ecclesiæ. Rupert. abb., CLXVII, 856.

PLEIADES designant electos : Raban. Maur., CXII, 1029; Garner. de S. Victore, CXCIII, 44; Adam. Scot., CXCVIII, 703.

POMA, sanctorum in virtutibus fructus : S. Eucher., L., 742 — Poma, insignia humanitatis, viri sancti : Rab. Maur., 1030.

PORTA, prædicatores ; Rab. Maur., CXII, 1031; Garn. de S. Victore, CXCIII, 402. — Doctores boni, *ibid.*, 402. — Prædicator est porta civitatis mystice : Vener. Godef., CLXXIV, 585. — Portæ, apostoli : Raban. Maur., CXI, 385; S. Bruno Herbipol , CXLII, 425. — Doctores sancti: Rab. Maur., CXI, 385. — Prophetæ : S. Bruno Herbip. CXLII, 425 —Portæ Ecclesiæ, apostoli: S. Aug., XXXVII, 1105.— Prophetæ . S. Bruno Carthus, CLII, 1330.

PORTICUS, Patres antiqui : Raban. Maur., 1032.

PORTITORES Ecclesiæ : Rupert. abb., CLXVII, 856.

POSTES, hominis corpus et anima: Raban. Maur., CXII, 1032.

PRINCEPS, prælatus, apostoli, rectores Ecclesiæ, *ibid.*, 1029. — Principes, qui suis cogitationibus principantur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 155.— Apostoli: S. Aug., XXXVI, 854.— Principes Juda, apostoli: S. Bruno, Herb., CXLII, 255. Principes fortissimi dicuntur apostoli: CLXXIV, 501.

PROCURATOR vineæ est prædicator : Vener. Godef., CLXXIV, 135

PROPHETÆ. Prædicatores prophetæ sunt appellati : S. Bernard., CLXXXIII, 718 — Apostoli dicuntur prophetarum filii: S. Greg. Mag., LXXVI, 68.

PROPUGNACULA Ecclesiæ, doctores: S. Petr. Dam., CXLIV, 511.

PROXIMI, fide propinqui et qui misericordiam impendunt inopi: S. Eucher., L, 755.

POTENTES, viri sancti; Raban. Maur., CXII, 1032.

PUER, quilibet innocentes, *ibid.*, 1032. — Pueri, qui cœlestibus mandatis inserviunt, teneritudo inchoantium, innocentes: Garner. de S. Victore, CXCIII, 145.

PUGNA. Martyrum pugna et victoria figurata fuit in pugna Gedeon: Rupert. abb., CLXVII, 1748.

PULLI, sancti: S. Eucher., L, 748. — Apostoli, pulli corvorum: S. Greg. Mag , LXXVI, 541. — Pullus, apostoli, homines de gentibus, auditores : Raban: Maur., CXII, 1833.

PUPILLA, electi, *ibid.* 1034.

PURPURA est in effusione pretiosi sanguinis martyrum, id., CXI, 578.

QUADRIGA. Virgines significantur per quadrigam equorum alborum: Rupert. abb., CLXVIII, 739. — Apostoli signantur per quadrigam equorum ruforum, *ibid.*, 744. — Quadrigæ, apostoli, sancti doctores: Rab. Maur., CXII, 1037.

QUATUOR. Sicut Moyses per quatuor castra populum Dei divisum divisit in terris; et Apostolus quatuor ordines sanctorum describit in cœlis: Raban. Maur., CVIII, 601. Quaternarius numerus designat quatuor Evangelistas: Garner. de S. Victore, CXCIII, 444.

RADIX, anima hominis, suggestio hominis : Raban. Maur., CXII, 1037. — Natura humanitatis; Garn. de S. Victore, CXCIII, 343.

RAMI, sancti prædicatores, *ibid.*, 356.

RECTORES navis sunt apostoli: Rup. abb., CLXVIII, 411.

REGINA, animæ devotæ: Raban. Maur., CXII, 1038. — Anima dominans sensibus : Vener. Godefrid , CLXXIV, 992. — Reginæ prælatorum sunt animæ: Joannes Algrin. CCVI, 642. — Doctores Ecclesiæ per reginas figurantur: Alanus de Insulis, CCX, 93.

REGNUM, mens sancta, diversi ordines fidelium: Rab. Maur , CXII, 1038 — Cor justi est regnum Dei: Vener. Godefrid., CLXXIV, 254, 580.

REGULA, eloquentia philosophorum : Raban. Maur., CXII, 1039.

RELIQUIÆ. Apostoli sunt reliquiæ Jacob: Rupert. abb., CLXVIII, 593.

REX, prædicator, vir sanctus, prælati : Raban Maur., CXI, 1057.— Apostoli, prædicatores, viri sancti : Garner. de S. Victore, CXZIII, 147.— Reges sunt apostoli sive alii sancti qui et seipsos primum et deinde Ecclesiam sibi subditam bene regere sciunt : Rabanus Maur., CXI, 708, —Concionatores dicuntur reges : Rupert. abb., CLXVIII. 980.

RHINOCEROS, fortis quique : S. Eucher., L, 748. — Potens in hoc sæculo :- Garnerius de S. Victore, CXCIII, 121.

RIVUS, prædicatores: Garn. de S. Victore, CXCIII, 296. — Rivi, prædicatores, populi fideles: Raban. Maur., CXII, 1040.

ROS significat doctrinam apostolorum : Rupert abb., CLXVIII, 494. — Prædicatorum: Rabanus Maurus, CXI, 328

ROSA, quod rutilanti colore rubeat, martyres significat: S. Eucher., L, 742; Raban. Maur., CXI, 528; CXII, 1040.

ROTA, prædicatores, *ibid.*, 1041. — Per quatuor rotas Ezechielis quatuor Evangelistæ designantur, id., CX, 655.

RUGITUS planctus pœnitentis, sollicitudines prælatorum: Raban. Maur., CXII, 1041.

RUPES, prædicatores, potentes sæculi, *ibid.*, 1042.

SACCULUS, cor pœnitentis, *ibid.*, 1045.

SACCUS, mens hominis, *ibid.*

SAGA, rectores Ecclesiæ, *ibid.*, 1043. — Prælatorum officium per saga tabernaculi designatur : Adam. Scot., CXCVIII, 766.

SAGITTARIUS, quilibet prædicator : Raban. Maur., CXII, 1043.

SAGITTÆ, apostoli: S. Eucher., L, 738; Cassiodor., LXX. 71, 330 — Prophetæ: S. Eucher. Lugdun , L, 738. — Apostoli quibusdam sunt vasa mortis et sagittæ acutæ: S. August., XXXVII, 1106. — Sagittæ Domini apostoli: S. Bruno Herbipol., CXLII, 65. — Evangelistæ, *ibid.*, 93; Cassiodor., LXX, 128. —Apostoli Dei sagittæ, volatu citæ, ictu fideles, compungentes, arguentes, volantes: S. Hilar., IX, 702. — Sagittæ sunt sententiæ prædicatorum: S. Bruno Carthusian., 828. — Prædicatoris verba sunt sagittæ acutæ: Rupert. abb., CLXVIII, 640.

SAL. Apostoli, sal terræ, lumen mundi et lucerna domus in candelabro ob egregia et conspicabilia fidei suæ opera nuncupati: S. Hilar., IX. 809. — Sali comparantur sacerdotes: Alanus de Insulis, CCX. 191.

SALICES, viri sancti: Rab. Maur., CXII, 1043. — Salices pro viriditate, boni: Garner. de S. Victore, CXCIII, 336.

SALOMONIS libri præsignant doctores Ecclesiæ in pace; Rupert. abb., CLXVIII, 331.

SALVATORES dicuntur apostoli : Rupert. abb., CLXVII, 331.

SANGUIS, exempla martyrum : Raban. Maur., CXII, 1045.

SAPPHIRUS, quilibet sancti : Garn. de S. Victore, CXCIII, 353.

SARDONYCHUS, homo sanctus: Raban. Maur., CXII, 1046.

SAXUM, mens robusta, *ibid.*, 1047.

SCABELLUM, quilibet in bona actione serviens Deo, *ibid.*, 1043

SCINTILLA, exempla justorum, verba prædicatorum, *ibid.*, 1055; Garn. de S. Victore, CXCIII, 359.

SCORPIO, doctores: Raban. Maur., CXII, 1060.

SCULPTURA, exempla sanctorum, *ibid.*, 1061.

SECURIS, vir bonus, *ibid* , 1047.

SEDES. Apostoli dicuntur throni seu sedes Dei : S. August., XXXVII, 1625.—Sedes sancti eo quod in his Dominus sedeat et per eos sua judicia decernat: S. Eucher. L, 739. — Sedes mens sancta, apostoli, conversationes sanctorum, *ibid.*, CXII, 1048. — Anima sancta, sedes sapientiæ: S. Petr. Damian., CXLIV, 544. — Anima virtutibus ornata, sedes Dei est: Vener. Godefrid., CLXXIV, 1061.

SEMEN, homines boni, viri electi: Raban. Maur., CXII 1048.

SENEX, quilibet perfectus, *ibid.*, 1049. — Senes, consummatæ justitiæ: S. Eucher. Lugdun , L, 755.

SEPTUAGINTA discipuli septuaginta palmas repræsentant: S. Bruno Astens., CLXVI, 267.

SERAPHIM. Apostoli sunt seraphim: Rupert. abb., CLXVIII, 1299.

SERÆ. Prælati dicuntur seræ portarum Ecclesiæ : S. Bruno Carthus., XLII, 1408.

SERPENS, prudentes: S. Eucher., L, 754.

SERVI Dei sunt reges : S. Bernard., CLXXXIV, 697.

SICLUS. corpus nostrum et anima : Raban. Maur., CXII, 1053.

SIGNACULUM, confirmatio electorum, populus quondam, *ibid* , 1053

SILVA, mundus iste, mens humana, *ibid.* 1054.

SINAPIS, fidelis viri fortitudo : Garner. de S. Vict., CXCIII, 430.
SINDO, mens pura: Raban. Maur., CXII, 430.
SINUS, mens nostra, quod nostrum est, *ibid.*, 1054.
SION. Anima infirma et nondum perfecta Sion vocatur: Adam. Scot., CXVIII, 298.
SOL, intelligentia sapientum, claritas prædicatorum: S. Greg. Mag., LXXV, 862; Garner. de S. Victore, CXCIII, 37. — Prædicatores, ordo sacerdotalis, sapiens, sublimis in Ecclesia: Raban. Maur., CXII, 1057.
SPECULATOR, prædicator, *ibid.*, 1050.
SPICA, Patrum sententiæ ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 434.
SPINA, prædicator: Raban. Maur., CXII, 1056.
SPIRITUS. Figurate spiritales quique in Ecclesia spiritus appellantur, qui fiunt angeli cum fiunt prædicatores et nuntii veritatis: S. Prosper Aquitan., LI, 290.—Spiritus, mens nostra, anima hominis, ratio nostra, robur hominis, spirituales quique : Raban. Maur., CXII, 1056.—Spiritus dicitur anima : Garner. de S. Victore, CXCIII, 155.
SPOLIA, viri sancti: Raban. Maur., CXII, 1059.
SPONSA Dei, anima S. Petr. Damian., CXLIV, 708. — Sponsa Christi, anima: Hugo de S. Victore, CLXXVII, 849. — Anima fidelis : S. Bernard., CLXXXIV, 643. — Fideles sunt sponsa propter dilectionem, id., CLXXXIII, 1153.
SPORTÆ, corda doctorum : Raban. Maur., CXII, 1059.
STACTUS, mens no tra, *ibid.* 1047.
STAMEN, anima hominis, *ibid.*
STELLÆ, apostoli : S. Gregor. Mag., LXXVI, 405; Vener Godefrid., CLXXIV, 51. — Concionatores": Rupert. abb., CLXVIII, 1006. — Prædicatores : Guerric. abb., CLXXXV, 51. — Stella, apostoli, prælati, virtutes sanctorum, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1052. — Stellæ sancti sive docti, vel qui ad justitiam erudiunt : S. Eucher., L, 739. — Stellæ, prophetæ antiqui, apostoli, prædicatores, justitia sanctorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 41.
STILLA, prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1057.
STILLICIDIA, fideles, *ibid.*, 1057.
SUDES, consilia sanctorum, *ibid.*, 1061.
SULEI, corda sanctorum : S. Eucher., L, 742. — Viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1061.
TABERNACULUM, mens nostra, antiqui sancti, *ibid.*, 1062. — Tabernacula dicuntur corda sanctorum, id., CXI, 589.
TABULÆ, apostoli, id., CXII, 1062; S. Petr. Damian., CXLIV, 826. — Tabulæ cedrinæ sanctos designant : Wolbero abb., CXCV, 1254.
TALI. Apostoli significantur per talos : Rupert., CLXVII, 1497.
TAURI, Patres Veteris Testamenti : Raban. Maur., CXII, 1063; Garner. de S. Victore, CXCIII, 100. — Principes populorum : S. Eucher., L, 752.
TEMPLUM, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1064. — Anima justi, fidelis populus. : Garner. de S. Victore, CXCIII, 398. — Templum Domini mens sancta et immaculata : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 95. — Anima fidelis quoddam est templum Deo sanctificandum : Adam. Scot., CXCVIII, 369.
TENTORIUM, quilibet sanctus, congregatio sanctorum : Raban. Maur., CXII, 1065. — Apostoli figurantur per tentorium in introitu tabernaculi : S. Bruno Astens., CLXIV, 327.
TERRA, sanctus, subjectus, domestica familia, minores in Ecclesia : Raban. Maur., CXII, 1065. — Anima justi, anima humana, subjecta plebs : Garner. de S. Victore, CXCIII, 239. — Nomine terræ intelliguntur qui terrenis actibus occupati per eleemosynas et lacrymas ad vitam æternam perveniunt : S. Eucher., L, 742. — Prælati terra dicuntur : S. Bruno Carthus., CLII, 1179. — Cœlo justus, terra peccator significatur : S. August., XXXVI, 275, 276. — Terra, terreni, id., XXXVII, 570.
THALAMUS, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1063. — Quilibet Deum amans. : Garner. de S. Victore, CXCIII, 413.
THESAURUS, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1066.
THRONUS. Anima fidelis denotatur per thronum : Vener. Godefrid , CLXXIV, 1125, 1126. — Throni sunt sancti : S. Eucher., L, 739. — Apostoli : S. Augustin., XXXVII, 1625. — Sancti prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1069.
THURIBULUM, operarii boni, apostoli, *ibid.* 1070.
TIGNA, doctores : Cassiodor., LXX, 1061 ; Raban. Maur., CXII, 1067 ; Alanus de Insulis, CCX, 64.
TINCTURÆ, philosophi : Raban. Maur., CXII, 1067.
TONITRU , quilibet prædicator, *ibid.*, 1068.
TOPAZION, viri sancti, *ibid.* — Multis virtutibus plenus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 354.
TORRENS, prædicatores : S. Eucher., L, 742; Raban. Maur., CXII, 1068.; Garner. de S. Victore, CXCIII, 257.
TRABS, apostoli : Raban. Maur., CXII, 1063.
TRECENTI. Prædicatores significantur per trecentos viros qui erant cum Gedeon : Rupert. abb., CLXVIII, 168.
TRITICUM, sancti vel electi Dei : S. Eucher., L, 742.
TUBA. Joannes evangelista, tuba cornea, argentea et aurea : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 726. — Prædicator in tuba figuratus : Philipp. de Harveng, CCIII, 976. — Apostoli sunt tubæ : S. Bruno Astens., CLXIV, 477. — tubæ ductiles per tolerantiam : Vener. Hildebert. Cenom., CLXXI, 712.
TURRIS. Apostoli sunt turres : S. Bruno Carthus., CLII, 1320. — Martyres recte comparantur turribus : Cassiodor., LXX, 913. — Prædicatores in Ecclesia sunt sicut turres : S. Bruno Herbipol., CXLII, 196.
TURTUR, vir sanctus : S. Eucher., L, 748. — Apostoli sunt turtures : Cassiodor., LXX, 1065
TYRI nautæ et gubernatores Ecclesiæ præsulibus comparantur : Raban. Maur., CX, 782.
UBERA, prædicatores : Garner. de S. Victore, CXCIII, 221.
ULMUS. Per ulmum significantur sæculares et minus fructificantes, alios tamen bene viventes suis facultatibus sustentantes : Wolbero abb., CXXV, 1273.
UMBILICUS Ecclesiæ sunt prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1085, 1228.
UTER, corda spiritualium, *ibid.*, 1086.
UXOR, sapientia justorum, *ibid.*, 1087.
VACCA, fidelis omnis in Ecclesia : S. Eucher., L, 752. — Viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1072. — Mentis fidelium : Garner. de S. Victore, CXCIII, 96. — Vaccæ portantes arcam Domini significant prædicatores : Rupert. abb., CLXVII, 1083.
VALLIS, humiles, humilia dicta Patrum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 258.
VAS, prophetæ, homines : Raban. Maur., CXII, 1073. — Vasa dicuntur, prædicator sanctus, disciplinatus quilibet, capacitas intelligentiæ, sancti Patres, animæ fidelium populorum, conscientiæ nostræ, corpora nostra : Garner. de S. Vict., CXCIII, 451.
VECTIS, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1073. — Doctores in Ecclesia significantur per vectes de lignis Sethim : Rupert., abb., CLXVII, 700; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 706. 707.
VENATORES. Apostoli sunt venatores : Alcuin., C, 564.
VENTI, animæ sanctorum : S. Eucher., L, 739; Raban. Maur., CXII, 1074; S. Bernard., CLXXXIV, 75; Garner. de S. Victore, CXCIII, 51. — Venti sunt apostoli quorum prædicatio totum mundum tanquam ventus celerrimus percucurrit : Cassiodor., LXX, 963. — Evangelistæ : S. Petr. Damian., CXLIV, 785.
VER puertiam designat : Wolbero abb., CXCV, 1223.
VESTIGIA. Apostoli, vestigia Christi : Cassiodor., LXX, 119.
VESTIMENTUM, ordo fidelium, viri sancti : Raban Maur., CXII, 1075. — Vestimenta bonos subditos indicant . Vener. Godefrid., CLXXIV, 187.
VESTIS, quilibet munditiæ studens, martyres Christi : Raban. Maur., CXII, 1076.
VESTITUS, habens fidei integritatem aut justitiæ indumentum : S. Eucher., L, 756.
VIÆ sunt apostoli per quos venitur ad vitam : Alcuin., C, 598, 629.
VIATORES, viri sancti : Raban. Maur , CXII, 1077.
VICARII Christi sunt apostoli : S. Agobard., CIV, 128.
VICI, homines religiosi, cives cœlestes : Raban. Maur., CXII, 1078.
VIDUA, anima : Garner. de S. Victore, CXCIII, 145. Anima justi comparatur viduæ : Vener. Godefrid., CLXXIV, 92.
VIGILES, sunt sancti apostoli et cæteri doctores Ecclesiæ : Cassiodor., LXX, 1068. — Sancti pastores : Raban. Maur., CXII, 1078. — Vigiles custodientes civitatem sancti doctores sunt : Wolbero abb., CXCV, 1123.
VINEA, populi fideles : Raban. Maur., CXI, 507, CXII, 1079 ; S. Bernard., CLXXXIII, 934. — Anima virtutibus fecunda : Garner. de S. Victore, CXIII, 341. — Vinea florens, novitii in religione : S. Bernard., CLXXXII, 1083. — Vinea quæ floruit designat provectiores : S. Bernard., CLXXXIII, 1083. — Vineæ custodes fuerunt patriarchæ et prophetæ et reges et duces : Rupert. abb., CLXVIII, 958. — Animæ per vineas significantur : S. Bernard , CLXXXIII, 1056. — Vineis comparantur Spiritu ferventes ; *ibid.*, 1070. — Primi

ficeles comparantur vineis florentibus, *ibid.*, 1068. — Apostoli, locata vinea et ab eisdem culta : S. Gregor. Mag., LXXIX, 545.

VINITORES dicuntur prædicatores : Rupert. abb., CLXVIII, 48. — Prælati Ecclesiæ, *ibid.*, — Viri apostolici : Rupert., CLXVIII, 48.

VINUM, contemplativus quisque : Raban. Maur., CXII, 1078.

VIOLÆ, confessores : S. Eucher, L, 742.

VIR, robusti et spirituales : Raban. Maur., CXII, 1080 — Vir quilibet perfectus, perfecti viri : Garner. de S. Victore, CXIII, 193. — Vir sumitur pro firmo, mulier pro infirma : Alan. de Insul., CCX, 259. — Apostoli significantur per duos viros portantes botrum in vecte : Rupert. abb., CLXVIII, 738.

VIRGA, congregatio justorum : Raban. Maur., CXII, 1081. — Humanum genus virgæ Moysis comparatur : Petr. Lombard., CXCI, 681.

VIRGO, anima sancta : S. Eucher., L, 754 ; Raban. Maur., CXII, 1080. — Virgines sunt species Christi : Richard. de S. Victore, CXCVI, 517.

VISCERA, mentes hominum : Raban. Maur., CXII, 1081. — Viscera qui spiritualibus sacramentis in Ecclesia deserviunt : Garner. de S. Victore, CXCIII, 228.

VITRUM, status civium cœlestium : Raban. Maur., CXII, 1082.

VITULUS, sancti : S. Eucher., L, 752, — Sanctus prædicator : Garner. de S. Victore, CXCIII, 101. — Lucas vituli speciem tenet : S. Gregor. Mag., LXXVI, 815 ; Alcuin., CI, 1153 ; S. Petr. Damian., CXLIV, 909 ; Rupert. abb., CLXVIII, 133 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 101.

VIVI, justi : S. Eucher., L, 756.

VOLATUS, sanctorum excessus in Deum : S. Eucher., L, 748.

VOLUCRES, animæ sanctæ, principes sæculi : Raban. Maur., CXII, 1085.

ARTICULUS IX.

Allegoriæ quæ ad gentiles et Hebræos spectant.

ACERVUS. Infidelis acervus mercurii : Raban. Maur., CXII, 854.

ADVERSARIUS, populus incredulus, *ibid.*, 872.

ÆGYPTUS, gentilitas, *ibid.*, 915 : Godefrid. abb., CLXXIV, 63.

AGER, gentilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 256. — Populus Judaicus et gentilis, ager : Raban. Maur., CXII, 854.

AGRICOLA. Principes Synagogæ, agricolæ, *ibid.*, 853.

ANCILLA, effeminatæ Judæorum mentes, *ibid.*, 859.

ANIMALIA fuerunt gentes vera religione vacuatæ, id., CXI, 193. — Animalia inter quæ Christus cognitus fuit, fuerunt duo latrones, id est, Ecclesia ex Judæis et gentibus, id est duo Testamenta : Rupert. abb., CLXVIII, 629.

ANTICHRISTI dicuntur Judæi : S. Agobard., CIV, 94.

AQUA quinque porticibus cincta, populus Judæorum lege conclusus : S. August., XXXVII, 1065. — Aqua contradictionis Judæos denotare valet : Vener. Godefrid., CLXXIV, 851. — Populi, mollia Judæorum corda, infidelitas, aqua : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284. — Per vim aquarum significat Scriptura populorum furorem : S. Prosper. Aquitan., LI, 569. — Aquæ multæ sunt populi infideles, sive foris oppugnantes sive intus insidiantes, *ibid.*, 410. — Aquæ multæ turbæ gentilium dicuntur : S. Bruno Herbipol., CXLII, 289. — Aquæ populos significant : S. Bruno Carthusian., CLII, 747.

AQUILO, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 860 : Garner. de S. Victore, CXCIII, 59.

ARCA. Sicut stante arca Domini, corruit Dago, ita ut Testamentum Domini pervenit in gentibus confestim idola quæ deceptum possidebant orbem destructa sunt : Raban. Maur., CXII, 28.

ARCHONTES. Deus archontas Sodomorum appellat archontas Judæorum : Tertull., II, 539.

ARCTURUS, populus gentilis : S. Gregor. Magnus, LXXVI, 430. — Populus incredulus : Raban. Maur., CXII, 862.

AREA, latitudo populi gentilis, *ibid.*, 865 : S. Bruno Carthus., CLII, 993.

ARENA, populus gentilis : Raban. Maur, CXII, 949. — Infideles infructuosi, *ibid.* — Arena maris populum ante legem infructuosum denotat : Vener. Godefrid., CLXXIV, 1111. — Arenæ maris, innumeras gentium multitudines designant : S. Eucher., L, 742.

ARIES, ducatus sequentium populorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 103.

ARMENTA Armentorum nomine possunt Judaicæ plebis Synagogæ designari quæ jugum legis traxere, et lac simplicis doctrinæ suis auditoribus præbuere : Raban. Maur., CIX, 404.

ARUNDO, gentilis populus : id., CXII, 949.

ASINA. In asina figuratur populus gentilium nunc Christo subditus : S. Ambros., XIV, 416. — Synagoga, asina : Raban. Maur., CXII, 868. — Gentiles significantur per asinam : Rupert. abb., CLXVII, 347. — Asina Balaam sermone humano loquens, figura conversionis gentium : S. Paulin. Nolan., LXI, 200. — Asina Balaam typum gentilitatis tenet : Raban. Maur., CXII, 731.

ASINUS, populus gentilis : S. August., XXXVII, 1675 ; S. Eucher., L, 752 ; Raban. Maur., CIX, 405 ; CXII, 867 ; S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 651. — Asinorum nomine gentilium simplicitas designatur : S. Gregor., Mag., LXXV, 527, 578, 1149 ; LXXVI, 770, 771 ; Rupert. abb., CLVII, 1271 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 88. — Asinus populum sub lege exprimit : Raban. Maur., CVIII, 88. — Stultitia Judæorum, asinus, id., CXII, 867.

ASPIS. Judæi figurati in aspide : Cassiodor., LXX, 105.

ATRIUM, plebs infidelis : Raban. Maur., CXII, 868.

AURUM, sapientia gentilitatis, *ibid.*, 870.

AUSTER, plebs Judaica, id., CIX, 398 ; CXI, 262 : CXII, 869. — Auster, Judæa : Garner. de S. Victore, CXCIII, 56.

BABYLON. Ecclesia de gentibus dicitur Babylon. : Raban. Maur., CXII, 872.

BARBA, populus Judaicus, *ibid.*, 873.

BESTIA dicitur Ecclesia de gentibus, *ibid.*, 875. — Bestiæ silvæ gentes intelliguntur : S. Prosper Aquitan., LI, 291.

BOS, populus Judaicus : S. August., XXXVII, 1675 ; S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 629 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 94. — Bos errans gentem ex circumcisione exprimit : Raban. Maur., CXIII, 921. — In bobus humilitas Israelitarum signatur, id., CXI, 578. — Boves significant Judaicum populum et Synagogam : Rupert. abb., CLXVIII, 629. Judæi et gentiles, boves : Raban. Maur., CXII, 876.

BOTRUS. Gentiles et Judæi significantur per duo homines portantes botrum in vecte : Rupert. abb., CLXVII, 874.

CADAVERA mystice infidelium corpora significant : Raban. Maur., CXI, 195.

CALAMUS, gentilitas, id., CXII, 879, 882.

CAMELUS est Judæus tumens per superbiam, quales Scribæ et Pharisæi, id., CVIII, 883. — Gentilis populus, Samaritanorum vita : Garner. de S. Victore, CXCIII, 92. — Cameli nomine designantur vitiosi gentiles et Samaritani : S. Gregor. Mag., LXXV, 536, 545 ; LXXVI, 770. — Per camelos possunt gentiles exprimi : Raban. Maur., CXX, 405.

CAMPUS, populus Judaicus, gentes inculti, id., CXII, 882. — Gentilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 257.

CANIS dicitur Judæus vel gentilis : S. Eucher., L, 752. — Gentiles canes a Judæis dicebantur : S. August., XXXVI, 702 ; XXXVII, 486, 679. — Judæi figurati in canibus : Cassiodor., LXX, 413. — Gentes et Judæi, canes : Raban. Maur., CXII, 883 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 102.

CAPPARIS, plebs Judaica : Raban. Maur., CXII, 885.

CAPRÆ dicuntur justi ex gentibus venientes : S. Eucher., L, 752.

CAPUT, sacerdotium Judæorum, principatus Synagogæ : Raban. Maur., CXII, 884. — Summa sacerdotii Judaici, caput : Garner. de S. Victore, CXCIII, 158. — Capita inimicorum Christi sunt Judæi : S. Bruno Herbipol., CXLII, 96.

CARECTUM, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 887.

CARMELUS, carnalis purificatio Judæorum, *ibid.*

CATENÆ, duræ leges gentium, *ibid.*, 890.

CATULI significant gentiles, id., CXI, 224. — Gentiles et Judæos, CXII, 889.

CEDRUS, regnum Judææ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 334. — Gentiles et Judæi, cedri : Raban. Maur., CXII, 891.

CERVUS signat plebem Judaicam : S. Gregor. Mag., LXXVI, 541.

CILICIUM, Judæi : Raban. Maur., CXII, 894.

CINCINNI, catervæ populorum, *ibid* 896.

CIVES, Judæi persequentes, *ibid.*, 897.

CIVITAS, gentiles et Judæi, *ibid.*

CLAUDICANTES Judæi qui Vetus Testamentum carnaliter tenentes, Novi gratiam respuerunt : Cassiodor., LXX, 136.

COELUM populi Judaici dicuntur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 50.

COLUMNA, principes Judæorum : Raban. Maur., CXII, 899.

CONCUBINÆ, Judæi per David concubinas designantur : S. Petr. Damian., CXLIV, 287.

CONJUX. Gentilitas est virgo et conjux : Rupert. abb., CLXVIII.

COR, sacerdotes Synagogæ : Raban. Maur., CXII, 901.

CORVUS Eliæ nutritius gentium conversionem adumbrat : S. Hilar., IX, 874. — Corvus emissus a Noe significat populum Judæorum : Rupert. abb., CLXVII, 317. — Patres idola venerantes corvorum habuere figuram, mortua et immunda sectantes ; quorum pulli, id est, filii, Deum verum invocant et sancti Spiritus pascuntur alimonia : S. Prosper Aquitan., LI, 419. — Corvi, gentiles : Raban. Maur., CXII, 902. — Gentiles et Judæi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 76. — Corvi gentiles, pulli corvorum, filii gentilium : S. Augustin., XXXVII, 1911, 1912.

DAMASCUS. Romanorum imperium vocatur Damascus : Raban. Maur., CXII, 906 .

DELUBRA significant superstitiones Judæorum : Rupert. abb., CLXVIII, 132.

DESERTUM, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 908. — Judæa, *ibid.*, 908 ; Wolbero abb., CXCV, 1131. — Judæa et gentilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 268. — Judæi dicti sunt desertum Cades : S. Bruno Carthus., CLII, 748.

DIABOLUS. Judæi dicuntur vasa diaboli : S Agobard., CIV, 78. — Filii diaboli, *ibid.*, 111.

DILECTUS, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 911

DISCUS. Gentilium conversio per discum mysticum adumbrata : S. Augustin., XXXVII, 1248

DIVES, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 911.

DOMUS, Judæi et gentiles, *ibid.* — Domus Israel sumitur pro Synagoga : Alanus de Insulis, CCX, 320.

DRACO, nequissimi principes Judæorum. gentiles : Garner. de S. Victore, CXCIII, 124. — Judæi et gentiles dracones : Raban. Maur., CXII, 906.

DROMEDARIUS, gentilitas, *ibid.*, 912.

EDOM, populus Judaicus et gentilitas, *ibid.*, 914.

EQUITATUS Domini fuit populus Israeliticus : Wolbero abb., CXCV, 1060. — Equitatus diaboli, synagoga infidelium, *ibid.*, 1064.

EREMUS, Judæa et gentilitas : Raban. Maur., CXII, 953.

ETHIOPIA, gentilitas, *ibid.*, 918 ; Rupert., CLXVIII, 677.

EXPLORATORES Holopherni qui sunt nisi philosophi gentilium et curiosi scrutatores humanarum disciplinarum : Raban. Maur., CIX, 566 — Duodecim exploratores Scribarum ac Pharisæorum imaginem tenuerunt qui Israeliticum populum averterunt, ne confiderent gratiam divinæ repromissionis adipisci posse per Christum, id., CXI, 54.

FÆCES Judæi fæces sunt Dei vivi : Petr. Lombard., CXCI, 701.

FERA, sævitia Judæorum, gentilitas : Raban., Maur, CXII, 924.

FICULNEA, typus est Synagogæ : Godefrid. abb., CLXXIV, 54.

FICUS Synagogæ typum tenet : Cassiodor., LXX, 1065 ; Alanus de Insulis, CCX, 70. — Synagoga incredula dicitur ficus . S. Eucher., L, 742. — Ficus, Judæi : Raban. Maur., CXII, 926. — Ficus designat populum præsertim Judaicum : S. Bernard., CLXXXIII, 1066. — Ficus habens folia, carens fructu, Judæi et Pharisæi habentes verba, non facta : S. August., XXXVI, 264.

FILIA, Judæa : Raban. Maur., CXII, 927. — Per filiam Edom qui sanguineus vel terrenus interpretatur Synagoga Judæorum exprimitur, id., CXI, 1261.

FILII, Judæi et gentiles, id., CXII, 927. — Per filios hominum Judæi possunt intelligi, Cassiodor., LXX, 104.

FINIS, gentiles : Raban. Maur., CXII, 932.

FLUMEN, Judæi et gentiles, *ibid.*, 933.

FOENUM erat in Veteri Testamento totum genus humanum a bove diabolo devoratum . Vener. Godefrid., CLXXIV. 642.

FORTES, Judæi : Raban. Maur., CXII, 931.

FRONDES, Judææ reges : Garner. de S. Victore, CXCIII, 347.

FRUGES. Frugum nomine conversi vel Judæi, vel gentiles intelliguntur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 434

GELU. Frigida Synagoga dicitur gelu : Raban. Maur., CXII, 943.

GENS, plebs Judaica, gentiles et gentiliter viventes, *ibid.*, 914.

GENTILES et Judæi incipientes credere significantur per Tyrum, Sidonem et Gomorrham : Rupert., CLXVIII, 1516.

GLACIES Frigida Synagoga dicitur glacies : Raban. Maur., CXII, 940.

GLEBÆ, dura corda infidelium, *ibid.*, 945. — Collectiones singulorum ordinum in Judæa, glebæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 248.

GOMORRHA. Deus populum Judæorum appellat populum Gomorrhæ ob consimilem impietatem : Tertull., II, 339.

GRANDO. Frigida Synagoga dicitur grando : Raban. Maur., CXII, 943.

GREX, imperiti populi, *ibid.*, 945.

HÆDI, infideles designant : Alanus de Insulis, CCX, 59.—Duo hædi quos Isaac jubetur afferre duorum populorum significant assumptionem : Raban. Maur., CVII, 588.

HEDERA typum Judaici populi habet, qui aliquando florebat, sed non diu in virore pristino remanebat, id., CXI, 528.

HERMON, gentiles, id., CXII, 953.

HIEMS, frigus infidelitatis, *ibid.*

HIRCUS. Populus gentilium hirci nomine designatur : S. Eucher., L, 752. — Hirci dicuntur gentiles : Raban. Maur., CXII, 203. — Duo hirci uterque populus Judæorum scilicet et gentium. *ibid.*

HORTUS. Judæa, hortus nucum : Wolbero abb., CXCV, 1218. — Hortus nucum universitatem generis humani significat, *ibid.*

IDUMÆA. Gentilitas dicitur Idumæa : Raban. Maur., CXII, 966.

IMPIUS, Judaicus populus, *ibid.*, 970.

INDIA, mundus, *ibid.*

JUDICES dicuntur Judæi, *ibid.*, 973.

JUMENTA. Judæi figurantur in jumentis insipientibus. Cassiodor., LXX, 344.

LAMINA, corda justorum : Raban. Maur., CXII, 979.

LANA. Sacerdotium Judaicum significatur per lanam : Rupert. abb., CLXVIII, 41.

LAPIS, gentiles : Raban. Maur., CXII, 981 — Lapis significat populum Judæorum vel duritiam cordis gentilium, id., CXI, 462. — Lapis, dura gentilium corda : Garner. de S. Victore, CXCIII, 550. — Gentes lapides agri dicuntur : S. Augustin , XXXIV, 830. — Lapides dictæ quod lapides adorarent, id., XXXVII, 679.

LATUS, populi infideles, Judæi, gentiles : Raban. Maur., CXII, 982.

LEO mortuus populum circumcisionis designat : Alcuin., C, 703. — Judæi, leones : Raban. Maur., CXII, 983.

LIGNA, gentiles, *ibid.*, 986.

LINUM, gentiles, *ibid.*, 987. — Sacerdotium Judaicum significatur per linum : Rupert. abb., CLXVIII, 41.

LOCUSTA. In locusta fuit figura populi gentilis : S. Ambros., XV, 1378. — Locustarum nomine Judæorum populus vel conversa gentilitas designatur : S. Eucher., L, 748. Locustam quidam gentium plebem interpretantur : Raban. Maur., CXI, 778. — Gentes et Judæi, locustæ, id., CXI, 988.

LUTUM, Judæi, *ibid.*, 991 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 276.

MACERIA, regnum Judaicum : Raban. Maur., CXII, 992.

MADIANITÆ sunt typus gentilium persequentium Ecclesiam, id. CVIII, 1154.

MANDRAGORA. Gentium fecunditas in profectu fidei significatur per mandragoræ odorem : Rupert. abb., CLXVIII, 949. — Mandragoræ gentiles et Judæos significant : Wolbero abb., CXCV, 1240.

MANUS, populus Judaicus ; persecutio Judæorum : Raban. Maur., CXII, 993.

MARE, gentilitas : S. Augustin., XXXVI, 937 ; Raban. Maur., CXII, 996 ; S. Bruno Herbipolens , CXLII, 331, 349 ; Rupert. abb., CLXVIII, 371 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 287.

MATER, plebs Judaica et Synagoga : Raban. Maur., CXII, 996.

MOAB, gentilitas, *ibid.*, 996.

MONS, gentilitas , *ibid.*, 1001. — Judaicus populus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 252. — Mons unde præcisus lapis, regnum Judæorum : S. August., XXXVII, 1270. — Montes populum Judæorum, sive Judæorum scribas designant : Raban. Maur., CXI, 359.

NAUFRAGUS. Infidelis sæpe in Psalmis sub nomine naufragi nuncupatus : S. Hilarius, IX, 316.

NAVIS. Christus Petri navem elegit, Moysis deserit,

hoc est, spernit Synagogam perfidam, fidelem assumit Ecclesiam : S. Ambros., XVII, 677.
NEBULA implens domum Domini superbos Judæorum pontifices ac doctores insinuat : Raban. Maur., CIX, 185. — Corda infidelium nebula, id., CXII, 1005.
NIX, corda infidelium, *ibid.*, 1006.
OCCIDENS, infidelitas, *ibid.*, CXII, 1010
OCULI. Doctores Judæorum dicuntur oculi : id.; *ibid.*, 1009.
OLIVA, Judæi, *ibid.*, 1011.
OLEASTER dicitur gentilis : S. Eucher., L, 742.
OLLA. Synagoga dicitur olla : Garner. de S. Victore, CXCIII, 459.
ONAGER dicitur Judæorum populus : S. Eucher., L, 751. — Judæi figurati in onagris : Cassiodor., LXX, 752. — Onager gentilis et Judæus : Raban. Maur., CXII, 1012; Garner. de S. Victore, CXCIII, 116.
ORIENS, Judæus : Raban. Maur., CXII, 1012.
OSSA arida reviviscentia populum Israelem reducendum in terram suam vel resurrectionem Christianorum demonstrant, id., CX, 859, 860.
OVILE, Synagoga, *ibid.*, 1015.
OVIS. Fideles ex Judæis, oves : Garner. de S. Victore, CXCIII, 105.
PALEA. Infideles damnati dicuntur paleæ : Raban. Maur., CXII, 1018.
PAPYRUS, Synagoga, *ibid.*, 1021.
PAX illa quam inierunt Amorrhæi cum Samuele significant unionem gentium et Judæorum quæ facta est in Christo, id., CIX, 34.
PECUS, populi, id., CXII, 1024.
PETRA. Per Petram Judæorum duritia intelligenda : Cassiodor., LXX, 813.
PISCINA, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 1030.
PLATEA, multitudo populorum, *ibid.*, 1020.
PLUMBUM. Synagoga, *ibid.*, 1034; Garner. de S. Victore, CXCIII, 318.
PORTICUS, Synagoga : Raban. Maur., CXII, 1031.
PUERI, Judæi. *ibid.*, 1032.
PULLUS, gentilitas, *ibid.*, 1033.
RHINOCEROS, superbus Judæorum populus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 121.
ROS, infidelitas : Raban. Maur., CXII, 1040.
ROTA, mundus iste, *ibid.*, 1041.
RUBUS ardens nec consumptus Judaicum populum signavit : S. Eucher, L, 742.
SACERDOTIUM Judaicum est paries dealbatus : Rupert. abb., CLXVIII, 331.
SALICES. Judæi salices sunt illæ ad quas suspensa sunt organa cantionum : Rupert. abb., CLXVIII, 127.
SEPIS, populi gentiles : Raban. Maur., CXII, 1041.
SERVUS, populus Judaicus, servus : id.; *ibid.*, 1051.
SIGNACULUM, populus gentilis : id.; *ibid.*, 1053.
SILEX, populus gentilis, *ibid.*, 1054.
SOLITUDO, gentilitas, *ibid.*, 1059; Garner. de S. Victore, CXCIII, 269.
SPINÆ sæculi designant peccata quibus Judæorum populus ferociter incitatus in delictis suis velut ignis increpans æstuavit : Raban. Maur., CXI, 256.
SUNAMITIS. Per Sunamitem Synagoga designatur, ante adventum Christi captiva vinculo diaboli et despecta a Deo : Cassiodor., LXX, 1093; Raban. Maur., CXII, 1061.
SYCOMORUS, populus Judaicus, *ibid.*, 1053.
SYNAGOGA peccatrix est et mater Antichristi qui ex ea nascetur, id., CVIII, 1171. Synagoga, socrus, id., CXII, 1057. — Soror : S. Eucher., L, 755. — Struthio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 79.
TABERNACULUM dicuntur gentiles : Raban. Maur., CXII, 1062. — Tabernacula, sunt privilegia Judæorum : Rupert. abb., CLXVII, 363.
TAURI, Judæi : Raban. Maur., CXII, 1063. — Judæorum principes tauris designantur : Cassiodor., LXX, 157.
TENTORIUM, Synagoga : Raban. Maur., CXII, 1065.
TERRA. Synagoga et gentilitas, terra : Garner. de S. Victore, CXCIII, 239. — Terra, plebs Israelitica, societas scribarum et sacerdotum Synagogæ, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 1065.
TITIONES duo fumigantes duorum regnorum finiendorum sunt typus : Raban. Maur., CIX, 248, 249.
TYRUS, gentilitatem designat : S. Bruno Carthus., CLII, 832, 1078.
UBERA. Judæi et gentiles ubera : Garner. de S. Victore, CXCIII, 221.
UNICORNES Judæi dicti sunt quia unicum Testamentum accipiunt : Cassiodor., LXX, 200; S. Bruno Carthus., CLII, 747.
UTERUS vocatur Synagoga : Raban. Maur., CXII, 1066.
VACCA. Vaccæ significant plebem Judæorum : S. August., XXXVII, 1362. — Judæi dicuntur vacca : Raban. Maur., CXII, 1072.
VELLUS significat populum Judæorum : S. Bruno Carthus., CLII, 992; Rupert. abb., CLXVII, 1036.
VEPRES dicuntur Judæi : Raban. Maur., CXII, 1074.
VILLA, populi gentiles, *ibid.*, 1078.
VINEA, populus Israel et plebs Judaica interpretatur : CXI, 507. Synagoga, Ecclesia de gentibus, id., CXII, 1079. — Synagoga dicitur vinea : S. Petr. Damian., CXLIV, 786. — Judæi nuncupati Dei vinea : S. Bruno Carthus., CLII, 1065. — Gentiles et Judæi incipientes credere significantur per vineas florentes : Rupert. abb., CLXVIII, 949. — Vineæ florentes et odorem dantes gentes sunt quæ, audito fidei verbo, boni operis odorem spargunt : Wolbero abb., CXCV, 1113.
VIRGA. Gentes et Judæi significantur per duas virgas : Rupert., CLXVIII, 786.
VIRGO, plebs Judæorum : Raban. Maur., CXII, 1080.
VIRI SANGUINUM recte nuncupati Judæi, qui Innocentis sanguinem sacrilego crimine damnaverunt : Cassiodor., LXX, 411.
VITULUS, plebs Judæorum : Raban. Maur., CXII, 1082. — Vituli dicti sunt Judæi qui, ignorato Dei jugo, inconsiderata procacitate lasciviunt : Cassiodor., LXX, 157.

ARTICULUS X.

Allegoriæ quæ ad hæreticos et peccatores spectant.

ABIES potentes et infructuosi : Raban. Maur., CXII, 853.
ABORTIVI, imperfectio hominum, *ibid.*
ABYSSUS significat multitudinem impiorum : Rupert. abb., CLXVII, 1732. — Abyssus, obscuritas impii, quique desperatissimus : Raban. Maur., CXII, 852. — Abyssus dicitur mens desperata, corda pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284.
ACCIPITER, rapax omnis : Raban. Maur, CXII, 853. — Accipitribus assimilantur prælatorum officiales et exactores : Petr. Cantor, CCV, 95.
ACETUM, piger quilibet : Raban. Maur., CXII, 853.
ADULATOR omnis est proditor : Petr. Cantor, CCV, 142.
ÆGYPTUS semper sumitur pro hoc mundo : S. Hieronym., XXII, 487. — Ægyptus sæpe in figura totius sæculi ponitur, a quo spiritaliter recedendum est : S. Prosper Aquitan., LI, 326. — Ægyptus hic mundus est qui diversis cladibus affligit populum Christianum : Cassiodor., LXX, 964. — Significat afflictionem qui non aliter dimittit animas fidelium, nisi in ipso duris laboribus graventur : Cassiodor., LXX, 964. — Omnis gens peccatrix vocatur : Ægyptus et Æthiopia, a specie ad genus : Tertull., I, 635.
AER, mens cujuslibet hominis sæcularis : Raban. Maur., CXII, 854. — Sæcularium mentium mobilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 48.
ÆS, cor durum, *ibid.*, 315.
ÆTHIOPES peccatores significant, *ibid.*, 918; S. Bruno Herbipol., CXLII, 271.
ÆTHIOPIA, cœtus reproborum : Raban. Maur., CXII, 918.
AGER, vita cujuslibet negligentis, *ibid.*, 854.
AGNI, lascivientes homines designant, CXI, 202; CXII, 855.
AGRICOLA, quilibet reprobus, *ibid.*, CXII, 855.
ALÆ, cogitationes hypocritæ, cupiditates rapacium *ibid.*, 857.
AMORRHÆUS. Per Amorrhæum pars hominum reproba designatur : S. Gregor. Mag., LXXIX, 214.
ANGULUS, corda pravorum : Raban. Maur., CXII, 859.
ANIMA, carnalia appetens feminæ comparatur non habenti rectorem virum : S. Prosper Aquitan., LI, 479.
ANIMAL, homo carnalis : S. Eucher., L, 752. — Animalia brutos homines significant et terrena tantummodo cogitantes : Raban. Maur., CXI, 199. Animalia, cupidi, duo crucifixi cum Christo latrones : id., CXII, 859.
ANTICHRISTUS, caput omnium iniquorum : S. Agobard. Lugdun., CIV, 69. — Cauda Behemoth. : S. Gregor. Mag., LXXVI, 646. — Cerastes et Coluber, *ibid.*, 596; Alcuin., C, 564. — Homo a diabolo assumptus : S.

Gregor. Mag., LXXVI, 648, 700, 709. — Homo damnatus : *ibid.*, 428. — Homo peccator *ibid.*, 486. — Diaboli gladius, *ibid.*, 726. — Leo in cubili suo : Cassiodor., LXX, 88. — Rex superbiæ : S. Gregor. Mag., LXXVII, 741. — Vas damnatum. *ibid.*, 93. — Vas diaboli, id., LXXVI, 428, 716. — Antichristus capiti aspidis et linguæ viperæ assimilatus est : id., LXXV, 1090.

APIS, immundus peccator, detractores : Raban. Maur., CXII, 859.

AQUA, voluptates reproborum, *ibid.*, 860. — Aquæ nomine peccatores populi intelliguntur : S. Augustin., XXXVII, 1644. — Aquæ contradictionis sunt populi persequentes : id. ; *ibid.*, 1865. — Aquas et abyssos impios debemus accipere : Cassiodor., LXX, 750.

AQUILA Philosophos et sophistas signat : Hugo de S. Victore : CLXXV, 378.

AQUILO, homines infideles aut mali : S. Eucher., L, 739. — Aquilonis nomine designantur peccatores : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1019. — Reprobandi homines : S. Bernard., CLXXXII, 961. — Aquilo, peccatorum frigiditas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 59. — Aquilo prodromus est mali : Adam. Scotus, CXCVIII, 760.

ARANEA, humana fragilitas : S. Eucher., L, 754; Raban. Maur., CXI, 236. — Bene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, quia omne quod ad obtinendam exsudant, ventus vitæ mortalis dissipat : S. Gregor. Mag., LXXV, 845.

ARBOR, reproborum massa, hæretici : Raban. Maur., CXII, 865.

ARCUS, insidiæ ferientium : id. ; *ibid.*, 862. — Pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII 324.

ARENA, reprobi : Raban. Maur., CXII, 849, 949. — Arenæ maris nomine infirmi et carnales in Ecclesia intelliguntur : S. August., XXXII, 336.

ARIES, hæretici : Raban. Maur., CXII, 863. — Arietes significant pravos principes, id., CXI, 1202.

ARISTA, reprobi divites : Garner. de S. Victore, CXCIII, 436.

ARMA, cor reproborum : Raban. Maur, CXII, 861.

ARMATUS, quilibet superbus, tyranni, *ibid.*, 865.

ARUNDO, peccator, vel fragilis in fide, vel in aliqua tentatione : S. Eucher., L, 742. — Instabiles, vitiosi : Raban. Maur., CXII, 949. — Arundo, carnalis animus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 427.

ASCENSOR, mundi hujus amator : Raban. Maur., CXII, 867.

ASINA, caro vel plebs carens Dei notitia : S. Eucher., L, 752. — Luxuriosi, petulantes sensus : Raban. Maur., CXII, 868. — Asinæ eis sunt animæ peccatrices : S. Gregor. Mag., LXXIX, 249.

ASINUS quilibet qui infirmis deservit, pigritia stultorum : Raban. Maur., CXII, 867. — Asinus terrena negotia appetentium typus est, id., CIX, 57. — Asinorum nomine aliquando stultorum pigritia, aliquando immoderata petulantium luxuria designatur : S. Gregor. Mag., LXXVI, 537, 578, 1149; LXXIX, 79; S. Eucher., L, 752; Garner. de S. Victore, CXCIII, 88.

ASPIS, reprobus quilibet, dolosi : Raban. Maur., CXII, 868. — Aspis qui verbum Dei audire dedignatur : Garner. de S. Victore CXCIII, 129. — Aspidi similes obstinati et pertinaces : S. Bernard., CLXXXIII, 236.

AURUM, sapientia reproborum : Raban. Maur., CXII, 870.

AVIS, instabilis quisque, *ibid.*, 871. — Anima loquax assimilatur avi discolori : Philipp. de Harveng., CCIII, 967. — Aves dicuntur superbi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 65.

BABEL turris ædificatores typus superborum : Adam. Scot., CXCVIII, 813.

BABYLON, mundum istum significat : S. August., XXXVI, 336; XXXVII, 1659; Alan. de Insulis, CCX, 218. — Babylon et Jerusalem figuræ justorum et reproborum : S. August., XXXVI, 773. — Babylon regem diabolum, Jerusalem, regem habet Christum : S. August., XXXVI, 775. — Babylon incepit a Cain, Jerusalem ab Abel, *ibid.*, 733, 773. — Quinam ad Babylonem, quinam ad Jerusalem pertinent, *ibid.*, 733. — Babylon, typus societatis iniquorum : S. August., XXXVII, 337. — Babylon civitas diaboli dicitur, id., XLI, 550; XLIII, 56. — Babylon, habitatio terrena et flumina ejus sunt omnes illecebræ temporales, sive in moribus, sive in opinionibus : S. Prosper Aquitan., LI, 530. — Babylon dicitur civitas reproborum, mens prava, impii : Raban. Maur., CXII, 872. — Filia Babylonis misera, ipsa est eadem quæ Babylon ; quæ in propagine sua et mater et filia est ; mater generando, filia succedendo, infelix utique et misera quæ ad perditionem generatur et generat : S. Prosper Aquitan., LI, 392, 396.

BABYLONIA civitas, societas est omnium perditorum et ipsa regnum habet terrenum : S. Augustin., XXXVI, 208. — Per amorem sæculi omnis iniquus in Babyloniæ structura operatur : S. Gregor. Mag., LXXIX, 597.

BESTIA, mens irrationabilis, societas reproborum, simplices quilibet, increduli : Raban. Maur., CXII, 875. — Bestiæ, homines feri : S. Eucher., L, 748. — Bestiæ, turba prædicatorum Antichristi, mens irrationabilis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 106.

BOS, luxuriosorum dementia : id. ; *ibid.*, 94. — Boves, stultorum vecordia ; vita unius cujusque operantis : S. Eucher., L, 752. — Bobus comparatur luxuriosorum dementia, vel diabolus in membris, id est, hæreticis : Raban. Maur., CXI, 201, 208.

BOTRUS, impii, id., CXII, 867.

BRACHIUM, Antichristus : Garner. de S. Victore, CXCII, 192. — Superbia Antichristi : Raban. Maur., CXII, 873.

CADAVER dicitur quilibet in culpa lapsus, *ibid*, 878. — Cadavera dicuntur infidelium corpora : S. Eucher., L, 756.

CALAMUS, hypocrita. Raban. Maur., CXII, 879.

CALIGO, confusio erroris et mentis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 381.

CAMELUS, divites rebus sæculi onesti, vel moribus distorti : S. Eucher., L, 752.

AGRICOLA Deus est, nos ejus agricultura : Petr. Lombard., CXCI, 1555.

COLUMBA, signans Spiritum sanctum ita ad Noe quasi ad Christum in Jordane devolat : S. Hieronym., XXII, 660. — Spiritus per columbam et linguas igneas sub quibus apparuit donandam nobis ostendit suo munere charitatem : S. Fulgentius, LXV, 580. — Columba figura est Spiritus sancti : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1145; Alc. C, 757, 769, 773. — Columba integra apparens Christo significat gratiam Spiritussancti : Rupert. abb., CLXVII, 1590.

CORNUA septem septemplicem Spiritus operationem designant : B. Alcuin., C, 1121. — Operatio Spiritus septiformis per cornua septem significatur, *ibid.*, 1121.

FIGULUS est Deus : Petr. Lombard., CXCI, 1465.

FUMUS. Gloria Trinitatis dicitur fumus quo excæcati sunt Judæi : Rupert. abb., CLXIX, 1113.

FUR. Judex cœlestis Deus furi comparatur : Alcuin., C, 1110.

LAMPADES septem septiformem Spiritum significant: Alcuin., C, 1117. Spiritus sanctus lampadibus comparatur, *ibid.*

LIGNUM vitæ sapientia Dei Patris est, *ibid.*, 1103.

NUBES in mari Rubro Spiritus sancti figura : Petr. CXCI, 1617.

OCULI Jesu dona Spiritus ejus mystice designant : Alcuin,, C, 821. Oculi Spiritum sanctum qui Ecclesiam illuminat, repræsentant, *ibid.*, 1098. — Septem oculi septemplicem operationem Spiritus designant : Alcuin., C, 1121.

OLEUM designat Spiritum sanctum : S. Pasch. Radb., CXX, 841.

PEDES Dei stabilitatem æternam significant : B. Lanf., CLI, 378.

SEDENS. Persona Patris per sedentem in throno Filii autem per dexteram sedentis significatur : Alcuin., C, 1120.

SEPTEM. Septiformis operatio Spiritus sancti per numerum septem designatur : Alcuin., C, 1097.

STELLÆ. Septem stellæ Spiritus septiformis dona sunt, *ibid.*, 1109.

ARTICULUS II.

Allegoriæ quæ ad Christum spectant.

ADOLESCENS intelligi potest figura humanitatis Christi : Ven. Godefrid., CLXXIV, 1083.

AGNUS. Christus dicitur agnus quia semetipsum offerens, mundum redemit : B. Alcuin., C, 1121.

AGRICOLA. Christus ut homo est vitis, agricola secundum divinitatem : S. August., XXXV, 1839.

ALPHA. Christus alpha et omega, quia principium est et finis : B. Alcuin., C, 1095.

ALTARE, de quo Joannes in Apocalypsi, Christi est humanitas : S. Bernard., CLXXXIII. 472.

ANGELUS movens aquam piscinæ figura erat Christi : S. Augustin., XXXVIII, 690.

ARCA Testamenti, incarnatio Christi : Rup. abb., CLXIX, 1029.

AURUM, initia redemptionis : S. Maximus Taurin., LVII. 259. — Auro potentia ostenditur, *ibid.*, 269, 285. In auri munere regia dignitas demonstratur : S. Sedatus, LXXII, 773.

CALCULUS. Jesus Christus calculo candido significatur. B. Alcuin., C, 1106.

CALIX Passionem Domini indicat : Ven. Godefrid., CLXXIV, 948.

CANTICUM. Christus cantavit canticum novum : B. Alcuin., C, 1122.

CHRISTUS dicitur acervus viginti modiorum : Rupert. abb., CLXVIII, 1363. — Ætas plena in qua omnes resurgent : S. Bruno Carthus., CLIII, 537. — Agnus : B. Alcuin., C, 1121 ; Richard. de S. Victore, CXCVI, 756. — Agnus Dei : S. Maxim. Taurin., LVII, 650. — Agnus masculus : Rupert. abb., CLXIX, 259. — Agricola : S. Augustin., XXXV, 1839. — Alpha et omega : B. Alcuin., C, 1095. — Altare : S. Augustin., XXXV, 1329. — Altare Dei : B. Alcuin., C, 1126 ; Richard. de S. Victore, CXCVI, 768. — Altare Ecclesiæ : Rupert. abb., CLXIX, 1017. — Angelus : Rupert. abb., CLXIX, 976 ; Ven. Hildebert., Cenoman., CLXXI, 394. — Angelus ascendens ab ortu solis : B. Alcuin., C, 1129. — Angelus de cœlo descendens : Rupert., CLXIX, 1148. — Angelus fortis de cœlo descendens in nube : B. Alcuin., C, 1143. — Angelus lapidem in mare mittens : Rupert. abb., CLXIX, 1156. — Angelus magnus, *ibid.*, 975. — Angelus magni consilii, *ibid.*, 959. — Apostolus : S. Agobard., CIV, 56. — Ara templi : Rupert. abb., CLXIX, 973. — Barachias, benedictus Domini, *ibid.*, 950. — Calculus candidus : S. Paschas. Radbert., CXX, 283, 284. — Caput Ecclesiæ : S. Agobard., CIV, 62 ; Petr. Lombard., CXCII, 178. — Caput nostrum : Ven. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 434. — Corona martyrum, *ibid.*, 707. — Filius David : S. Hilar., IX, 1004, 1047. — Desideratus cunctis sæculis : Ven. Godefrid., CLXXIV, 35. — Dies : S. Ambros., XV, 1759. — Dominus dominantium : Rupert. abb., CLXIX, 1169. — Dominicus homo : Ven. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 582. — Emmanuel : S. Paschas. Radbert., CXX, 117, 118. — Episcopus episcoporum : S. Agobard., CIV, 196. — Flos virginum : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 707. — Fons vitæ : S. Augustin., XXXV, 1654, 1113. — Fortis in humilitate : Ven. Godefrid. abb., CLXXIV, 43. — Granum tritici et granum sinapis : S. Ambros., XV, 1747. — Granum mortificandum et multiplicandum : S. Augustin., XXXV, 1766 ; XXXVI, 720. — Granum morte multiplicatum, id., XXXVIII, 1397. — Gratia continentium : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 707. — Homo peregre profectus : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1106. — Imago Dei : S. Bruno Carthus., CLIII, 235. — Impeccabilis : Vener. Godefrid., CLXXIV, 412. — Incomprehensibilis : S. Bruno Carthus., CLIII, 332. — Janua : S. Augustin., XXXVIII, 780, 1647. — Justus et justificans : Ven. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 558. — Jaspis : Richard., a S. Victore, CXCVI, 865. — Lapis mundus et candidus : Ven. Rupert., CLXIX, 1130. — Lapis positus in fundamentum : S. Paschas. Radbert., CXX, 733. — Lapis sub capite Jacob : Richard. de S. Victore, CXCVI, 865. — Leo, *ibid.*, 756. — Leo quia diabolum vicit : B. Alcuin., C, 1121. — Leo de tribu Juda, *ibid.*, 1121. — Liber : S. Bruno Carthus., CLIII, 544. — Lignum vitæ : Rupert. abb., CLXIX, 870. — Lucerna, *ibid.*, 854. — Lumen, *ibid.* — Lumen illuminans : S. Augustin., XXXV, 1782. — Lumen vitæ, *ibid.*, 1654. — Lux mundi, *ibid.*, 1652 ; Rupert. abb., CLXIX, 1148. — Lux inexstinguibilis : S. Augustin., XXXV, 1375. — Manna absconditum : B. Alcuin., C, 1105. — Margarita pro qua omnia vendenda sunt : S. Augustin., XXXV, 1371. — Margarita evangelica bonorum omnium profusioni comparanda : S. Paulin. Nolan., LXI, 276. — Mediator : S. Paschas. Radbert., CXX, 283, 284 ; S. Bruno Carthus., CLIII, 437 ; Rupert. abb., CLXIX, 975, 976. — Mediator Dei et hominum : S. Hilarius, IX, 989. — Solus mediator inter Deum et homines : S. Agobard., CIV, 202. — Mediator noster : Petr. Lombard., CXCII, 127. — Summe misericors : Ven. Godefrid., CLXXIV, 499. — Mitis erga nos, durus in seipsum, *ibid.*, 240. — Mons : S. Paschas. Radbert., CXX, 215. — Mons magnus et altus : Rupert. abb., CLXIX, 1194. — Solus mons a quo nobis auxilium : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 622. — Solus mundus a peccato : Ven. Godefrid., CLXXIV, 253. — Murus adversus insidias inimici : S. Augustin., XXXV, 1440. — Os Patris : Ven. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 590. — Ostiarius : S. Augustin., XXXV, 1728. — Ostium, *ibid.* — S. Paschas. Radbert., CXX, 319 ; Petr. Cantor, CCV, 121. — Ostium apertum credentibus : B. Alcuin., C, 884, 1111, 1116. — Ostium quod clavis aperit, *ibid.*, 1111. — Ovis : S. Augustin., XXXV, 1728, 1735. — Panis : S. Augustin., XXXV, 1612 ; XXXVIII, 265, 325, 1463 ; S. Paschas. Radbert., CXX, 320. — Panis verus : S. Augustin., 1602, 1607. — Panis angelorum : B. Alcuin., C, 1105. — Panis cœlestis manna adumbratus : S. Augustin., XXXVIII, 45, 1551. — Panis cœlestis quem manducaverunt veri Israelitæ, *ibid.*, 1551. — Panis qui de cœlo descendit : S. Maximus Taurin., LVII, 563. — Paracletus : S. Augustin., XXXV, 1828. — Pastor, *ibid.*, 1728, 1734 ; XXXVIII, 308, 1647. — Pastor bonus : Rupert. abb., CLXVII, 328 ; Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 829. — Pastor pastorum : S. Agobard., CIV, 196. — Summus Pastor, *ibid.*, 197. — Paterfamilias : Gregor. Mag., LXXVI, 1154. — Pax : S. Augustin., XXXVIII, 170. — Petra, id., XXXV, 1729, 1736 ; XXXVIII, 45, 1238, 1348. — Pontifex : S. Bruno Carthus., CLIII, 501. — Potus : S. August., XXXV, 1612. — Præmium : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 559. — Pretium, *ibid.* — Pretium nostrum : S. Augustin., XXXVIII, 1591. — Principium, *ibid.*, 24. — Radix David : B. Alcuin., C, 1121 ; Rupert. abb., CLXVII, 928. — Refectio nostra : Ven. Godefrid. abb., CLXXIV, 495. — Rex regum : Rupert. abb., CLXIX, 1166. — Sacerdos secundum ordinem Melchisedech : Rupert. abb., CLXIX, 487. — Securis ad radicem posita : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1164. — Sol : B. Alcuin., C, 1126 ; Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 1214. — Sol justitiæ et veritatis : Petr. Lombard., CXCII, 206. — Sponsus Ecclesiæ : S. Agobard., CIV, 189. — Stella matutina : Rupert., abb., CLXIX, 890. — Templum : S. Augustin., XXXV, 1329 ; Rupert. abb., CLXIX, 973. — Veritas : S. Agobard., CIV, 113. — Veritas in promisso : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 404. — Via : S. Paschas. Radbert., CXX, 244. — Via in exemplo : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 404. — Vir : Rupert. abb., CLXIX, 259 ; Vener. Godefrid., abb., CLXXIV, 401. — Vir noster, *ibid.*, 434. — Virga : B. Alcuin., C, 1109. — Vita æterna : S. Augustin., XXXV, 1610, 1818 ; Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 404. — Vita sacramentorum : S. August., XXXVIII, 92. — Vitis : S. Augustin., XXXV, 1839, 1841 ; S. Paschas. Radbert., CXX, 323.

Christus comparatur asinæ et pullo ejus : Vener. Godefrid., CLXXIV, 33. — Furi : B. Alcuin., C, 1110. — Gallinæ : S. Augustin., XXXV, 1330 ; XXXVI, 526 ; S. Paschas. Radbert., CXX, 791. — Grano frumenti : Vener. Godefrid., CLXXIV, 950. — Grano sinapis : Rupert. abb., CLXVIII, 1084. — Lucernæ : Vener. Godefrid., CLXXIV 428. — Ramo cæso ex arbore, *ibid.*, 24. — Vermiculo ligni, *ibid.*, 500.

Christus dicitur ovem humeris suis ad ovile reportans : S. Paulin. Nolan., LXI, 194. Christus nascens est puer sanctus, propheta et angelus : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 394. Christus est via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio, *ibid.*, 404. Christus in Maria, lumen in cera, *ibid.*, 611. Christi caro dicitur arca, tabernaculum, nubes, diadema, *ibid.*, 636. Christus in cruce est rex et sacerdos, *ibid.*, 696. Christus reliquit matrem relinquendo Synagogam Judæorum de qua secundum carnem natus est et inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus gentibus congregavit : S. Prosper Aquitan., LI, 620.

CIBUS. Christi cibus virtus est, Christi cibus fortitudo est : S. Ambros., XV, 1687.

CITHARÆ seniorum Passionem Christi figurant : B. Alcuin., C, 1122.

CLAVIS David de Incarnatione Christi intelligenda est : B. Alcuin., C, 1111.

COLLIS. Septem colles sunt septem orationis Dominicæ petitiones : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 586.

EQUUS albus humanitatis Christi est symbolum : B. Alcuin., C, 1123.

FACIES hominis Incarnationem designat : Rupert. abb., CLXIX, 940. — Facies veluti est Passio Christi. *ibid.*, 942. — Christi facies ut sol lucens, *ibid.* 659. — Incarnatio Redemptoris per faciem angeli fulgentem ut sol manifestatur : B. Alcuin., C, 1099.

FERMENTUM. Christus designatur per fermentum satis tribus farinæ immissum : S. Gregor. Mag., LXXVII, 772.

GALILÆA transfigurationem Domini denotat : Rupert. abb., CLXX, 201.

GRANUM. Christus designatur per granum sinapis : S. Gregor. Mag., LXXVII, 772.

HOMO descendens in Jericho repræsentat Christum : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 570.

IRIS arcum significans reconciliationis mundi per Incarnationem figura est : B. Alcuin., C, 1116. — Iris capitis Christi ejus est divinitas : *ibid.*, 1143.

JASPIS designat Christi divinitatem in qua omnia vivunt, *ibid.*, 1116.

LIBER. Christi typus est liber signatus sigillis septem : S. Bernard., CLXXXIII, 279. — Christus solus dignus aperire librum : B. Alcuin., C, 1120.

LEO de tribu Juda est Christus de semine David, *ibid.*, 1121. Resurrectio in leone figuratur, *ibid.*, 1118.

LUCERNA typus est humanitatis Christi : Vener. Godefrid., CLXXIV, 924.

MAGI. Magorum munera designant aurum regem, thus Deum, myrrha hominem : S. Hilar., IX, 923; S. Ambros., XVI, 244, 535; Juvencus, XIX, 98; Sedulius, *ibid.*, 605; S. Petrus Chrysologus, LII, 620; S. Maximus Taurin., LVII, 264, 272; S. Gregor. Mag., LXXVI, 1112; S. Fulgent., LXV, 716. — In muneribus quæ Regi nato Magi obtulere pretiosa continentur dona quæ ipse Salvator cum Deo Patre et Spiritu sancto in cœlis regnans a gentibus obtinuit : S Maximus Taurin., LVII, 261. — Magi Christum thure Deum, auro regem, myrrha hominem agnoscunt : S. Bernard., CLXXXIII, 147.

MANUS angeli fortis est operatio salutis nostræ : B. Alcuin., C, 1144.

MEDIATOR Dei et hominum est angelus thuribulum aureum in manu tenens, seu Christus, *ibid.*, C, 1135.

MONS. Christus gentibus ab apostolis nuntiatus, mons translatus in mare : S. Augustin., XXXVIII, 554.

MYRRHA Christi et nostram a mortuis resurrectionem prænuntiat : S. Maximus Taurin., LVII, 259. — Myrrha designatur incorruptibilitas, *ibid.*, 269, 283. — In myrrhæ specie sepelienda demonstratur humanitas : S. Sedatus, LXXII, 773.

NOE. Christus figuratus est in Noe, et in illa arca, orbis terrarum : S. Augustin., XXXV, 1464.

OREB mons Christi est typus : S. Paschas. Radbert., CXX, 89.

PEDES. Adventus Christi in mundum designatur per pedes : B. Lanfranc., CLI, 140.

PISCIS erat Christus discipulis escam præbens vitalem, sed Judæis in serpentem commutatur : S. Prosper Aquitan., LII, 354. — Piscis qui prior ascendit staterem habens in ore, figura Christi : S. Paschas. Radbert., CXX, 600.

PRIMOGENITUS merito asseritur Christus, quia nullus ante ipsum mortuus resurrexit : B. Alcuin., C, 1093.

RUGITUS Christi sicut leonis : Rupert. abb., CLXIX, 1008.

SAMARITANUS misericors Christum designat : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 269.

SAPIENTIA. Christus, sapientia Dei ubique præsens : S. Augustin., XXXV, 1659.

SARDINUS Redemptoris humanitatem significabat : B. Alcuin., C, 1116.

STELLA matutina Christum figurat, *ibid.*, 1109. — Secundum Incarnationis mysterium est stella : S. Ambros., XV, 1569.

TESTIS fidelis merito asseritur Christus : B. Alcuin., C, 1093.

THABOR qui interpretatur *lumen veniens* typus Christi incarnati : Raban. Maur., CIX, 38.

THUS, veræ religionis cultus, idolorum cessatura superstitio : S. Maximus Taurin., LVII, 259. — Pontificium Christi thure monstratur, *ibid.*, 269, 283. — In thuris vapore divina majestas demonstratur : S. Sedatus, LXXII, 773.

UNCTIO sacerdotum unctionem Christi figurat : B. Alcuin., C, 1090.

VINEA dicitur a vite quæ Christus est : Rupert. abb., CLXIX, 928.

ARTICULUS III.

Allegoriæ quæ ad angelos spectant.

ANIMALIA et seniores in Apocalypsi, angeli sunt : B. Alcuin., C, 1123.

MESSORES angeli zizania ad comburendum in fasciculos ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, ut superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, avari cum avaris : S. Gregor. Magnus, LXXVII, 381.

OCULI. Angeli in Ecclesia per oculos designantur : B. Alcuin., C, 1098.

SEDES posita in cœlum sunt sancti angeli : Richard. de S. Victore, CXCVI, 746.

ARTICULUS IV.

Allegoriæ quæ ad spiritus malignos spectant.

ANGELI quatuor stantes super quatuor angulos terræ corpus antiqui hostis significant : B. Alcuin., C. 1128.

DIABOLUS dicitur angelus abyssi : Rupert. abb., CLXIX, 992. — Criminator : B. Alcuin., C, 1020. — Draco : S. Augustin., XXXV, 1467. — Draco magnus : S. Bruno Astensis, CLXV, 670; Rupert. abb., CLXIX, 800. — Equus rufus : Rupert. abb., CLXIX, 913. — Exterminans : B. Alcuin., C, 1141. — Homicida, *ibid.*, 872. — Infernus : Rupert. abb., CLXIX, 947. — Leo : S. Augustin., XXXV, 1731. — Lupus, *ibid.* — Lupus in Ecclesia : B. Alcuin., C, 887. — Mendax et mendacii pater, *ibid.*, 906. — Mons magnus : Rupert. abb., CLXIX, 780. — Mors, *ibid.*, 943. — Pater Judæorum, *ibid.*, 562. — Princeps hujus mundi : B. Alcuin., C, 940; Rupert. abb., CLXIX, 562. — Satanas : S. Bruno Astens., CLXV, 670. — Seminis seminator nocturnus : S. Fulgentius, LXV, 560. — Serpens antiquus : S. Bruno Astens., CLXV, 670; Rupert., abb., CLXIX, 800.

EQUUS rufus antiqui hostis est corpus : B. Alcuin., C, 1124.

GLADIUS magnus qui datur sedenti super equum rufum diaboli potestatem figurat, *ibid.*

PHARAO, id est diabolus, aquis necatur, baptizato populo, ipse cum exercitu suo obrutus : S. Hilar., IX, 762.

SEDENS super equum rufum diabolus est qui pacem sumit de terra : B. Alcuin., C, 1124.

VOLUCRES cœli sæpenumero immundos spiritus cognominari didicimus : S. Hilarius, IX, 957. — Dæmones sunt volucres : Richard. de S. Victore, CXCVI, 839.

ARTICULUS V.

Allegoriæ quæ ad Ecclesiam spectant.

ABEL. Ecclesia cum Abel incepit : Petr. Lombard., CXCII, 307.

ANGELUS qui Joanni apparuit una cum apostolo Ecclesiam præfigurat : B. Alcuin., C, 1091. — Angeli Ecclesiarum septem de quibus mentio fit in Apocalypsi sunt septem Ecclesiæ : S. Augustin., XXXIV, 81. — Angeli Ecclesiam indicant : B. Alcuin., C, 1135.

ANIMA figura est Ecclesiæ : S. Paschas. Radbert., CXX, 387. — Ecclesiæ anima Spiritus sanctus : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 407.

ANIMALIA quatuor figurant Ecclesiam : B. Alcuin., C, 1118, 1119, 1124.

ARCA Noe Ecclesiam significat : S. Ambros., XV, 814; S. Paschas. Radbert., CXX, 166, 167, 743.

AREA est Ecclesia in qua nunc triticum, non sine palea : S. Augustin., XXXVIII, 1174. — Per aream Dominicam intelligitur Ecclesia Dominica per totum orbem valide lateque diffusa, id., XXXIV, 127.

BETHLEEM fuit totius Ecclesiæ typus : S. Paschas. Radbert, CXX, 133, 134; Rupert. abb., CLXX, 81. — Bethleem mystice est Ecclesia : Adam. Scot., CXCVIII, 188.

CANDELABRUM. Ecclesia significatur per candelabrum : Rupert. abb., CLXVIII, 1398. — Candelabra septem septiformem Ecclesiam designant : B. Alcuin., C, 1097.

CANTUS Ecclesiæ, vox magna de cœlo : Rupert. abb. CLXIX, 1055.

CIVITAS Christi est Ecclesia super Christum fundata : Rupert. abb., CLXIX, 1193.

COENACULUM significat sanctam Ecclesiam : Raban. Maur., CVII, 550.

COLUMBA typus est Ecclesiæ : S. Ambros., XV, 1587.

COLUMNA. Per columnam nubis de qua in Apocalypsi Ecclesiam possumus accipere, *ibid.*, 863.

CONJUNCTIO. Mysterium conjunctionis viri et mulieris unionem Christi et Ecclesiæ præsignat : Victorinus Afer, VIII, 1289.

CORONA. Ecclesia coronas habet aureas : B. Alcuin., C, 1117.

COSTA Adæ in mulierem ædificata typus est Ecclesiæ : S. Paschas. Radbert., CXX, 617, 643.

CRUX. Ecclesia Christi cruce exaltatur : S. Augustin., XL, 688.

DOMUS septem columnis firmata typus Ecclesiæ : S. Paschas. Radbert., CXX, 41. — Domus Simonis leprosi typus Ecclesiæ, *ibid.*, 878.

ECCLESIA est vel dicitur Ager Domini : S. Augustin., XL, 685. — Ager Dei primum spinosus, *ibid.*, 688. — Ager Christi benedictus : Vener. Godefrid., CLXXIV, 274. — Ager sanguinis : Rupert. abb., CLXVIII, 1573. — Bilibris peccata hominum ponderans et remittens : B. Alcuin., C, 1125. — Castellum supra montem positum : S. Bruno Astensis, CLXV, 390. — Civitas : B. Alcuin., C, 906; Vener. Hildebert. Cenoman, CLXXI, 733. — Civitas Dei : S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 588 — Civitas Domini : Rupert. abb., CLVIII, 1474. — Civitas inexpugnabilis : Vener. Hildebert., CLXXI, 495. — Civitas supra montem posita : S. Chromatius, XX, 340-341; Raban. Maur., CVII, 802. — Cœlum : S. Paulin. Nolan., LXXVI, 1282; Richard. de S. Victore, CXCVI, 744. — Columba : Rupert. abb., CLXIX, 258. — Columna verita-

tis : B. Lanfranc., CLI, 353. — Corpus, *ibid.*, 195, 197. — Creatura Dei, *ibid.*, 72. — Domus : Ven. Hildebert. Cenoman , CLXXI, 733. — Domus Jacob et domus Joseph, *ibid.*, 401. — Domus Judæ : S. Hieronym., XXII, 817. — Domus obedientiæ : B. Alcuin., C, 906. — Familia Christi : Vener. Hildebert., CLXXI, 834. — Fulgur : S. Augustin., XXXV, 1530. — Jerusalem : Vener. Hildebert. Cenoman , CLXXI, 733. — Mater ; S. Paulin. Nolan., LXI, 264; B. Lanfranc., CLI, 625. — Mulier amicta sole et luna : Rupert. abb., CLXIX, 1039; CLXX, 36. — Mulier quæ parit : id., CLXIX, 743. — Mulier in tristitia pariens : B. Alcuin., C, 955. — Ovile Christi ; S. Augustin , XXXV, 1721. — Proprium ovile fidelium : B. Alcuin., C, 304. — Ovile ovium ; Raban. Maur., CXI, 203. — Unum ovile et unus pastor : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 795. — Regnum Christi æternum ; Vener. Godefrid., CLXXIV, 308. - Regnum Dei : Vener Hildebert. Cenoman., CLXXI, 733; Petr. Lombard., CXCI, 1680. — Regnum cœlorum : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1118, 1154. — Sagena, *ibid.*, 1116. — Sedes majestatis Christi : S. Anselmus, CLVIII, 602. — Sedes in cœlo Christi : Rupert. abb., CLXIX, 906. — Sion ; Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 733. — Socrus Christi : Ven. Godefrid., CLXXIV, 373. — Sponsa : B. Alcuin., C, 786. — Sponsa Christi : S. Paulin. Nolan., LXI, 264. — S. Paschas. Radbert., CXX, 741; Petr. Lombard., CXCII. 70. — Cœlestis stabilitas : S. Augustin., XL, 259. — Templum Dei ; B. Alcuin , C, 1112, 1119. — Templum sanctum : Adam. Scot., CXCVIII, 368. — Templum tabernaculi : Rupert. abb., CLXIX, 1111. — Christi uxor ; Vener. Godefrid., CLXXIV, 300. — Vestis dealbata super nivem : Petr. Lombard., CXCII, 214. — Vinea Domini : Vener. Godefrid., CLXXIV, 152. — Virgo : B. Alcuin., C, 786; B. Lanfranc, CLI, 625.

Ecclesia comparatur agro : Adam. Scot., CXCVIII, 738. — Arcæ Noe ; Rupert. abb,, CLXIX, 819. — Candelabro : Richard. de S. Victore, CXCVI, 705. — Nubi : B. Alcuin., C, 1117. — Tunicæ inconsutili : S. Bernard., CLXXXII, 538. — Viti : Hugo de S. Victore, CLXXVII, 694. — Ecclesia per cœlum et sedem designatur : B. Alcuin., C, 1116. — Ecclesia throno, animalibus et senioribus circumstantibus significatur, *ibid.*, 1121, 1135. — Ecclesia dicitur pulchra ut luna, electa ut sol : S. Paschas. Radbert., CXX, 185. — Ecclesia cum Christo est una caro ; Petr. Lombard., CXCII, 214. — Ecclesia electorum designata est per descriptum orbem ab Augusto cujus cardines sunt prælati ; Adam. Scot., CXCVIII, 236.

JERUSALEM. Ecclesia per Jerusalem signatur ; Adam. Scot., CXCVIII, 135.

LAPIS. Ecclesia parvus lapis qui abscissus de monte sine manibus occupavit universam faciem orbis terræ : S. Victorinus Afer, V, 87.

LUNA. Ecclesia ut luna, modo prosperis clara, modo adversis obscura : Vener. Hildebert., CLXXI, 750.

MANUS Ecclesiæ presbyterum significat : S. Chromatius XX, 350.

MONS figura est Ecclesiæ : S. Paschas. Radbert., CXX, 214, 699, 796.

MULIER quærens drachmam, Ecclesiæ figura invitantis ad pœnitentiam : S. Ambros., XV, 638. — Mulier Chananæa quæ est mater gentilium, pro filia sua, id est, Ecclesia Dominum deprecatur : S. Petr. Chrysolog., LII, 740. — Mulier Chananæa significat sanctam Ecclesiam de gentibus congregandam, *ibid.*, 740; Raban. Maur., CXI, 75. — Mulier fluxum sanguinis patiens est Ecclesia quæ primi hominis vulnerata peccato tota fluebat sanguine, tota originaliter decurrebat in mortem : S. Petrus Chrysolog., LII, 300; Raban. Maur., CXI, 880. — Mulier adultera significavit Ecclesiam de gentibus : Rupert abb,, CLXIX, 602.

NAVICULA fluctibus aspersa figuram Ecclesiæ præferebat, quod in mari, id est, sæculo, fluctibus, id est, persecutionibus et tentationibus inquietatur : Tertull., I, 1214.

NAVIS est Ecclesiæ typus : S. Hilarius, IX, 937; S. Paschas. Radbert , CXX, 360; S. Gregor. Mag., LXXVI, 28.

OCULUS Ecclesiæ episcopum designat : S. Chromatius XX, 330, 367.

OLIVÆ duæ duo sunt testes sive Ecclesia propter unctionem : B. Alcuin., C, 1147.

PANIS. Ecclesia pane designatur : B. Lanfranc., CLI, 189.

PARADISUS Ecclesiam significat : S. Ambros., XV, 778.

PATHMOS. Angustiæ Ecclesiæ per insulam Pathmos figurantur : B. Alcuin , C, 1095.

PEDES Christi carnem specialiter, generaliter vero omnem Ecclesiam figurant ; B. Alcuin., C, 1097.

PETRA. Ecclesia supra petram fundata : S. Paschas. Radbert., CXX, 560, 561, 562.

PISCATIO. Ecclesia figuratur in piscatione ante et post passionem Christi ; S. Augustin., XXXVIII, 1158, 1161, 1164, 1167; XLIII, 196, 397, 632.

SAMARITANA mulier, Ecclesiæ typus : S. Paschas. Radbert., CXX, 66. — Meretrix Samaritana Ecclesia est de gentibus congregata : S. Petr. Chrysolog., LII, 481.

SENIORES viginti quatuor Ecclesiam universalem figurant : B. Alcuin., C, 1119.

SEPTENARIUS numerus Ecclesiam universalem indicat. *ibid.*, 1092.

STELLÆ septem Ecclesiæ sunt quas Apostolus nominat in vocabulis suis : S. Victorinus, V, 319.

TUNICA Domini inconsutilis Ecclesiæ unitatem declarat : S. Cyprian., IV, 505. — Integritas corporis Christi et ejus inconsutilis tunica Ecclesiæ præfigurabat integritatem : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 875.

VAS. Ecclesia figuratur in vase quod ostensum est Petro : S. Augustin , XXXVIII, 802.

VESTIMENTA. Ecclesia figuratur in vestimentis Christi transfigurati ; S. Augustin., XXXVIII, 490. — Ecclesia vestimentis albis induitur : B. Alcuin., C, 1117.

VIDUA. Ecclesia quasi vidua legis Christo nupsit : S. Paulin. Nolan., LXI, 278.

VIRGO. Ecclesia tota una est virgo ; Petr. Lombard., CXCII, 70.

ARTICULUS VI.

Allegoriæ quæ ad sacramenta spectant.

AMBULATIO. Baptismum significabat ambulatio Christi super aquas : S. Augustin., XXXV, 694.

AQUA significat baptismum, *ibid.*, 2026. — Aqua de Christi latere fluens aquam baptismi figurabat : S. Anselmus, CLIX, 255. — Aquæ multæ donum baptismi esse intelligitur quod Christus emisit per apostolos : S. Victorinus, V, 319.

BAPTISMUS, dies redemptionis : B. Lanfranc., CLI, 300. — Figura mortis, *ibid.*, 210. — Prima Ecclesiæ janua quæ per Christum aperitur ; S. Anselmus Cantuar., CLIX, 76.

BETHLEEM quæ panis civitas nuncupatur, panem illum cœlestem nobis protulit et potum quo qui saturati et inebriati fuerint gaudia semper gustabunt æterna : S. Maximus Taurin., LVII, 259.

CURATIO cæci nati figura fuit baptismi : S. Ambrosius, XVI, 1272.

JOANNES. Baptismus Joannis figura erat baptismi Christi ; B. Lanfranc, CLI, 629; S. Anselm., CLVIII, 544.

LANCEA potest significare sacramentorum apertionem ; Raban. Maur., CXI, 639.

LAVACRUM Christianus Dei filius per lavacrum : S. Ambros., XV, 1760.

MANNA panem cœlestem et altare Dei significarunt : S. Augustin., XXXV, 1612. — Manna absconditum Eucharistiæ sacramentum : Rupert. abb., CLXIX, 642.

MARE baptismus Christi est, *ibid.*, 610. — Baptismum significat mare Rubrum ; S. Augustin., XXXV, 1723; Rupert. abb., CLXIX, 796. — Maris Rubri transitus, figura baptismi ; Petr. Lombard., CXCI, 1618. — Baptismus per mare vitreum significatur : B. Alcuin., C, 1117; Rupert. abb., CLXIX, 1107. — Mare vitreum in circuitu sedis Dei, baptismi figura est, id,, CLXX, 314.

MORS Ægyptiorum significat ablutionem peccatorum ; S. Augustin., XXXV, 1723; Petr. Lombard., CXCI, 1617.

OSTIUM Domini dicitur baptismus et pœnitentia : Vener. Godefrid., CLXXIV, 432.

PANIS. Eucharistia dicitur Panis angelorum : Petr. Lombard,, CXCI, 1618.

PISCINA Bethsaida, figura baptismi : Tertull., I, 1205.

ARTICULUS VII.

Allegoriæ quæ ad apostolos et justos spectant.

ANGELUS ascendens a solis ortu Heliam prophetam designat qui anticipaturus est tempora Antichristi ad restituendas Ecclesias : S. Victorin., V, 330. — Angeli Ecclesiæ sunt prædicatores et per septem stellas designantur : B. Alcuin., C, 1099. — Angeli designant apostolos ,

Rupert. abb., CLXIX, 804. — Evangelistas, *ibid.*, 1096. — Angeli portarum Hierusalem doctores Ecclesiæ, *ibid.*, 853. — Angeli septem sunt prædicatores, *ibid.*, 1111.

ANIMALIA. Viginti quatuor animalia sunt viginti quatuor Patres, duodecim apostoli et duodecim patriarchæ : S. Victorin., V, 324, 325. — Per quatuor animalia Ezechielis quatuor Evangelistæ intelliguntur : S. Augustin., XXXV, 1046, 1665; B. Alcuin., C, 1118, 1119; S. Bruno Astens., CLXV, 969; Rupert. abb., CLXIX, 1152. — Animalia in circuitu sedis Dei sunt catholici doctores : Rupert. abb., CLXIX, 314.

ANTIPAS, testis fidelis, omnes martyres figurat : B. Alcuin., C, 1104.

AQUILA. Joannes aquila prænotatur : S. Augustin., XXXV, 1665; S. Eucher., L. 796; B. Alcuin., C, 1118; S. Paschas. Radbert, CXX, 335; Richard de S. Victore, CXCVI, 750; Adam Scot., CXCVIII, 501. — Aquilæ dicuntur discipuli Christi : S. Paschas. Radbert., CXX, 814, 815. — Animæ justorum aquilis comparantur : S. Ambros., XV, 1781.

ARBORES. Per arbores animarum status in Scripturis significantur : S. Paschas. Radbert, CXX, 160.

ARIETES. Apostoli dicti sunt arietes : Rupert. abb., CLXVIII, 1579.

AURUM per ignem probatum, chorus sanctorum : S. Victorin., V, 318.

BOVES dicuntur apostoli et prophetæ : S. Augustin., XXXV, 1470.

CANES lingentes vulnera sunt prædicatores : Vener. Godefrid., CLXXIV, 390.

CAPILLI sanctos Ecclesiæ designant : B. Alcuin., C, 1098.

CENTURIO. Perfectæ mentis figura per centurionem evangelicum pulcherrime designatur : Joannes Cassian., XLIX, 673.

CHANANÆA mulier pœnitentis animæ simulacrum : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 192.

CHORDÆ. Apostoli et sancti patriarchæ sunt velut chordæ in citharis extentæ per afflictiones : Rupert. abb., CLXIX, 1091.

COELUM dicitur anima justi : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1283. — Cœli dicuntur prædicatores, *ibid.*, 1221. — Apostoli sunt rationales cœli : Rupert. abb., XXXV, 1664. — Apostoli et prophetæ cœlorum nomine signati : S. Augustin., XXXV, 1664.

COLUMNA in templo Dei sunt et prædicatores et boni auditores : B. Alcuin, C, 1112. — Fideles sunt columnæ Ecclesiæ seu veritatis : B. Lanfranc., CLI, 553.

CORPUS Christi sunt fideles, *ibid.*, 236, 290.

CYATHI prophetæ sunt et legis doctores : Rupert. abb., CLXIX, 1106.

DEXTERA angeli prædicatores designat : B. Alcuin., C, 1100.

DUODECIM. Apostoli duodecim sunt fundamenta civitatis; sunt duodecim boves æreum mare sustinentes, duodecim tribus filiorum Israel, duodecim fontes in OElim : S. Paschas. Radbert., CXX, 402. — Leones duodecim thronum ferentes Salomonis, duodecim lapides altaris, duodecim horæ diei, *ibid.*, 100, 401, 402.

EQUI. Apostoli sunt equi et quadrigæ salvationis : Rupert. abb., CLXIX, 758.

FACIES Electi per faciem fulgentem ut sol possunt intelligi : B. Alcuin., C, 1122.

FONS aquarum multiplicitatem donationum Dei in sanctis indicat, *ibid.*, 1134.

FULGUR, apostoli : Rupert. abb., CLXVIII, 1595.

FUNDAMENTA dicuntur prophetæ : Rupert. abb., CLXIX, 1195. — Apostoli duodecim sunt fundamenta civitatis : S. Paschas. Radbert., CXX, 402; Rupert. abb., CLXIX, 1197.

HOMO Matthæus hominis refert formam : S. Augustin., XXXV, 1665; S. Eucher., L, 796; B. Alcuin., C, 1118; S. Paschas. Radbert., CXX, 335; Richard. de S. Victore, CXCVI, 750.

HORÆ. Apostoli horæ sunt, Christus dies : S. Ambros, XV, 1759. — Apostoli duodecim sunt sicut duodecim horæ diei : S. Augustin., XXXV, 1750; B. Alcuin., C, 807; S. Paschas. Radbert., CXX, 402.

INSULÆ homines sunt minoris justitiæ : B. Alcuin., C, 1127.

LAPIDES. Apostoli sunt lapides de quibus Josue : S. Paschas. Radbert., CXX, 401; Rupert. abb., CLXVIII, 1567.

LEGATI pacis dicuntur Christi apostoli, id., CLXIX, 810.

LEO. Marcus leonis specie præfiguratur : S. Augustin., XXXV, 1665; S. Eucher., L, 796; B. Alcuin., C, 1118; S. Paschas. Radbert., CXX, 335; Richard. de S. Victore, CXCVI, 750.

LOCUSTÆ cibus sunt prophetarum : S. Ambros., XV, 1578.

LUCERNÆ. Prophetæ lucernæ sunt in populo Dei : S. August., XXXV, 1583.

LUX. Apostoli dicti sunt lux mundi : S. Paschas. Radbert, CXX, 232, 233, 234; Rupert. abb., CLXIX, 753.

MULIER pariens pœnitentem signat : Vener. Godefrid., CLXXIV, 331.

NUBES designant apostolos : Rupert. abb., CLXIX, 958. — Prædicatores : B. Alcuin., C, 1094. — Sanctos : S. Paschas. Radbert., CXX, 405.

OCULI prædicatores Ecclesiæ figurant : Alcuin., C, 118. — Oculi animalium spiritualia lumina electorum sunt, *ibid.*, 1118.

OVES a dextris electos designant : S. Paschas. Radbert., CXX, 862.

PALMÆ victoriam electorum designant : Alcuin., C, 1135.

PEDES Christi sunt apostoli qui per Passionem conflati in universo orbe verbum ejus prædicaverunt : S. Victorin., V, 319.

PHIALÆ apostoli sunt et viri apostolici : Rupert. abb., CLXIX, 1106.

PISCIS qui prior ascendit staterem habens in ore figura est sancti Stephani proto-martyris : S. Paschas. Radbert., CXX, 601.

PLATEÆ sanctæ civitatis sancti inferioris meriti sunt. Richard. de S. Victore, CXCVI, 866.

PRESSURA. Pressuræ partus immemor beatam animam denotat : Vener. Godefrid., CLXXIV, 337.

PROCURATORES. Prædicatores sunt procuratores vineæ, *ibid.*, 135.

RAMI oleastri inserti sunt patriarchæ et prophetæ : Petr. Lombard., CXCI, 1486.

REGES. Membra Christi, id est, fideles, reges sunt et sacerdotes quia caput rex est et sacerdos : B. Alcuin., C, 1093.

SAL. Apostoli per salem terræ nuncupati : S. Chromatius, XX, 337; S. Paschas Radbert., CXX, 231, 232.

SAMARITANA ad fontem, pœnitentis animæ idea : Ven. Godefrid., CLXXIV, 229.

SEDES positæ in cœlo sunt perfecti doctores et prælati per misericordiam positi et ordinati in sancta Ecclesia : Richard., CXCVI, 746.

SENES viginti quatuor sunt omnes veteris et novi Testamenti sancti perfecti doctores : Richard., CXCVI, 747. — Senes viginti quatuor propter gravitatem maturitatis dicti sunt, *ibid.* — Apostoli dicuntur seniores : Rupert. abb., CLXIX, 909.

SERAPHIM duo apostoli et prophetæ : Rupert. abb., CLXIX, 198.

SERVI. Prædicatores sunt servi Domini invitantis ad nuptias : Vener. Godefrid., CLXXIV, 612.

SMYRNA Latine vertitur canticum eorum, id est, electorum : B. Alcuin., C, 1096.

SUDOR sanguineus Domini significabat martyrum passiones : S. Prosper. Aquitan., LI, 520.

TONITRUA septem, septem sunt oracula prophetarum : Rupert. abb., CLXIX, 1009.

UTRES novi dicuntur apostoli : S. Paschas. Radbert., CXX, 380; Rupert. abb., CLXVIII, 1480.

VASA. Fideles vasis fictilibus comparantur : Alcuin., C, 1100.

VIDENTES. Prophetæ dicuntur videntes : Rupert. abb., CLXIX, 1228.

VIRGA ferrea regimen prædicatorum significat : B. Alcuin., 1108.

VITULUS. Lucas annuntiatur in vitulo : S. Augustin., XXXV, 1665; S. Eucher., L, 796; B. Alcuin., C, 1118; S. Paschas., CXX, 335; Richard. de S. Victore, CXCVI, 750.

ZONA Christi aurea, chorus sanctorum : S. Victorin., V, 318.

ARTICULUS VIII.

Allegoriæ quæ ad Judæos et gentes spectant

AQUÆ multæ populi esse intelliguntur : S. Victorin., V, 319; S. Augustin., XXXV, 1528.

ARCHISYNAGOGI filia populum significat Judæorum S. Augustinus, XXXVIII, 485, 486. — Archisynagogi filia synagoga est : S. Petr. Chrysolog., LII, 302; Rupert. abb., CLXX, 290.

ASINA seu pullus asinæ genus humanum significat : Rupert. abb., CLXX, 57. — Asinæ nomine gentilitas de i-

gnata est : S. Ambros., XV, 1759; S. Paschas. Radbert., CXX,607.—Asinæ pullum Dominus in figura populi gentilis ascendit : S. Ambrosius, XVI, 1257. — Asina et pullus ejus ad Christum adducti figura Judæorum et gentilium : S. Paschas. Radbert., CXX, 700, 701; S. Petrus Damian., CXLIV, 544.

ASINUS, gentilium figura : S. Paschas. Radbert , CXX, 453. — Asinorum nomine in sacris Litteris sæpe videmus gentes designari : S. Hilar., IX, 1019.

ATRIUM quod foris est templum Judæos et gentiles ab Ecclesia expellendos indicat : B. Alcuin., C, 1148.

BESTIA dicitur multitudo populorum : Rupertus abb., CLXIX, 1132.

BETHANIA domus obedientiæ gentium populum significat : Rupert : abb., CLXX, 104.

BOS. Per bovem Judæi designati sunt : S. Paschasius Radbert., CXX, 453.

CÆCUS secus viam clamans ad Jesum genus humanum repræsentabat: Rupert. abb., CLXX, 94.—Cæcus a nativitate genus humanum significat, *ibid.*, 114.—Cæcus a nativitate gentes præfiguravit, id., CLXIX, 587. — Cæcus Evangelii est Judæus qui in synagoga et in vico ignorantiæ cæcitate tenebatur et sedebat oppressus : S. Petr. Chrysolog., LII, 666. — Duo cæci juxta viam sedentes significant utrosque populos Judæorum et gentium per fidem Christo appropinquantes : Raban. Maur., CXI, 76.

CANIS. Gentes figuratæ sunt per canes ulcera Lazari lingentes : S. Augustin., XXXV, 1352.—Gentiles in Evangelio a Christo canis nomine nuncupati sunt : S. Paulinus Nolan., LXI, 411. — Canes sunt Judæi : Rupertus abbas, CLXIX, 513.

CARO. Judæi caro voluptuosa dicti sunt : S. Bruno Carthus., CLII, 286.

CATHEDRA pestilentiæ est philosophia, Pharisæus, hæreticus : S. Petr. Chrysolog., LII, 325.

CEDRON Judæorum duritiam indicat : Ven. Godefrid. abb., CLXXIV, 788.

CENTURIO credentem ex gentibus populum præfigurat : Raban. Maur., CVII, 85[illegible]; S. Paschas. Radbert., CXX, 349.

EQUI. Gentes equi dicuntur à diabolo agitati : Rupert. abb., CLXIX, 1000.

FICULNEA in qua Christus esuriens fructum non invenit synagoga est Judæorum : S. Paulinus Nolanus, LXI, 384.

FICUS. Per arborem fici fructum non habentis intelligimus synagogam et conciliabulum Judæorum : Raban. Maur., CVII, 1044.

FLUMINA gentes designant : Rupertus abbas, CLXIX, 981.

FOENUM gentium est typus : S. Hilar., IX, 948.

HEMORRHOISSA populum gentilem figurabat : S. Aug. XXXVIII, 486.

LAPIDES gentiles dicti sunt : S. Cyprianus, IV, 377; S Paschas Radbert., CXX, 159, 160.

LEPROSUS significat populum Judaicum : Rupert. abb., CLXVIII, 1461.

LOCUSTÆ figura fuerunt populi gentilis : S. Ambros., XV, 1578. — Judæorum : S. Paschasius Radbertus, CXX, 154.

MAGI quærentes Christum per stellam fuerunt figura gentium : S. Hilar., IX, 923; Rupert. abb., CLXVIII, 1334. —Magorum vocatio gentium vocationem designat : Adam. Scot., CXCVIII, 394.

MARE. Gentes designantur per mare : Rupertus abb., CLXIX, 981, 1057; Richardus a S. Victore, CXCVI, 780, 824.

MOLENTES duæ quarum una assumitur, altera relinquitur, synagogæ et Ecclesiæ typus : S. Paulin. Nolan., LXI, 193.

MUTUS a Christo sanatus, typus gentium : S. Paschas. Radbert., CXX, 390.

OCULI Christi fuere Judæi et gentiles : Ven. Godefrid., CLXXIV, 284.

OLIVA Judæos designat : B. Lanfranc., CLI, 143.

PARALYTICUS, populi Judaici figura : S. Petr. Chrysol., LII, 285.

PECCATRIX. Ecclesiæ ex gentibus vocandæ typus peccatrix Christi pedes lotos et unctos tergens : S. Paulin. Nolan., LXI, 278.

PHARISÆUS. Synagogæ typus Pharisæus Christi invitator, nec caput nec pedes ejus ungens, *ibid.*

PORCI significant Judæos : Rupertus abbas, CLXVIII, 1472.

PUBLICANUS gentilis populi typum tenet : S. Petrus Chrysolog., LII, 285.

SAMARITANUS. Gentilis populus per Samaritanum figuratur : Ven. Godefrid., CLXXIV, 572, 599

SCORPIONES terræ dicuntur hostes Israël : Rupertus abb., CLXIX, 987.

STELLÆ duodecim sunt duodecim tribus Israel, *ibid.*, 1041.

TAURI significant gentiles, id., CLXVIII, 1571.

UTRES veteres, Judæi : utres novi, Christiani : S. Petr. Chrysolog., LII, 289.

VAS. Gentium omnium salus et receptio intra Ecclesiam per vas Petro ostensum figurata est : S. Aug., XXXVIII, 802. 1036.

VINEA Domini, domus Israel : Rupertus abbas, CLXIX, 1168. — Vinea Sodomorum, Judæi, *ibid.*, 791.

VIPERINUS. Judæi, viperinum genus, genitricis mortis, genitoris occisio, dum perimunt Christum synagogæ matris uterum diruperunt : S. Petr. Chrysolog., LII, 287.

VITIS. Judaica gens dicitur vitis aliena : Rupert. abb., CLXIX, 713.

ARTICULUS IX.

Allegoriæ quæ ad hæreticos et peccatores spectant.

ABYSSUS et terra, homines reprobi : Rupertus abbas, CLXVIII, 1178.

ÆGYPTUS et Sodoma persecutionum Antichristi temporis iniquitatem significant : B. Alcuin., C, 1149.—Ægyptus significat mundum a quo vocat Deus suos . Rupertus abb., CLXVIII, 1341. —Ægyptii sunt impœnitentes, *ibid.*, 979.

ALÆ locustarum elatam hæreticorum scientiam indicant : B. Alcuin., C, 1140.

ANGELI quatuor alligati in flumine magno Euphrate sunt universum reproborum corpus : B Alcuinus, C, 1141.

ATRIUM quod foris est templum hæreticos ab Ecclesia expellendos indicat, *ibid.*, 1147.

BESTIA quæ ascendit de abysso Antichristum figurat, *ibid.*, 1148; Rupert. abb., CLXVIII, 1063.

CANES quos foras Apostolus expellit figuræ sunt hæreticorum : Tertull., II, 289.

CERVI. Hæretici cervi sunt : Rupertus abbas, CLXVIII, 257.

CONGREGATIO taurorum in vaccis populorum sunt hæretici, *ibid.*, 1017.

DÆMONES. Hæretici significantur per dæmones *ibid.*, 1465.

EQUUS niger, falsos patres designat, *ibid* , 914.—Equus niger malorum esuriem designat : B. Alcuin , C, 1125. — Equus pallidus designat hæreticorum invidiam : Rupert. abb., CLXVIII, 946.

EXTERMINANS rex locustarum typus hæreticorum : B. Alcuin., C, 1141.

FORNAX. Antichristus Ecclesiam persequens fornaci magno comparatur, *ibid.*, 1139.

FUR est hæreticus : Rupert. abb., CLXVIII, 720.

HIERUSALEM dicitur Sodoma et Ægyptus, *ibid.*, 1030. — Meretrix, *ibid.*, 1037.

HOMO qui in latrones incidit peccatorem repræsentat : Ven. Godefrid., CLXXIV, 866.

IMPOSTURA. Hæreticorum doctrina, nequitia et impostura dicitur : S. Bruno Carthus., CLIII, 458.

JUDÆI. Hæretici Judæorum nomine designantur : B. Alcuin., C, 1104.

LAPPÆ. Hæreses, lappæ, sentes : Joannes Cassian., I., 14.

LEPROSI peccatores designant : S. Anselm. Cantuar., CLXVIII, 661. — Novem leprosi hæreticos mystice designant : Rupert. abb., CLXVIX, 322.

LOCUSTÆ. Per locustas de fumo putei abyssi exeuntes indicantur hæretici : B. Alcuin., C, 1139; Richard. de S. Victore, CXCVI, 783.

LUPI hæreticos designant : S. Paschas. Radbert., CXX, 420; S. Ambros., XV, 1711.

MARE VITREUM est contra fictos et hypocritas : Rupert. abb., CLXVIII, 918.

MULIER humanæ fragilitatis est typus : Ven. Godefrid., CLXXIV, 152, 361.—Anima peccatricis curvitas designata per mulierem evangelicam curvam : Adam. Scot , CXCVIII, 447.

PALEÆ sunt illi qui ejusdem cum electis fidei mysteriis imbuuntur, sed ab eorum solida perfectione, vel operum levitate, vel perfidiæ vacuitate dissentiunt : B. Rab. Maur., CVII, 774. — Paleæ designant peccatores : S. Paschas. Radbert., CXX, 166. — Homines superbos : Rupert. abb., CLXVIII, 1361.

PANES occulti sunt hæreticorum errores : Petr. Lomb. CXCII, 377.

PARALYTICUS mystice homo dissolutus, absque operibus bonis : Rupert. abb., CLXIX, 327.—Paralyticus signat spiritualem tepescentem : Ven. Godefrid., CLXXIV, 116. —Spiritum peccatis debilitatum, *ibid.*, 609. —Genus humanum, *ibid.*, 604.

PASTORES alieni sunt hæretici : Rupert. abb., CLXVIII, 607.

PERDIX. Hæretici perdici comparantur : Petr. Lomb., CXCII, 576.

PLANTARIA mortis sunt hæretici : Rupertus abb., CLXVIII, 716.

SERPENS dicitur hæreticorum error : Petr. Lombard., CXCI, 1418.

STELLÆ cadentes de cœlo ii sunt qui videntur sancti et qui ad iniquitatem illo tempore Antichristi ruent : B. Alcuin., C, 1127.

TERRÆ MOTUS sigilli sexti ultimam Antichristi persecutionem prænuntiat, *ibid.*, 1126.

VENTUS. Doctrina pravorum est quasi ventus et tempestas : Petr. Lombard., CXCII, 204.

VILLICUS diffamatus apud dominum, homo abutens donis Dei : Ven. Godefrid., CLXXIV, 524, 530.

VITIS. Adam inobediens comparatur viti alienæ, *ibid.*, 831.

VULPES. Herodes, vulpes : S. Petr. Chrysol. LII, 251; Rupert. abb., CLXVIII, 776. — Hæretici vulpibus comparantur : S. Hieronym., XXV, 110; S. Ambros., XV, 1707, 1710; S. Paschas. Radbert., CXX, 857.

ZIZANIA sunt illi qui nec audire quidem fidei verba dignantur : Raban. Maur., CVII, 774. — Zizania hæreticos signat : S. Paschas. Radbert., CXX, 493, 494.

ARTICULUS X.

Allegoriæ quæ ad virtutes et vitia spectant.

I. — Virtutes.

ALÆ sex opera misericordiæ sunt : Rupert. abb., CLXIX, 918.

ANGELUS apparens Joseph viro Mariæ internas designat inspirationes : Adam. Scotus, CXCVIII, 321, 323.

ANNA prophetissa typus est animæ piæ quæ sibi et proximo prodest : Adam. Scot., CXCVIII, 354.

AQUA vilis in vinum versa significat hominis substantiam mortalem conditione in resurrectionis gloriam ex e commutandam : S. Ambros., XVII, 620; S. Maximus Taurin., LVII, 608.

ARBOR bona et arbor mala in Evangelio, duæ hominum voluntates : S. Augustin., XLIV, 370, 461, 667, 668, 672, 754; XLV, 454, 1455, 1458.

ARCHITRICLINUS convivii discretionem designat : Adam. Scotus, CXCVIII, 435.

ARGENTUM verbum prædicationis est : Richard. de S. Victore, CXCVI, 678.

AURUM ignitum est charitas : Richard. de S. Victore, CXCVI, 740.

BETHLEEM mystice designat congregationem religiosam : Adam. Scot., CXCVIII, 398.

CALAMUS Joanni datus ut templum Dei metiret divinam prædicationem tropice significat : B. Alcuinus, C, 1116.

CANA GALILÆÆ est zelus revelationis : Adam. Scot., CXCVIII, 398.

CARO infirmitatem significat · B Lanfranc. Cantuar., CLI, 303.

CHARITAS mater est omnium bonorum : Pet. Lomb., CXCI, 1602. — Fons bonorum, *ibid.*, 1658. — Charitas omnium virtutum radix et fundamentum : Petr Lombard, CXCII, 158. — Charitas, actio recti itineris, *ibid.*, 194.

COLLYRIUM humilitas est : Rupert. abb., CLXIX, 901.

COLUMBA significat opera pietatis : Rupert. abb., CLXVIII, 1387.

COR. Quid est cor sacerdotale, nisi arca Testamenti? S. Gregor. Mag., LXXVII, 933.

CRYSTALLUM. Fides crystallo comparatur : B. Alc., C, 1118.

EQUUS albus verbum est prædicationis cum Spiritu sancto in orbem missum : S. Victorin., V, 328.

FAMA. Famæ bonus odor in ædificationem proximi designatur per stellam Magos ad Jesum adducentem : Adam. Scot., CXCVIII, 402.

FLAMMA. Amor Dei per flammam ignis designatur : Alcuin., C, 1098.

FUMUS est incensorum effectus : Rupert., abb., CLXIX, 986. — Fumus putei, sapientia hujus sæculi, *ibid.*

GEMMA alba, adoptio in filium Dei : S. Victorinus, V, 322.

GLADIUS oris est sermo : B. Alcuin., C, 1005.

HUMERUS laborem indicat : Ven. Godefrid., CLXXIV, 657, 662, 664.

HYDRIA. Fides est veluti hydria ad hauriendam gratiam : S. Bernard., CLXXXII, 577.

JORDANIS typus est humilitatis : S. Paschas. Radbert., CXX, 396; Adam. Scot., CXCVIII, 397.

LECTUS audaciam et securitatem designat : B. Alcuin., C, 1107.

LEPROSI decem signant sensus nostros internos et externos : Ven. Godefrid., CLXXIV, 575.

LIBELLUS acceptus de manu angeli est prædicatio : B. Alcuin., C, 1115.

LIBER signatus sigillis septem, sapientia : Gillebertus, CLXXXII, 186.

LINTEUM symbolum est munditiæ cordis : Ven. Godefrid., CLXXIV, 783.

LOTIO pedum emundationem affectuum significat, *ibid.*, 784.

LUNA charitatem significat : S. Bruno Carthusian., CLI, 540.

MANNA absconditum immortalitas est : S. Victorin., V, 322.

MANUS vitam activam designat : S. Paschas. Radbert., CXX, 250.

MARGARITÆ religio comparatur : S. Bern., CLXXXII, 1131.

NAVICULA significat fidem : Rupertus abb., CLXVIII, 1551.—Navicula Simonis est humiliatæ animæ symbolum : Ven. Godefrid., CLXXIV, 464, 608.

NOMEN novum in calculo scriptum Christianum est : S. Victorin. V, 322.

OCULUS designat mentis intentionem : S. Paschas. Radbert., CXX, 250. — Vitam contemplativam, *ibid.*, 251.— Oculi animæ sunt intellectus et affectus : Ven. Godefrid., CLXXIV, 161. — Oculorum subievatio est intentio, *ibid.*, 626.

ODORAMENTA sunt orationes : Richard a S. Victore, CXCVI, 757.

OLEUM. Charitas per oleum significatur : S. Paschas. Radbert., CXX, 841.

OLIVETUM. Oliveti mons misericordiam indicat : Ven. Godefrid., CLXXIV, 23, 26.

OSSA firmitatem significant : B. Lanfrancus Cantuar., CLI, 303.

PEDES, mentis cogitationes designant, *ibid.*, 316.

PHIALÆ. Charitas per phialas aureas intelligitur : B. Alcuin., 1098.

PISCIS nomine fides significatur : S. Paschas. Radbert., CXX, 320.

RADICES arborum sunt cogitationes, *ibid.*, 161.

SAGENA missa in mare, misericordiæ typus : S. Bern., CLXXXII, 1042.

SAL figurate sumitur pro sapientia : S. Paschas Radb., CXX, 231, 252.

SCALA. Beatitudines sunt illa scala Jacobi cujus cacumen de terra pertingebat ad cœlum : S. Chromatius, XX, 328.

SENARIUS numerus perfectionem significat : Richard. a S. Victore, CXCVI, 752.

SOLITUDO lucerna est quæ universum resplendet orbem supra eremi candelabrum locata ; S. Eucher. Lugd., L, 709.—Solitudo hæc est civitas quæ abscondi non potest in deserti monte constructa, quæ imagine sua cœlestem Jerusalem terris dedit, *ibid.*

THURIBULUM aureum est fides : Rupert. abb., CLXIX, 973.

TUBA. Charitas tubæ comparatur quia ad bellum provocat spiritale : B. Alcuin., C, 1116.

TUNICA inconsutilis designat fidem : S. Bern., CLXXXII, 360.—Charitatem : Petr. Lombard., CXCII, 283.

VASA. Corda per vasa significantur : B. Lanfranc. Cantuar., CLI, 629.

VESTIS nuptialis est charitas : Ven. Godefrid., CLXXIV, 615.

VOX aquarum multarum charitatem significat : B. Alcuin., C. 1098.

II. — Vitia.

AQUILA dicitur sanguis : Rupert. abb., CLXIX, 1117.

AURICULA symbolum appetitus humanæ laudis : Ven Godefrid., CLXXXIV, 791.

CAMELUS mundanos affectus repræsentat, *ibid.*, 695.

EMMAUS imperfectionem et teporem indicat, *ibid.*, 807.

EQUUS niger signat famem : S. Victorinus, V, 329.— Equus pallidus et cui sedebat Mors, pestes magnas et mortalitates designat, *ibid.* — Equus rufus bella futura præsignat, *ibid.*

FÆCES operationem peccati denotant : Ven. Godefrid., CLXXIV, 791.

LATERNA peccaminosum consensum designat, *ibid.*, 791.
LECTUS dicitur tribulatio magna : B Alcuinus, C, 1108.
LEPRA corporis, luxuriæ imago : Adam. Scot., CXCVIII, 411.
MARE præsens sæculum designat : B. Alcuinus, C, 819, 995.
MERETRIX. Magna Apocalypsis meretrix Romam specialiter significat quæ tunc Ecclesiam Dei persequebatur: S. Ambros., XVII, 915.
PARALYSIS cogitationes noxias significat : Ven. Godefr., CLXXIV, 128.
PORTÆ duæ per quas diabolus intrat, cupiditas et timor: Petr. Lombard., CXCII, 204.
PUTEUS abyssi mendacium est : Rupert. abb., CLXIX, 986.
REGNUM diaboli est mundus : Ven. Godefrid., CLXXIV, 297.
SANGUIS peccatum figurat : B. Alcuin., C, 1107.
ZIZANIA est cogitatio mala : S. Paulinus Aquileiens., XCIX, 233.

ARTICULUS XI.

Allegoriæ quæ ad novissima nostra spectant.

CEDRUS. In Scriptura sacra cedri nomine aliquando alta excellentia gloriæ cœlestis exprimitur, aliquando cœlestis gloriæ celsitudo : S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1166.
HIERUSALEM terrena figura est Hierusalem cœlestis: S. Paschas. Radbert., CXX, 68, 69.
HORA cœnæ fidem mundi significat : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1231.
IRIS Judicium præcedens per diluvium ac subsequens per ignem significat : B. Alcuin., C, 1117.
JASPIS virentia paradisi pascua designat, *ibid.*, 1116.
LECTUS dicitur æternum supplicium, *ibid.*, 1108.
LUNA. Hierusalem cœlestis dicitur sicut sol et luna : Rupert. abb., CLXIX, 954.
NAZARETH, hortus est cœlestis : Vener. Godefridus, CLXXIV, 94.
OVILE unum omnium, cœlum intelligi potest, *ibid.*, 321.
PARADISUS vita est æterna : B. Alcuin., C, 1103.
SOL. Hierusalem cœlestis dicitur sicut sol et luna perfecta : Rupert. abb., CLXIX, 954.
STATERA in manu sedentis libra est examinis : S. Victorin., V, 329.
VINEA Domini dicitur cœlestis paradisus: Ven. Godefrid., CLXXIV, 140.

ARTICULUS XII.

Allegoriæ quæ ad Scripturam sacram spectant.

ALÆ quatuor animalium eloquia duorum Testamentorum figurant : B. Alcuinus, C, 1118.—Scriptura sacra per tres alas exprimitur : Rupert. abb., CLXIX, 918.
ANIMALIA quatuor sunt quatuor Evangelia : S. Victor., V, 324; S. Ambros., XV, 1253. — Viginti quatuor animalia sunt viginti quatuor libri prophetarum : S. Victorinus, V, 324.
AQUA. Scriptura sacra aquis et tonitruis comparatur : Rupert. abb., CLIX, 1090.
AQUILA volans dicitur Scriptura sacra, *ibid.*, 984, 1051.
ARCUS quem tenet sedens in equo albo Novum Vetusque Testamentum figurat : B. Alcuin., C, 1123.
CALCEAMENTUM. Evangelium dicitur calceamentum nuptiale : S. Ambros., XV, 1582.
COLLYRIUM præcepta divina significat : B. Alcuin., C, 1114.
GLADIUS prædicationem Veteris et Novi Testamenti significat, *ibid.*, 1099.
LIBELLUS apertus est gratia Novi Testamenti, *ibid.*, 1144. — Libellus acceptus de manu angeli est Scriptura sacra, *ibid.*, 1145.
LIBER scriptus intus et foris Vetus Testamentum significat quod datum est in manibus Christi : S. Victorin., V, 327.—Liber scriptus intus et foris utrumque Testamentum continere videtur : B. Alcuin., C, 1120.
LUMEN. Scriptura sacra est lumen in terra : Rupertus abb., CLXIX, 1204.
MAMILLÆ Christi duo sunt Testamenta : S. Victorin., V, 318.
OCULI. Prædicatio Veteris et Novi Testamenti per oculos animalium quatuor figuratur : B. Alcuin., C, 1118.
OSTIUM Domini est Vetus et Novum Testamentum : Ven. Godefrid., CLXXIV, 432.
PANIS sacram Scripturam designat : Rupertus abbas, CLXIX, 462.
SENIORES. Testamentum Vetus per viginti quatuor seniores et thronum indicatur : B. Alcuin., C, 1117.
TONITRUA. Prædicatio Veteris et Novi Testamenti per voces et tonitrua exprimitur, *ibid.*
TUBÆ septem perfectam Veteris et Novi Testamenti prædicationem indicant, *ibid.*, 1135.
VOX aquarum dicitur Scriptura sacra : Rupertus abb., CLXIX, 858. — Scriptura sacra dicitur vox de cœlo, *ibid.*, 1090.

XLVIII.

INDEX FIGURARUM

VETERIS TESTAMENTI EXEGETICUS, ORDINE DIGESTUS ANALOGICO,

SED IN ANALOGIA SERVANS ORDINEM RERUM ALPHABETICUM SIMUL AC PATRUM CHRONOLOGICUM.

MONITUM.

Hoc in Indice, velut et in sequenti, ob utilitatem simul ac commoditatem lectoris, varias statuimus divisiones, et omnes figuras de quibus disseruere Patres, ad quinque capita revocavimus, scilicet, I. figuras quæ spectant ad Christum ; II. quæ ad Ecclesiam ; III. quæ ad apostolos et justos ; IV. quæ ad Judæos et gentiles ; V. quæ ad hæreticos et impios. Præterea ne quid lectorem fugeret, Appendicem subjecimus in quo omnes quæ vel diabolum vel duo Testamenta exprimunt, collegimus figuras. In unoquoque articulo ordinem rerum observavimus alphabeticum, adeo ut quid quisque desideraverit statim reperiet.

PROOEMIUM.

Figura quid sit, et illius divisio.

Figura est antiphrasis, cum per contrarium verba dicuntur. S. Augustinus, XXXVIII, 634.—Typus seu figura est præsentium, aut præteritarum, aut futurarum rerum ignotarum per opera, secundum id quod opera sunt, manifestatio, Junilius African., LXVIII, 33. — Typorum quatuor sunt modi ; aut enim : 1° grata gratis significantur ; v. g. Resurrectio Christi typus nostræ resurrectionis ; 2° mæsta mæstis, v. g. Reprobatio angelorum typus reprobationis malorum ; 3° mœstis grata, v. g. Transgressio Adæ typus justitiæ Salvatoris ; 4° gratis mœsta, v. g. Baptisma typus mortis Christi, Junilius African., LXVIII, 34.

I. — Figuræ quæ Christum præsignant.

AARON sacerdos, sacerdotem præfigurabat Christum; et illius virga miracula germinans, Christi præsignabat carnem, quæ virga dicitur a propheta; hæc enim arida floruit, quia mortua resurrexit, S. Ambrosius, XIV, 1060; XVI, 560; XVII, 25; S. Hieronymus, XXII, 545; S. Prosper, LI, 779; S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1243; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109; Alcuinus, C, 637; S. Petrus Damian., CXLV, 1054; Rupertus abbas, CLXVIII, 1168.

ABEL, ovium pastor, de primogenitis gregis offerens, Christum, bonum pastorem animarum, sacrificium suæ passionis offerentem præsignabat; et innocens fraterna mactatus impietate, Christum innocentem exprimebat a Judæis fratribus immolatum, S. Ambrosius, XIV, 1061; XVII, 815; S. Augustinus, XXXIX, 445, 460, 461; S. Leo, LV, 148; LVI, 1136; S. Maximus Taurin., LVII, 335; S. Paulinus Nolan., LXI, 359; Eugyppius, LXII, 672; S. Gregorius Magnus, LXXVI, 515; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 99; B. Alcuinus, C, 768; S. Paschasius Radbertus, CXX, 674; S. Bruno Astens., CLXIV, 173; Rupertus abbas, CLXVII, 328, 343.

ABRAHAM, relicta cognatione sua, peregrinans in terris, et in monte filium suum immolans unicum, Salvatorem referebat in hunc mundum venientem, et pro mundi vita morientem, S. Augustinus, XXXVIII, 133; S. Prosper, LI, 746; S Leo, LV, 148; S. Paulinus Nolan., LXI, 359; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104; Rabanus Maurus, CVII, 551, 563; Rupertus abbas, CLXIX, 100.

ACHIMAAS, qui interpretatur decor, typum gerit Salvatoris, quia quicumque in sancta Ecclesia virtutum claritate fulgescunt, de plenitudine lucis illius accipiunt. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 404.

ACHINOE, qui interpretatur fratris requies, recte Christum figurat; ille enim frater noster est, qui pro nobis resurgens, nos fratres nuncupavit, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 404.

ACHITOB, frater et bonus, figura Christi, qui frater noster, quia naturæ nostræ particeps; sed bonus, quia naturam nostram quam suscepit, ab æterna morte liberavit, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 404.

ADAM, sexta die formatus, Christum sexta mundi ætate natum præbet, et quemadmodum in illo omnes moriuntur, ita et in Christo vivificantur. Quando Deus immisit Adamo soporem, ut de latere illi conjugem faceret, typum gerebat Christi dormientis in cruce. Latere illo Christi latus apertum ostendebatur. Tertullianus, II, 782. — S. Ambrosius, XV, 1611; XVII, 98, 813. — S. Hieronymus, XXII, 1101. — S. Augustinus, XXXIII, 684; XXXV, 1401, 1463; XXXVI, 461, 668; XXXVII, 1381; XXXIX, 778; XLIV, 462; XLV, 1171, 1223, 1225. — S. Prosper, LI, 735. — S. Petrus Chrysolog., LII, 378 — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 99 — B. Lanfrancus, CLI, 121. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 52. — S. Ivo Carnot., CLXII, 506. — Rupertus abbas, CLXX, 161. — Godefridus abbas, CLXXIV, 284. — Petrus Lombardus, CXCII, 215.

ADONIRAM, Dominus meus excelsus interpretatus, Domini nostri aptus est typus, Rabanus Maurus, CIX, 137.

AMINADAB dicitur Christus, quia rex est et sacerdos, S. Ambrosius, XVI, 290. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 532. — Rupertus abbas, CLXVIII, 958.

AMOS, pastor et rusticus, typus est Christi, qui ab officio pastorali pecorum, id est, ab Hebræorum regimine translatus, nunc alios greges pascit in gentibus, S. Isidorus Hispal, LXXXIII, 115.

AOD, utraque manu pro dextera utens, Christum figurat, Ven. Hildebertus, CLXXIV, 270.

ASER, qui interpretatur beatus, demonstrat Dominum Jesum Christum, cujus panis pinguis est in ore credentium, quia et delicias præbet regibus; hoc est corporis sui et sanguinis sacramenta dat sanctis, qui rite reges dicuntur, quoniam bene semetipsos vel sibi subditos regunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — Rabanus Maurus, CXI, 46.

BANAIAS leonem in cisterna interficiens, Christi et Ecclesiæ typus, Rabanus Maurus, CIX, 137.

BENJAMIN, qui interpretatur filius dexteræ, est Dominus noster Jesus Christus, amantissimus Patris, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 262, 281. — Rabanus Maurus, CXI, 48.

BOOZ, vir potens et magnarum opum, Elimelech consanguineus, Redemptor noster, qui cognatus erat legis atque legislatoris, quia per legem promissus, de patriarcharum stirpe natus est, et originem habuit secundum carnem de gente Judæorum, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CVIII, 1205. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 674.

CHORE, per passionem Christi redimendum populum præfiguravit, quia Chore interpretatur calvitium, sicut Dominus noster Jesus Christus in loco Calvariæ crucifixus est, S. Augustinus, XXXVII, 1069. — S. Gregorius Turon., LXXI, 1097. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 1003.

CIS, qui durus dicitur, non solum electos, sed ipsum etiam Redemptorem significat; nemo enim sibi durior exstitit. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 249, 282.

CYRUS rex, Dominum Salvatorem et nomine designat et actis, quod non ex nostra conjectura, sed ex manifestissimis Isaiæ prophetæ verbis constat. Rabanus Maurus, CIX, 536. — Rupertus abbas, CLXVII, 1521.

DAN, qui judicium vel judex interpretatur, ad illum transfertur qui judex exspectatur vivorum et mortuorum. Rufinus, XXI, 322.

DANIEL, in lacum leonum missus et a Deo erutus, Christum Dominum a Judæis traditum exprimebat. S. Prosper, LI, 809, 810 — Rupertus abbas, CLXVII, 1511.

DAVID, qui manu fortis interpretatur, Salvatoris nostri expressit imaginem, sive quod in sectatione Judæorum injustam persecutionem sustinuit, sive quod manu fortis fortem vicit diabolum atque alligavit, ejusque spolia in toto orbe distribuit; et sic fere per omnes vitæ suæ eventus Christum præsignavit, ac typus fuit tum bonorum quæ nobis contulit Christus, tum malorum quæ ipse passus est a reprobis. S. Hilarius, IX, 844. — S. Ambrosius, XIV, 251, 314, 861, 883; XV, 1506; XVII, 833. — S. Augustinus, XXXVI, 73, 148, 154, 245, 302, 305, 315, 600, 603, 619, 628, 646, 663, 664, 713, 716; XXXVII, 1238, 1815; XLII, 458. — S. Prosper, LI, 378, 380, 797, 799. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Paulus Nolan., LXI, 248, 249, 250, 251. — Cassiodorus, LXX, 35, 43, 193, 1015. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 461, 505, 509, 642. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — B. Alcuinus, C, 634; CI, 133. — Rabanus Maurus, CIX, 49, 58, 312; CXI, 58. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 65. — S. Bruno Herbipolens., CXLII, 147, 210, 213, 230, 300. — S. Petrus Damian., CXLV, 624, 1111. — S. Bruno Carthusian., CLII, 691. — S. Ivo Carnot., CLXII, 507. — Rupertus abb., CLXVII, 1090, 1097, 1104, 1107, 1133, 1135, 1136; CLXVIII, 1566; CLXX, 20, 96, 143. — Godefridus abbas, CLXXIV, 208, 498. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 1078. — Petrus Lombardus, CXCI, 1251. — Adamus Scotus, CXCVIII, 389. — Philippus de Harveng, CCIII, 231, 536.

ELIACHIM, qui interpretatur resurrectio Domini, nullum melius designat quam Redemptorem nostrum qui ait : Ego sum resurrectio et vita. Rabanus Maurus, CIX, 550.

ELIAS, qui interpretatur Deus Dominus, sive Deus meus, aut fortis Deus, significat Christum Dominum de quo scriptum est : Dominus fortis, Dominus potens in prœlio. Idem propheta in desertum abiens, a corvis nutritus et in cœlum aereum sublatus, Christum exprimit ab angelis nutritum in deserto, et ascendentem in cœlos; et sic in plurimis vitæ suæ circumstantiis. S. Cyprianus, IV, 615. — S. Ambrosius, XVII, 834. — S. Prosper, LI, 803. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1217. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115. — Rabanus Maurus, CIX, 206, 207. — Rupertus abbas, CLXVII, 1256; CLXX, 248. — Ven. Hildebertus, CLXXIV, 1089.

ELIMELECH, interpretatur Deus meus, et quis hoc nomine melius censeri potest nominatus quam Salvator noster. Rabanus Maurus, CVIII, 1199, 1201.

ELISÆUS, qui interpretatur salus Domini, quis est alius nisi Filius ejus qui et Salvator ubique vocatur. Idem propheta, projiciens se ut mortuum erigeret, exprimebat Christum, qui de cœlo descendens et seipsum humilians, mortalitatem nostram sanavit, etc. S. Ambrosius, XVI, 1274; XVII, 834. — S. Prosper, LI, 804. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 893. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — S. Bernardus, CLXXXIII, 912.

ENOCH, translatus ad cœlum, ascensionem Christi præsignabat. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1217. — Rabanus Maurus, CIX, 223

ESAU, ex cujus semine Job, significat Christum in gentibus per fidem. S. Prosper, LI, 750.

ESDRAS figurat domum Dei, id est, per Christum Dominum restaurationem. S. Prosper, LI, 813.

EZECHIAS, qui interpretatur apprehendens Dominum, vel fortitudo Domini, serpentem æneum frangens, et sic tollens multos idololatriæ abusus, Christum præfigurabat. Rabanus Maurus, CIX, 252; CXI, 63.

EZECHIEL typus fuit Christi, et cum dicitur filius hominis, et cum triginta annos natus vidit cœlos apertos, sicut de Christo evangelica traditio narrat; et cum stat juxta fluvium Chobar, etc. S. Hieronymus, XXV, 698. — S. Prosper, LI, 812. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 796, 797. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Ra-

banus Maurus, CX, 647; CXI, 67. — Rupertus abbas, CLXVII, 1422.

GAD exprimit Christum qui in secundo eventu suo contra Antichristum dimicabit. S. Isidorus Hispalensis, LXXXIII, 107.

GEDEON, qui cum trecentis perrexit ad prœlium, typum Christi portavit, qui in signo crucis de mundo victoriam reportavit : trecentorum enim numerus T littera continetur, quæ speciem crucis ostendit : et sic in aliis circumstantiis. S. Prosper, LI, 786. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1157, 1158, 1163, 1172; CXI, 56. — Petrus Damian., CXLIV, 893. — Rupertus abbas, CLXVII, 1035; CLXVIII, 17. — Godefridus abbas, CLXXIV, 34, 655. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 1092.

HELCANA Christum præfigurabat, et ejus sacrificium exprimebat Christi passionem. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 21, 30.

ISAAC in typo Salvatoris natus ex promissione, et a patre in hostiam deditus, ipse portans lignum sacrificii, Christum patientem præsignabat, et sic in diversis suæ vitæ circumstantiis. Tertullianus, II, 346. — S. Zeno, XI, 427. — S. Ambrosius, XIV, 319, 428, 446, 501, 1061; XVII, 133, 464. — S. Augustinus, XXXV, 1464; XXXVI, 244, 245, 603; XXXVIII, 133; XLI, 511; XLII, 772, 810, 852. — S. Prosper, LI, 696, 745, 746. — S. Leo, LVI, 1156. — S. Maximus Taurin., LVII, 356, 799. — S. Paulinus Nolan., LXI, 318, 359. — Eugyppius, LXII, 675. — Rabanus Maurus, CVII, 569, 573, 574. — B. Lanfrancus, CLI, 401. — S. Bruno Astens., CXIV, 198. — Rupertus abbas, CLXVII, 323, 397, 401, 448, 458, 465; CLXIX. 95, 101. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 684. — Adamus Scotus, CXCVIII, 135.

JABES, iste magister scribarum atque cantorum, quem melius significare potest quam Redemptorem nostrum qui est verus magister sanctorum doctorum et rite Deo laudes canentium. Rabanus Maurus, CIX, 295, 296.

JACOB, qui interpretatur supplantator, tum descendens in Ægyptum, tum luctans cum angelo; aut habens visionem, aut Laban filiam nubens, Christum præsignabat. S. Hilarius, IX, 878. — S. Zeno, XI, 428. — S. Ambrosius, XIV, 624. — S. Hieronymus, XXV, 930. — S. Prosper, LI, 751, 756. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Maximus Taurin., LXII, 608. — S. Fulgentius, LXV, 437. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 563. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CVII, 591, 610; CXI, 38. — S. Ivo Carnot., CLXII, 506. — Rupertus abbas, CLVII, 490; CLXIX, 100; CLXX, 23.

JAIR, qui interpretatur illuminans, Christum, lucem veram, significabat. Rabanus Maurus, CVIII, 1176.

JECHONIAS Christum adumbravit. S. Augustinus, XXXVIII, 341.

JEPHTE et ejus filia. Jephte post victoriam filiam immolans, Redemptoris ostendebat figuram, qui a facie fratrum suorum, id est, Judæorum, abscedens, in gentibus principatum accepit. S. Augustinus, XXXIV, 817. — S. Prosper, LI, 789. — S. Isidorus Hispalensis, LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1177; CXI, 57. — Rupertus abbas, CLXVII, 1040 — Godefridus abbas, CLXXIV, 33.

JEREMIAS propheta et verbis et factis Christi mortem et passionem figuravit. S. Hieronymus, XXV, 666. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Rupertus abbas, CLXVII, 1365; CLXX, 122.

JESRAEL Christi semen significat. Rupertus abbas, CLXVIII, 30.

JESU NAVE filius, minister Moysis et sacerdos magnus, et nomine et gestu Christi Salvatoris mundi typum expressit, nam quemadmodum induxit populum Israel in terram promissionis, sic nos ad veritatem Salvator deduxit, et in regnum gloriæ collocabit. S. Hilarius, X, 463. — S. Ambrosius, XIV, 1154; XVI, 651. — S. Hieronymus, XXV, 1391. — S. Augustinus, XLII, 328. — S. Prosper, LI, 782. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 195, 630. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111, 115. — Rabanus Maurus, CVIII, 118, 137, 1120; CIX, 1090; CXI, 54, 65. — Rupertus abbas, CLXX, 187.

JOATHAN, qui interpretatur perfectus, typus fuit et figura Christi. Rabanus Maurus, CIX, 513; CXI, 62.

JOB, justus, verax, dives, tentatus a diabolo, amittens facultates et filios; ulceribus maculatus, ab uxore hortatus ut peccet, amicorum insolentias sustinens, in sterquinilio sedens, sanitatem recuperans, etc., etc., imaginem Christi præfert, qui his omnibus similia pro nobis sustulit S. Zeno, XI, 441, 442. — S. Hieronymus, XXVI, 623 *et seqq.* — S. Gregorius Magnus, LXXV, 524, 525, 532, 576, 583, 1065; LXXVI, 237. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108. — Rupertus abbas, CLXVII, 1607; CLXVIII, 963, 967.

JONAS, typum per omnia tenuit et implevit Salvatoris : sive cum fugit a facie Domini, sive cum auctor suæ demersionis exsistit; sive cum demersus est in profundum et triduano die sanus evadit, S. Hilarius, IX, 473. — S. Zeno, XI, 418. — S. Hieronymus, XXII, 546. — S. Augustinus, XXXIII, 384. — S. Petrus Chrysolog., LII, 303. — S. Maximus Taurin., LVII, 357. — S. Paulinus Nolan., LXI, 404, 405. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 474, 475, 477, 532, 553. — Rupertus abbas, CLXVIII, 402; CLXX, 125.

JONATHAS, Christi figura. S. Bernardus, CLXXXIV, 761.

JOSEPH sive somnians, sive mortis in lacum missus, vel a fratribus venditus, aut in Ægyptum traductus, et enutriens esurientes Ægyptios, etc., etc., per omnes vitæ suæ eventus Christum Salvatorem mundi exprimebat. Tertullianus, II, 346. — S. Cyprianus, IV, 689. — S. Ambrosius, XIV, 405, 614, 645, 649, 688, 1096, 1110. — Paulus Mediolan., XX, 727. — Rufinus, XXI, 328. — S. Hieronymus, XXII, 462; XXV, 1493. — S. Prosper, LI, 752, 753, 755, 756. — S. Petrus Chrysolog., LII, 595. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Paulinus Nolan., LXI, 359. — S. Gregorius Turon., LXXI, 166. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1217. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — B. Alcuinus, C, 792. — Rabanus Maurus, CVII, 622 624, 629, 663; CIX, 223. — S. Bruno Astens., CLXIV, 218. — Rupertus abbas, CLXVII, 448, 506, 524, 526, 535, 576; CLXX, 107. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1148, 1151. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 651. — S. Bernardus, CLXXXIV, 760, 1025; CLXXXV, 141. — Alanus de Insulis, CCX, 231, 236.

JOSIAS præsignavit Christum pro nobis passum, qui vitia dejicit, exusta comminuit, et in hujus sæculi torrente projicit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Rabanus Maurus, CXI, 63.

JUDAS, catulus leonis, Dominum Salvatorem præsignat, tanquam leonina ortum prosapia, videlicet regia stirpe progenitum. Paulinus Mediolan., XX, 721. — Rufinus, XXI, 301, 302. — S. Hieronymus, XXV, 1493. — Eugyppius abbas, LXII, 694. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rabanus Maurus, CXI, 43.

LOTH, justus et hospitalis in Sodomis, qui ex illo incendio quod erat similitudo futuri judicii, meruit salvus evadere, typum referebat corporis Christi, quod in omnibus sanctis et nunc inter iniquos atque impios gemit, quorum factis non consentit, et a quorum permistione sæculi in fine liberabitur, illis damnatis supplicio ignis æterni. Rabanus Maurus, CVII, 556; CXI, 56.

MALACHIAS, qui angelus Domini interpretatur, Salvatorem, qui angelus magni consilii dicitur, præsignabat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

MANUE apparens angelus et stans in altaris flamma, magis significasse intelligendus est illum magni consilii angelum in forma servi, hoc est in homine, quem susceperus erat, non accepturum sacrificium futurum. Rabanus Maurus, CVIII, 1192.

MATATHIAS Dominum Salvatorem significat, qui princeps est populi Dei et defensor electorum suorum. Rabanus Maurus, CIX, 1163.

MELCHISEDECH rex panem offerens et vinum, Christi regnum et sacerdotium, cujus corporis et sanguinis sacramentum panis et vini specie offertur, repræsentat. S. Cyprianus, IV, 376. — S. Leo, LV, 148. — Cassiodorus, LXX, 889. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104. — B. Alcuinus, C, 1064. — Rabanus Maurus, CVII, 320. — S. Petrus Damian., CXLIV, 754. — S. Bruno Astens., CLXIV, 188. — Rupertus abbas, CLXIX, 460.

MOYSES, qui populum suum e servitute Ægyptiorum liberavit, fere per omnes suæ vitæ eventus Christum Salvatorem mundi exprimebat. Tertullianus, I, 667; II, 347. — S. Ambrosius, XIV, 319. — S. Augustinus, XXXIV, 743. — S. Prosper, LI, 759, 761, 777, 782. — S. Paulinus Nolan., LXI, 359. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CVIII, 17, 18, 84, 86. — S. Petrus Damian., CXLX, 1034. — Rupertus abbas, CLXVII, 576. — Godefridus abbas, CLXXIV, 260, 1151. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 492. — S. Bernardus, CLXXXIII, 306.

NAASSON, qui interpretatur serpentinus fuit figura Christi. S. Ambrosius, XV, 1222.

NABOTH moriens aptissime Christi a principibus falso accusati et cruci affixi typus est. Rabanus Maurus, CIX, 217; CXI, 65. — Rupertus abbas, CLXVII, 1251.

NABUCHODONOSOR lapidem pretiosum, id est, Christum somniavit. B. Alcuinus, C, 1129.

NOE, qui interpretatur requies, de vinea inebriatus et nudatus in domo sua, cui non appareat Christi esse figuram, qui inebriatus est dum passus est, nudatus est cum

crucifixus est ; in domo sua, id est, in gente sua et in domesticis sanguinis sui, utique Judæis ; tunc enim nuditata est mortalitas carnis ejus. Quam nuditatem, id est, passionem Christi, videns Cham irrisit ; et Judæi Christi mortem videntes, subsannaverunt, etc., etc. S. Cyprianus, IV, 375. — S. Ambrosius, XV, 1610. — S. Augustinus, XXXV, 1022; XLI, 472 — S. Paulinus Nolan., LXI, 200, 359. — S. Gregorius Turon., LXXI, 164. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 102. Rabanus Maurus, CVII, 320, 525. — S. Bruno Astens., CLXIV, 183. — Rupertus abbas, CLXVII, 310, 346, 562; CLXX, 151, 231.

OSEE propheta Christum præfigurabat. Rupertus abbas, CLXVIII, 17, 158.

OSIAS præsignabat Christum, qui ex fornicatione gentium assumpsit in corpore suo Ecclesiam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

OTHONIEL, civitatem Cariath percutiens, Christum exprimebat. Rupertus abbas, CLXVII, 1623. — Godefridus abbas. CLXXIV, 272.

SALOMON Christi prænuntiat figuram, qui ædificavit domum Domino in cœlesti Hierusalem, non de lignis et lapidibus, sed de sanctis hominibus, ad cujus sapientiam audiendam regina venit Ethiopiæ, hoc est Ecclesia de gentibus ; et sic in pluribus aliis. S. Augustinus, XXXVII, 1668. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — Rabanus Maurus, CIX, 186 ; CXI, 59. — Rupertus abbas, CLXVII, 1141. — Godefridus abbas, CLXXIV, 521, 759. — S. Bernardus, CLXXXIII, 147, 672, 912. — Wolbero abbas, CXCV, 1274. — Alanus de Insulis, CCX, 75.

SAMSON nascens, vivens et moriens, Christum in plurimis exprimebat. S. Ambrosius, XVII, 774. — S. Hieronymus, XXVI, 454. — S. Augustinus, XXXIX, 1646, XLVI, 820. — S. Prosper, LI, 790, 794. — S. Paulinus Nolan., LXI, 251, 264. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 491, 1173. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1194, 1197, 1198. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 928. — Rupertus abbas, CLXVII, 1043. — S. Petrus Damian., CXLV, 1090. — Godefridus abbas, CLXXIV, 275.

SAMUEL præfigurabat Christum Dominum, ducem, sacerdotem, prophetam, sacerdotes arguentem, etc. S. Cyprianus, IV, 689. — S. Prosper, LI, 795. — Rupertus abbas, CLXIX, 43. — Godefridus abbas, CLXXIV, 428.

SAUL in persecutione gessit typum Christi in multis. Rupertus abbas, CLXX, 250.

SETH, qui interpretatur resurrectio, Christum signat resurgentem. S. Augustinus, XXXIX, 445, 460, 461. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

TOBIAS filius, Domini nostri Jesu Christi imaginem habuit, qui velut absconditam et obcæcatam figuram caligine legis, claritate suæ virtutis illuminat. S. Prosper, LI, 815. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CXI, 66. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1101.

ZARA, qui interpretatur oriens, figura fuit Christi. S. Ambrosius, XV, 1600.

ZACHARIAS, summus sacerdos, typum Christi gessit. S. Ambrosius, XV, 1542. — Rupertus abbas, CLXVIII, 699.

ZOROBABEL, typus Salvatoris, qui reduxit de captivitate populum, et de vivis lapidibus construxit templum. S. Gregorius Turon., LXXI, 170. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116 — Rupertus abbas, CLXVIII, 697.

II. — Figuræ quæ ad Ecclesiam spectant.

AARON, typus episcoporum, Ecclesiæ tenet imaginem, quam bene monti fortissimo comparavit, quæ et honore sancto præeminet, et fidei soliditate consistit. Illius virga verum significat sacerdotium. Cassiodorus, LXX, 554. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 536. — Philippus de Harveng, CCIII, 669.

ABEL immolatus, primitiæ Ecclesiæ et populi Christiani typus. S. Ambrosius, XIV, 318. — S. Augustinus, XXXVII, 1589.

ABIGAIL orando ad David, præveniens typum gessit Ecclesiæ in sacrificio altaris. Rupertus abbas, CLXVII, 1115 ; CLXX, 39.

ABIMELECH, domus gentium, Ecclesiam præsignabat. Rupertus abbas, CLXVII, 415.

ABRAHAM, uxorem Saram occultans, typus Ecclesiæ, occultæ Christi sponsæ ; et ejus sacerdotio figurabatur regale novæ legis sacerdotium. S. Augustinus, XLI, 424. — S. Prosper, LI, 743. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

ADAM typus et custos Ecclesiæ. S. Ambrosius, XV, 1652. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 536.

ANNA sterilis, custodiens et servans quæ Dominum non clamosa petitione, sed modeste et tacite intra ipsius pectoris latebras precabatur, typum refert Ecclesiæ, quæ prius sterilis nunc largiter fœcunditate pollet. S. Cyprianus, IV, 522. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 27, 62, 90. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112.

AOD, judex in Israel, bonorum Ecclesiæ prælatorum typus, Rabanus Maurus, CVIII, 1131.

ARCA NOE, prophetia nostrorum fuit temporum, Ecclesiam Christi præfiguravit. S. Hieronymus, XXII, 1054. — S. Augustinus, XLI, 598.

BENJAMIN terra dicitur Ecclesia. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 262.

BERSABEA, dum in fonte Cedron lavaretur exuta vestibus, David placuit, et ad regios compulsa est venire complexui, maritusque ejus principali jussione trucidatus est ; sic et Ecclesia, id est, congregatio fidelium per lavacrum sacri baptismatis, mundatis sordibus peccatorum, Christo Domino noscitur esse sociata. Cassiodorus, LXX, 358. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 66.

DAVID, panes propositionis manducans, typus regni et sacerdotii. S. Augustinus, XXXVI, 601. — S. Petrus Damian., CXLIV, 755. — S. Bruno Carthusian., CLII, 696.

DEBBORA quæ, devicto in Sisara diabolo, canticum cœlestis gloriæ proclamavit, nobis mystice revelavit ortum surrecturæ ex gentibus Ecclesiæ. — S. Ambrosius, XVI, 249. — S. Prosper, LI, 785. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111.

ENOS, invocans nomen Domini, signat Ecclesiam spe viventem dum veniat ad beatitudinem. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

EPHREM typus est Ecclesiæ. S. Hilarius, IX, 388.

ESDRAS, parabolam pandens, figurat Ecclesiam. S. Prosper, LI, 814.

ESTHER, quæ interpretatur absconsa, et quæ altero nomine vocabatur Edissa, hoc est, misericordia, Ecclesiam gentium designat, quæ in abscondito cordis sui propter fidei castitatem placet Deo, et misericordiam ac gratiam coram oculis Dei magis invenit quam synagoga Judæorum quæ merito impietatis suæ absque misericordia per Oseam vocatur. S. Hieronymus, XXII, 547 ; XXV, 1537. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — B. Alcuinus, CI, 1127. — Rabanus Maurus, CIX, 646.

EVA, cunctorum mater viventium, de costis Adæ edita, significat quod de latere Christi in cruce per mortem sopiti, sacramenta salutis essent exitura, videlicet sanguis et aqua de quibus sponsa illi conderetur Ecclesia. S. Ambrosius, XVII, 813. — S. Hieronymus, XXII, 1101. — S. Augustinus, XXXIV, 215 ; XXXVI, 461 ; XXXVII, 1673. — S. Maximus Taurin., LVII, 357. — S. Fulgentius, LXV, 326. — S. Gregorius Turon., LXXI, 163. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 99. — Rabanus Maurus, CVII, 484. — S. Ivo Carnot., CLXII, 506. — Petrus Lombardus, CXCII, 215

EZECHIEL, præpositorum in Ecclesia personam præsignabat. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 45, 46.

HEBER, qui propriam loquelam servat, cæteris linguis divisis, Ecclesiam præsignabat in cujus sinu unitas. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

ISMAEL, ludens cum Isaac, figura fuit persecutionis Ecclesiæ. Wolbero abbas, CXCV, 1040.

ISRAEL dicitur Ecclesia, id est, in quo est Deus, et videns Deum. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 255 — S. Bruno Herbipol., CXLII, 212. — Rupertus abbas, CLXVII, 459.

ISSACHAR significat Ecclesiam de gentibus, quæ subjecit humerum suum ad crucis onus portandum : S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rabanus Maurus, CXI, 44.

JACOB populum Novi Testamenti præfigurat, quia sicut Jacob fratri benedictione anterior exstitit, cum postea natus fuerit, ita et Christiana plebs priorem populum synagogæ fidei gressibus antecessit. S. Hieronymus, XXII, 888. — S. Augustinus, XXXVI, 1015. — Cassiodorus, LXX, 689, 962. — S. Bruno Herbipol., CXLII, 202. — Rupertus abbas, CLXVII, 459.

JAHEL, mulier illa alienigena, de qua prophetia dixit quod in manu mulieris victoria fiet, figuram tenet Ecclesiæ, quæ ex alienigenis gentibus congregata est. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1136.

JAPHETH auditores in Ecclesia signabat. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

JEPHTE FILIA, sexaginta diebus lugens ob virginitatem, Ecclesiam filiam et virginem significabat. Rabanus Maurus, CVIII, 1189.

JOSIÆ DOMUS figurat Ecclesiam ubi Christus coronatur. Rupertus abbas, CLXVIII, 746.

JUDAS designat Ecclesiam. Cassiodorus, LXX, 358. — Adamus Scotus, CXCVIII, 191.

JUDITH, post peractam orationem exuens se vestimentis lugubribus, et induens se vestibus jucunditatis, signum est sanctæ Ecclesiæ, quæ licet aliquando pro peccatis suis pœnitentiæ gerat affectum, spe tamen remissionis et futuri præmii anxium satis exhilarat animum. S. Hieronymus, XXV, 1337. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CIX, 365, 575.

MACHABÆI septem et illorum mater, designant Ecclesiam septiformem, quæ martyrum multitudinem coronavit Christo. S. Cyprianus, IV, 669. — S. Augustinus, XXXVIII, 1380. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116.

MARDOCHÆUS, sacco indutus et interitum Judæorum destinatum plangens, magistros Ecclesiæ figurat. Rabanus Maurus, CIX, 651.

MARIA, soror Moysis, cum mulieribus tympanum quatiens, typus Ecclesiæ fuit, quæ cum omnibus Ecclesiis quas peperit, hymnum canens, populum Christianum ducit in cœlum. S. Zeno, XI, 510.

MERETRIX, cui nupsit Samson, et meretrices duæ coram Salomone invicem de filio altercantes, typum tenent Ecclesiæ et synagogæ. S. Augustinus, XXXVIII, 92, 1640. — Cassiodorus, LXX, 358. — Rabanus Maurus, CIX, 127 *et seqq.*

MICHOL, Ecclesiæ figura. S. Petrus Damian., CXLV, 488

MOYSIS UXOR Ethiopissa, signat Ecclesiam gentium, cujus ob causam synagoga lepra perfunditur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109.

MULIER de uxoribus prophetarum habens duos filios, designat sanctam Ecclesiam duorum populorum, id est, Judaici et gentilis, quasi filiorum duorum mater. Rabanus Maurus, CIX, 228.

NOE figurabat cleros et rectores Ecclesiæ. S. Augustinus, XXXVII, 1751.

NOEMI et ejus nurus figuram gestant Ecclesiæ de gentibus congregatæ, quæ nupsit Christo Filio Dei de gente Judæorum nato. Rabanus Maurus, CVIII, 1201, 1221.

ORPHA interpretatur cervix ejus; et quid per Orpham, nisi credentes ex Judæis designantur, qui cervicis nomine rite nuncupantur; quia robur fidei et fortitudinem bonæ operationis post resurrectionem Domini, ipsi primi acceperunt. Rabanus Maurus, CVIII, 1202.

PHARAONIS FILIA, quæ expositum Moysen ad ripam fluminis collegit, Ecclesia gentium est, quæ Christum ad flumen salutaris lavacri reperit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CXI, 52. — Rupertus abbas, CLXVII, 1159.

RACHEL, quæ Dei ovis dicitur, primum sterilis et formosa, et idola patris sui rapiens, Ecclesiam Christi prænotabat. S. Ambrosius, XVI, 289, 1257. — S. Hieronymus, XXII, 1055; XXV, 930. — S. Paulinus Nolan., LXI, 209. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 563. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CVII, 607, 763. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 61, 62. — S. Petrus Damian., CXLIV, 825. — Rupertus abbas, CLXVII, 1009.

REBECCA, e camelo descendens in occursum Isaac, etc., Ecclesiam figurat e gentilitate venientem. S. Ambrosius, XIV, 452, 455, 617; XVI, 1245. — S. Augustinus, XXXVII, 1673; XXXVIII, 38. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 770. — Rupertus abbas, CLXVII, 459. — Adamus Scotus, CXCVIII, 135.

RUBUS Moysis Ecclesiam exprimebat. S. Petrus Damian., CXLV, 687.

RUTH, sicut dormivit ad pedes Booz, ita Ruth spiritalis, scilicet Ecclesia, dormivit ad pedes Christi, cum in spe incarnationis ejus, unde sibi certam salutem credebat esse venturam, quasi requiescens, patienter eum exspectabat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CVIII, 1202, 1214, 1215. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 62.

SABA REGINA, quæ a finibus extremis Austri excita veniens, Salomonis audire sapientiam concupivit, jam tunc venturam de gentibus Ecclesiam desiderantem Christum exprimebat. S. Paulinus Nolan., LXI, 168. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — Rabanus Maurus, CIX, 472. — Rupertus abbas, CLXVII, 1175.

SALOMON, cujus nomen pax sonat, typus fuit Ecclesiæ. S. Hieronymus, XXVI, 419. — Rabanus Maurus, CIX, 186.

SAMSON præfigurabat Ecclesiam Christi in suis primordiis persecutiones patientem. S. Augustinus, XXXVII, 1126.

SARA, intacta ab Abimelech Abrahæ restituta, præclarus est sanctæ Ecclesiæ typus. S. Ambrosius, XIV, 451, 436. — Rabanus Maurus, CVII, 560. — S. Bruno Carthusian., CLII, 25. — S. Bruno Astens, CLXIV, 196.

SAREPTANA VIDUA Ecclesia est, quæ gratia corporis Christi et chrismatis unctione nunquam minuitur. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 808. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

SEM, doctores Ecclesiæ significabat. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

SEPHORA typum tenet Ecclesiæ de gentibus, quæ præputium filii sui, id est, populi gentilis, acutissima petra, hoc est doctrina Spiritus sancti, sive illa petra de qua dicit Apostolus: Petra autem erat Christus, docet exspoliationem veteris hominis cum actibus ejus. Rabanus Maurus, CVIII, 27.

SUSANNA figuravit Ecclesiam, quam falsitate Judæi quasi adulteram accusant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CXI, 66.

THAMAR, typus fuit Ecclesiæ, quæ Judæ recte nupta non est, quia Christo veniente baptismatis spiritali unda in gremio renatus, Ecclesiæ filius ejus futurus fuerat, non maritus. S. Hilarius, IX, 437. — Cassiodorus, LXX, 358 — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 67. — Rupertus abbas, CLXX, 241.

VIDUA, ad quam missus est Elias, Ecclesiam Christi prænotabat. S. Ambrosius, XV, 1626; XVI, 235. — Pariter et vidua mortuum plangens filium. Rupertus abbas, CLXX, 324.

ZABULON Ecclesiam significat, quæ secus fluctus hujus vitæ inhabitans, omnes tentationes et turbines sæculi sustinet, et in doctoribus suis ad montes virtutum et laudes Domino referendas convocat populos omnium gentium. Paulus Mediolan., XX, 723. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rabanus Maurus, CXI, 44.

III. — Figuræ apostolos et justos adumbrantes.

AARON devotionem denotat. Richardus de S. Victore, CXCVI, 334.

ABDIAS designat omnes fidei prædicatores qui alimentis sacrarum Scripturarum credentes reficiunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

ABEL, agnum portans ad Dei sacrificium, sicut agnus assumitur, et justos persecutionem ab impiis sustinentes præfigurat. S. Augustinus, XLI, 456. 614. — S. Petrus Chrysolog., LII, 502. — Rupertus abbas, CLXVII, 1752. — Adamus Scotus, CXCVIII, 480.

ABISAG Sunamitis, idea est gratiæ divinæ et charitatis, ac illius quadripartitum munus designat quadripartitum munus sapientiæ. Adamus Scotus, CXCVIII, 231, 312, 313, 825.

ABRAHAM, unigenitum suum offerens, typus oblationis religiosæ, et viri devoti. S. Paschasius Radbertus, CXX, 82. 83. — B. Lanfrancus, CLI, 118. — Adamus Scotus, CXCVIII, 328, 480, 821.

ADAMUS, typus rationis. Petrus Lombardus, CXCII, 341. — Richardus de S. Victore, CXCVI, 363.

AGGÆUS, figura sanctorum qui nobis in hujus peregrinationis vita futurum tempus liberationis declarant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115

AMALECH, qui bis perculi et demoliri præcipitur, quid est, nisi quia prædicator eos quos ad pudicam vitam erudit, promovere debet ad perfectionem virtutis. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 407, 410.

ANNA, mater Samuelis, figura Christianæ religionis et gratiæ. S. Augustinus, XLI, 528.

ARIOCH, qui interpretatur ad solitudinem redigens, zelum rectitudinis et districtæ severitatis rigorem significat. Richardus de S. Victore, CXCVI, 1243.

ASER, pinguis panis: aliqui putant hoc dictum propter Annam prophetissam, Phanuelis filiam, ex tribu Aser, quæ prima cum Symeone refertur de Domino in Evangeliis prophetasse, et prophetiæ suæ fide, velut escam dedisse principibus, id est, apostolis, cæterisque credentibus, quæ de ipso fuerant prophetata. Rufinus, XXI, 325.

BENJAMIN, lupus rapax, id est, Paulus, natus ex tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, juxta legem Pharisæus, circumcisus octavo die; ad matutinum comedens, quando juvenis fuit, et in vesperum dans escam, quando credens spiritalem præbuit cibum Ecclesiis a se institutis. Tertullianus, II, 148.—S. Ambrosius, XIV, 660, 692; XV, 1273.— Paulinus Mediolan., XX, 731. — Rufinus, XXI, 333. — S. Hieronymus, XXV, 724, 862. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — Rabanus Maurus, CVII, 664; CVIII, 1144; CXI, 48. — S. Bruno Astens., CLXIV, 232.

BETHSABEE, Virginis Mariæ figura, Godefridus abbas, CLXXIV, 1026.

DANIEL, in cœlibatu serviens Deo figuram expressit servorum Dei, id est, monachorum et continentium qui terrenis copiis non abutuntur. S. Augustinus, XXXVII, 1771; XL, 714, 717. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII,

114. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 643. 725. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1113. — Richardus de S. Victore, CXCVI, 1243.

DAVID, hominem probum, contemplativum et humilem repræsentat, et per illum recte sanctam animam accipimus, quæ illum qui quasi leo rugiens circuit quærens quem devoret, in seipsa interfecit. S. Paulinus Nolan., LXI, 626. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 551. — Rupertus abbas, CLXVII, 1060. — Godefridus abbas, CLXXIV, 467. — Adamus Scotus, CXCVIII, 195.

DEBBORA, quæ interpretatur avis, significat prophetiæ suavitatem et cœlestis doctrinæ dulcedinem. Rabanus Maurus, CXI, 56.

ELCANA, pater Samuelis, in oratione perseverans, in pietate constantes præsignabat. Rabanus Maurus, CIX, 14.

ELIAS, ad Sareptanam viduam missus, et illius duplex spiritus, præfigurat apostolos missos ad gentes. Rupertus abbas, CLXVII, 1240. — S. Bernardus, CLXXXIII, 322.

ELISÆUS Eliam sequens, et ejus duplicem deposcens spiritum, apostolos Christum sequentes, et animam Deum sitientem repræsentat. S. Prosper, LI, 803. — Rupertus abbas, CLXVII, 1254, 1255; CLXX, 248. — Godefridus abbas, CLXXIV, 334.

ESDRAS typum habet et apostolorum et prædicatorum Evangelii Christi, qui spiritale ædificium Dei, post exitum fidelium de Babylone istius mundi, atque regressum in terram repromissionis, verbis et exemplis quotidie instaurando reædificant. Rabanus Maurus, CXI, 70.

EVA, figura beatæ Virginis Mariæ, nam sicut hæc nos damnari fecit per arboris pomum, sic illa absolvit per arboris fructum, quia et Christus in ligno pependit ut fructus. Tertullianus, II, 782. — S. Ambrosius, XVII, 692.

EZECHIAS designat omnes sanctos quibus ad acquirendum cœlum quinque libri Moysis et decem præcepta decalogi sunt dati. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

EZECHIEL, eximius propheta, quadraginta diebus jacens latere uno, captivitatem futuram dum præfigurat, absolvit; qui sacratus numerus iste suscepit iniquitates ut deleat, captivitates ingreditur ut absolvat, vincula patitur ut relaxet. S. Petrus Chrysologus, LII, 635.

GEDEON pœnitentis typum gessit. Hugo de S. Victore, CLXXVII, 705.

HABACUC, populus est fidelis qui super excelsa constitutus, in cruce Dominum contemplatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

ISAAC, typus oblationis religiosæ et filiorum promissionis. S. Augustinus, XXXIV, 566. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 83. — Petrus Lombardus, CXCII, 148. — Adamus Scotus, CXCVIII, 481.

ISAIAS signat evangelistas et apostolos, qui universa sacramenta Christi quasi præsentia prædicavit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

ISRAEL, id est, vir Deum videns, electos et vitam contemplativam significat. B. Alcuinus, C, 1105. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1130, 1138.

ISSACHAR, symbolum religiosæ professionis, et quia merces interpretatur, apostolorum typus, qui putandi sunt merces Filii Dei. Rufinus, XXI, 317. — Adamus Scotus, CXCVIII, 482.

JACOB, per varias suæ vitæ circumstantias, electos et illorum virtutes præfiguravit, necnon et cœlorum regnum, etc. S. Augustinus, XXXIV, 567; XXXVII, 1597, 1598, 1771, 1772, 1936; XXXIX, 34, 35, 687; XLI, 518. Rabanus Maurus, CVIII, 10, 11. S. Paschasius Radbertus, CXX, 84, 352. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 586. — Rupertus abbas, CLXVII, 1558. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1030, 1136, 1138. — Adamus Scotus, CXCVIII, 820. — Petrus Cantor, CCV, 77.

JAPHETH, typus apostolorum et prædicatorum. Rupertus abbas, CLXVII, 562.

JOATHAN sicut per fugam recessit, et reliqui interfecti sunt fratres, sic nemo evadere poterit persecutionem Antichristi, nisi qui per fugam recesserit, et in montem benedictionis ascenderit. Rabanus Maurus, CVIII, 1172.

JOB, conjugatos et pœnitentes, filii autem ejus apostolos significant. S. Augustinus, XXXVII, 1732. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 535. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 643, 725. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1113. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 705.

JOEL signat eos qui fidei ostium et divinæ scientiæ incipiunt cognoscere sacramentum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

JOIADA qui in locum Achitophel substituitur, significat quod Juda prævaricante ac decidente de apostolatu, non remansit duodecimus locus vacuus, sed in loco prævaricatoris, Petro cæterisque apostolis ordinantibus, successit Matthias, humilis atque fidelis. Rabanus Maurus, CIX, 406.

JOSEPH apostolorum, castitatis et gratiæ typus. S. Hilarius, IX, 923. — S. Prosper, LI, 754, 757. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 146. — Godefridus abbas, CLXXIV, 199.

JOSIAS, typus electorum. Adamus Scotus, CXCVIII, 824.

JOSUE castos et qui baptismalem candorem servant designat. Ven. Guibertus abbas, CLVI, 587.

JUDAS, quantum intelligi datur, ex parte prophetarum, ex parte patriarcharum, Patrumque typus erat, qui ob justitiam Dei omnes homines filios computabant. S. Zeno, XI, 435.

LIA, quæ interpretatur laborans, figura est vitæ activæ. S. Augustinus, XXXIV, 1046. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 449. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 84. — S. Petrus Damian., CXLIV, 303. — Rupertus abbas, CLXVII, 474. — S. Bernardus, CLXXXIV, 755, 1276.

LOT, Sodomis fugiens, et religiosos et sanctos qui in fine sæculi ab impiorum incendio liberabuntur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — S. Bernardus, CLXXXIV, 1044.

MACHIR, qui interpretatur restituet, et est primogenitus Manasse primogeniti Joseph, significat populum priorem de quo principes, hoc est, apostoli et doctores primitivæ Ecclesiæ descenderunt. Rabanus Maurus, CVIII, 1144.

MARDOCHÆUS doctores gentium significat, et maxime B. Paulum apostolum, qui etiam de stirpe Jeminea, hoc est, de tribu Benjamin se esse testatur. Rabanus Maurus, CIX, 646.

MATATHIÆ filii designant apostolos et martyres. Rabanus Maurus, CIX, 1141.

MOYSES discretionem denotat. Richardus de S. Vict., CXCVI, 334.

NAAMAN, hominis figura mundani ad meliora conversi. Godefridus abbas, CLXXIV, 220.

NABOTH justos omnes præsignat. Rupertus abbas, CLXVIII, 25.

NEHEMIAS typum habet et apostolorum et prædicatorum Evangelii Christi, qui spiritale ædificium Dei, post exitum fidelium de Babylone istius mundi, atque regressum in terram repromissionis, verbis et exemplis quotidie instaurando reædificant. Rabanus Maurus, CXI, 70.

NEPHTHALIM, figuram gerit apostolorum et prædicatorum qui instar cervi transilientes, ad superna seipsos et audientes erigunt. Paulinus Mediolan., XX, 727. — Rufinus, XXI, 327. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106 — Rabanus Maurus, CVIII, 1144.

NOE, typus electorum. Ven. Hildebertus, CLXXI, 643, 725. — Adamus Scotus, CXCVIII, 821.

ORPHA ET RUTH. Alii post perceptam gratiam baptismi et societatem fidei retro ad errores pristinos relabuntur, quorum typum gessit Orpha, quæ ad deos suos et ad populum suum reversa est; alii vero diffinito consilio et instandi studio sequuntur gratiam quam perceperunt, quorum figuram Ruth expressit. Rabanus Maurus, CVIII, 1204. Godefridus abbas, CLXXIV, 1026.

PHINEES designat sanctos doctores qui Judæos et hæreticos spirituali mucrone feriunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 110.

RAAB, figura castissimæ Virginis Mariæ. Godefridus abbas, CLXXIV, 1025.

RACHEL, quæ visum principium interpretatur, vitam contemplativam nobis exhibet. S. Augustinus, XXXIV, 1046; XLII, 432. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 954; LXXVI, 449. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 303

SAMSON per capillos, omnes electos; uxorem suam invisens, apostolorum prædicationem significat. S. Ambrosius, XVII, 774. — Rupertus abbas, CLXVII, 1048.

SAMUEL Joannem Baptistam refert. Rupertus abbas, CLXVII, 1091.

SARA prudentiæ imaginem præbet. Adamus Scotus, CXCVIII, 331.

SEM figura prophetarum et apostolorum qui ex ejus stirpe nascentur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

SOPHONIAS designat eos qui per contemplationis arcanum ad perfectum veniunt meritorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

THAMAR figurat beatam Virginem Mariam. Godefridus abbas, CLXXIV, 1022. — Adamus Scotus, CXCVIII, 584.

TOBIAS prudentiæ typus. Rupertus abbas, CLXX, 331.

URIAS Hæbræus, typus et exemplum fervoris et affectus ad bonum commune. Adamus Scotus, CXCVIII, 485.

ZABULON venatores, nihil sunt nisi apostoli Domini, ex cujus tribu aliqui fuere. Rufinus, XXI, 317.

ZACHARIAS, qui memor Domini interpretatur, et fuit

filius Selemiæ, doctores gentium, qui ab apostolis et primis prædicatoribus Evangelii ad prædicandum gentibus ordinati sunt, præfigurat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115. — Rabanus Maurus, CIX, 397.

IV. — Figuræ quæ ad Judæos et gentiles spectant.

AARON cum Moyse loquens contra Pharaonem, legem et vetus sacerdotium significat, moriens illius sacerdotii interitum docet. Rupertus abbas, 581, 888.

ABEL populum ex gentibus Christianum signat. Eugyppius abbas, LXII, 669.

ABIGAIL, de qua refert Scriptura quod mulier prudentissima et speciosa fuerit, typum tenet plebis illius, qui ex Judæis ad fidem conversi Domino placere meruerunt. Rabanus Maurus, CIX, 64.

ABRAHAM vocatione sua terram viventium populo Christiano futuram, et semine eumdem populum ut stellas multiplicandum figurat. S. Prosper, LI, 742, 743.

ABSALON typum tenet Judæorum qui seditionem levaverunt contra verum David, invidentes ei, et principatui ejus insidias molientes. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 642. — Rabanus Maurus, CIX, 107; CXI, 59. — S. Petrus Damian., CXLV, 1105. — Rupertus abbas, CLXXVII, 1077.

ACHIOR, Ammonitarum dux, designat paganos, qui cum viderent sanctam Ecclesiam per fidem et constantiam hostium ac persecutorum ferocitatem superare, nimio pavore concussi, a contumacia elationis suæ corruunt, atque sanctam Ecclesiam venerari nimio terrore compelluntur. Rabanus Maurus, CIX, 576.

ACHITOPHEL denotat Judæos qui Patrum prærogativa aliquando erant charissimi, et collocutione Dei clarissimi, sed incarnatione et passione scandalizati, hostes facti sunt crudelissimi. Rabanus Maurus, CIX, 408.

ADONIAS, filius David major, per fastum superbiæ volens pro patre in regnum succedere, indicat populum Judaicum, qui quasi major filius esse videtur, cum prior legem susceperit, gentilem populum, qui per gratiam Dei posterior vocatus est, spernens, solum secum Dominum æstimabat regnaturum. Rabanus Maurus, CIX, 425.

AGAR et ejus filius synagogam et Veteris Testamenti carnales præfigurabant. S. Augustinus, XLI, 512. — S. Maximus Taurin., LVII, 491. — B. Alcuinus, C, 547. — Rupertus abbas, CLXVII, 388, 503.

AMAN, typus Judæorum, qui prophetas occiderunt, et ipsum Dominum prophetarum ejusque apostolos interficere non timuerunt. Rabanus Maurus, CIX, 652.

AMMON, qui interpretatur filius generis mei, sive populus turbidus, Judæos exprimit. Rabanus Maurus, CXI, 580.

ASAPH, interpretatur synagoga, significans quæ credidit, non quæ obstinata permansit. S. Augustinus, XXXV, 1347; XXXVI, 916, 929, 970, 1011, 1051. — Rabanus Maurus, CXI, 70.

ASER prædicit sanctos viros ex synagoga futuros, quorum panis pinguis est, doctrinam videlicet propheticam sancti Spiritus sagina redundans. Paulinus Mediolan., XX, 726.

BALA, figura legis Veteris Testamenti, quam populus Israel prævaricando commaculavit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108.

BALAAM, qui interpretatur populus vanus, videtur habere personam Scribarum et Pharisæorum Judaici populi. Rabanus Maurus, CVIII, 729.

BARACH videtur formam gerere populi prioris, qui primo omnium per prophetiam vocatus est, et invitatus ad audienda eloquia Dei et divinæ legis munera capienda, qui refulsit quidem, et in legis splendore ad breve tempus coruscavit; sed non diu permansit, nec continuum locis potuit obtinere fulgorem. Rabanus Maurus, CVIII, 1135, 1143.

CAIN offerens de fructibus terræ munera Domino, parricidalis et maledictus, et synagogam et Judæos terrestres ac deicidas præfigurabat. S. Ambrosius, XIV, 317, 318; XVII, 813. — S. Augustinus, XXXVI, 442, 705, 997; XL, 683; XLI, 445, 258, 259, 260. — S. Prosper, LI, 737. — S. Maximus Taurin., LVII, 793. — Vigilius Tapsens., LXII, 115. — Eugyppius abbas, LXII, 669. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 100. — Rabanus Maurus, CVII, 504. — Petrus Lombardus, CXCI, 402.

CHAM, Noe filius, typus Judæorum qui Christum incarnatum atque mortuum deriserunt. Vigilius Tapsens., LXII, 675. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

CHANAAN, qui pro patris delicto maledictione damnatur, exhibet posteritatem Judæorum ob Christi passionem maledictorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

DALILA, quæ interpretatur paupercula vel situla, significat synagogam quæ Christum in loco Calvariæ crucifixit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CXI, 57. — Rupertus abbas, CLXVII, 1050, 1112. — Godefridus abbas, CLXXIV, 281.

DINA, figura synagogæ vel animæ quam in exterioribus curis repertam corrupit diabolus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108.

DOEG, populum Judaicum proditorem et parricidalem significat. S. Hilarius, IX, 310.

ELISÆO pueri insultantes, figura Judæorum qui Christum in cruce deriserunt, et capti sunt a Tito et Vespasiano. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

EPHRAIM, figura gentium, qui per benedictionem patriarchæ præpositus est majori populo Judæorum. S. Paulinus Nolan., LXI, 283. — Rabanus Maurus, CVIII, 1144.

ESAU, typus populi Judaici, cujus loco assumitur populus Christianus per Jacob figuratus. S. Ambrosius, XV, 1485; XVII, 364. — S. Hieronymus, XXV, 1001. — S. Fulgentius, LXV, 437. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 829. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CVIII, 1136, 1139. — Guibertus abbas, CLVI, 515. — Rupertus abbas, CLXIX, 102.

GAD, typum gerit Judæorum electorum, qui populo novo quasi quidam præduces exstiterunt, et in terram olim promissam introduxerunt. Paulinus Mediolan., XX, 726.

GALAAD, qui acervus testis interpretatur, designat populum Judaicum, qui bene acervus testis sive accinctus dici potest, quia Vetus Testamentum in lege et prophetis conscriptum habens, inde se tutum atque undique munitum fore confidebat. Rabanus Maurus, CVIII, 1146.

HARBONA eunuchus, qui crucem Mardochæo paratam prodidit, significat doctores legis, qui dolum Judæorum et omnia quæ divinis præceptis fuerant contraria, ipsius legis lectione manifestarunt. Rabanus Maurus, CIX 660.

HEBER figurat gentem Hebræam, cujus primatum populo Christiano tradidit Christus. S. Prosper, LI, 741.

HELI reprobatus et ejus filii posteritatem prioris sacerdotii exstinctam et novi sacerdotii successionem designant. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 91. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CXI, 58.

HER, primitivus Judæ filius, primitivus est populus, id est, Hemithæi, omnes potentissimi, et reges qui ferocitate virtutis ac libidinis omnem orbem corruperant terrarum. S. Zeno, XI, 435.

HOLOPHERNES, gentium est principatus, qui persecutus est Ecclesiam Christi. Rabanus Maurus, CIX, 516.

ISAAC, de repromissione conceptus, et contra spem sterilium senum natus, omnium gentium vocationem præfigurat. S. Augustinus, XLI, 605. — S. Prosper, LI, 696. — S. Maximus Taurin., LVII, 793. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

ISMAEL, ex ancilla natus, populum Judæorum repræsentat. S. Ambrosius, XVII, 363. — S. Maximus Taurin., LVII, 793. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

ISSACHAR, asinus fortis, typum gestat populi gentilis, qui antequam Dominum sessorem habuisset, brutus erat, et frenorum impatiens proprio libitu ferebatur. Paulinus Mediolan., XX, 724. Rabanus Maurus, CIX, 336.

JACOB, populum gentium designans, simplex habitabat in tabernaculis, quia electi ex gentibus sola fide, bonaque voluntate Deo placere studuerunt. S. Ambrosius, XVII, 818. — S. Augustinus, XXXVI, 506; XXXVIII, 55. — S. Prosper, LI, 392, 752. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — S. Bruno Carthusian., CLII, 840, 1028. — Guibertus abbas, CLVI, 515. — Rupertus abbas, CLXVII, 502.

JAPHETH designat populum gentium qui versatur in Ecclesiis Israelitarum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

JEHU gentium principatum denotat. Rabanus Maurus, CXI, 61.

JOATHAN, junior filius Jerobaal, qui fugit ut gladium inimici evaderet, figura est residui populi Israel, prædicante Elia, extremis temporibus credituri, et Antichristi gladium evasuri. Rabanus Maurus, CVIII, 1171.

JOB eversa domus figura erat synagogæ; quæ domus corruens, oppressit liberos, quia dum Judæa in crudelitatem Dominicæ passionis cecidit, apostolorum fidem desperationis formidine obruit. S. Gregorius Magnus, LXXV, 582.

JOSEPH gentiles designat. S. Bruno Carthusian., CLII, 1029.

JUDAS, infidelis populi Judæorum typus. S. Ambrosius, XIV, 1082.

LABAN, legis et diaboli typus, ex cujus corpore assumpsit sibi Christus duas conjuges, Judæorum scilicet et gentium. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105.

LEVI et auctor et figura principum sacerdotum qui Christum crucifixerunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106.

LIA lippientibus oculis et fetosa, sacramenta demonstrat synagogæ, quæ infirmis oculis cordis sacramenta Dei speculari non potuit. S. Ambrosius, XV, 1488. — S. Hieronymus, XXII, 1055; XXV, 930. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rupertus abbas, CLXVII, 475, 503.

LOT, personam habet legis, de qua infidelitatis opera pariunt qui ea carnali intellectu utuntur; duæ illius filiæ monstrant Samariam et Jerusalem quæ fornicantur in lege per adulterium illicitæ doctrinæ. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105, 106.

MANASSES, populi prioris typus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107.

MARIA, soror Moysis, speciem præfert synagogæ, quæ leprosa propter detractionem et murmurationem contra Christum, cujus vendidit sanguinem. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CXI, 53. — Rupertus abbas, CLXVII, 947.

MICHOL, despiciens David ludentem, præsignat synagogam Christum blasphemantem. Rupertus abbas, CLXVII, 1112, 1126.

NAAMAN, qui princeps militiæ regis Syriæ esse describitur, quem melius significare potest, quam populum gentilem qui in orbe per virtutem bellorum principatum gerebat ac rerum decore fruebatur. S. Ambrosius, XVII, 834. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Rabanus Maurus, CIX, 231.

NABAL, de quo dictum est quod vir durus et pessimus et malitiosus esset, typum tenet populi Judæorum, quorum aliqui uva fellis et botro amaritudinis inebriati dura cervice, et incircumcisis cordibus semper Spiritui sancto resistebant, atque carnalem sensum in lege sequentes, stulti facti sunt. Rabanus Maurus, CIX, 64.

NOE in tribus filiis figurantur gentes quas Christus Dominus sparsas invehit et collegit. S. Prosper, LI, 741.

OCHOSIAS significat populum Judæorum, et maxime principes synagogæ, qui, peccatis et vitiis dediti, veritatem a se repellebant, imo et persequebantur. Rabanus Maurus, CXI, 65.

ONAN, secundus Judæ filius typus est Judaici populi, cui præcipitur ut semen excitet fratris, id est, reliquas nationes idololatriæ deditas ad Dei cultum excitet. S. Zeno, XI, 456.

OZIAS leprosus, figura Judæorum qui dedecus suum in fronte portant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

PHILISTÆI Samsonem in Gaza comprehensum custodientes, significant Judæos sepulcro Christi apponentes custodiam. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1173.

RAAB, gentilitatis typus. Rupertus abb., CLXVII, 1008.

ROBOAM ET JEROBOAM divisionem repræsentant Judæorum in Christi adventu, quorum pars Christum, pars Antichristum sequetur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113

RUBEN, primogenitus, figuram habet populi qui violavit cubile Dei Patris, quando carnem Christi confixit in patibulo crucis. Paulinus Mediolan., XX, 717. — Rufinus, XXI, 313. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106.

RUTH, elicions ex spicis hordeum, gentilium conversorum constantiæ typus. S. Prosper, LI, 795. — Rabanus Maurus, CVIII, 1206, 1207, 1209.

SAMSON leonem interficiens, Judæorum typus. S. Paulinus Nolan., LXI, 263.

SAMUEL novi sacerdotii signat successionem, abjecto veteri sacerdotio. S. Augustinus, XLI, 532, 533. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 91. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112.

SAREPTANA VIDUA gentilitatem præfigurabat. Rupertus abbas, CLXVIII, 326; CLXX, 106.

SAUL Judaici populi insinuat reprobationem, sive ejusdem populi æmulationem, qui David, id est, Christum, injusto judicio conatus est perdere. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CXI, 58.

SERON, princeps exercitus Syriæ, refert istius mundi principatum. Rabanus Maurus, CIX, 1150.

SIMEON ET LEVI Scribas et Pharisæos designant adversus Dominum non armorum pugna bellantes, sed versutia callida. Paulinus Mediolan., XX, 719. — Rufinus, XXI, 315. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rupertus abbas, CLXVII, 551.

SUNAMITIS FILIUS, figura humani generis, super quod Christus spiritum septiformem aspiravit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

THAMAR geminos in utero filios gestans, duos gestabat populos, quorum posterior natus qui manum prior ex utero misit, quia gentium populus antea quidem est per prophetas ostensus, sed postea revelatus cujus ideo obstetrix ligavit dexteram cocco, quia idem populus per sanguinem Christi crucis notatus est signo. S. Isidorus Hispal., CLXXXIII, 108.

TOBIAS priscæ legis imaginem portat, cujus oculos Judaicæ hirundines obcæcant, dum eos luminis sacramenta male intelligentes obcæcant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CXI, 66.

URIAS cum litteris missus ut occidatur, populus est Judaicus portans legem per quam moriatur. S. Paschasius Radbertus, CXX, 67. — Rupertus abbas, CLXVII, 1135; CLXX, 294.

VASTHI regina plebem exprimit Judaicam, quæ quasi regina regnasse videbatur, cum in cultu unius Dei cæteris gentibus præeminere inveniebatur. Rabanus Maurus, CIX, 642.

ZACHARIAS populum gentilem demonstrat. Rupertus abbas, CLXVIII, 834.

V. — Figuræ quæ hæreticos et impios repræsentant.

ABBADDON, rex locustarum, typus est hæreticorum. B. Alcuinus, C, 1141.

ABIMELECH, ancillæ filius et seditiosorum rex, personam gerit Antichristi, qui omnium iniquorum caput est et princeps; præfigurat etiam Judam proditorem, per quem fraude contra Redemptorem nostrum, qui vere rex est, operatus est diabolus. S. Prosper, LI, 788. — Rabanus Maurus, CVIII, 1175; CIX, 59; CXI, 56. — S. Petrus Damian., CXLV, 388, 392.

ABIRON, CORE ET DATHAN, qui se a Moyse et Aaron segreganles, sacrificium usurpare conati sunt, hæreticorum pravitatem designant, perniciemque eorum qui se a sacerdotibus Christi et societate Ecclesiæ dividunt, et sacrificia profana accipiunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 110. — Rabanus Maurus, CVIII, 681; CXI, 53. — Adamus Scotus, CXCVIII, 814.

ABSALON, dum patrem suum David crudeliter insequeretur, mulæ impetu perductus, in condensam quercum, ramis ejus colla nectentibus, in aeris sublimitate suspensus est, quadam præfiguratione Dominici traditoris; nam sicut Judas innodatus laqueo vitam finivit, ita et persecutor David, constrictis faucibus, exspiravit. S. Augustinus, XXXVI, 97; XXXVII, 1847. — Cassiodorus, LXX, 43. — S. Gregorius Turon., LXXI, 1097. — Rabanus Maurus, CIX, 807; CXI, 59. — S. Bruno Carthusian., CLII, 647. — Rupertus abbas, CLXVII, 1136. — S. Bernardus, CLXXXIV, 72, 752. — Petrus Lombardus, CXCI, 77. — Adamus Scotus, CXCVIII, 801, 816. — Philippus de Harveng, CCIII, 558.

ACHAB, qui in Samaria regnabat, hæresiarchas exprimit, qui perditorum turbam per errorum devia ducunt, et in perpetuum mortis præcipitium mergunt. Rabanus Maurus, CXI, 60.

ACHAM, qui de Jericho anathemate concupivit, designat nequam Christianum, qui post perceptam fidem, sæculares mores vel mundi illecebras appetit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CXI, 54.

ACHARIS qui interpretatur amarus, hæreticos refert, qui merito ipsi dicuntur amari, qui non meruerunt divina gratia fieri repleti. Rabanus Maurus, CIX, 898.

ACHITOPHEL, qui recedens a David ad Absalon transmigravit, hæreticos significat, qui recedentes a tramite veritatis, se sociant hosti antiquo et subsequuntur errorem. Judam pariter proditorem exprimit. Rabanus Maurus, CIX, 107, 406.

ADAM fugiens a paradiso, hominem a veritate fugientem exprimit. Hugo de S. Victore, CLXXV, 165.

AGAR ancilla, fugiens a facie Sara, hæreticorum et carnis figura. S. Augustinus, XXXVIII, 32. — S. Paulinus Aquileiens., XCIX, 233.

ALCIMUS, contaminator legis et proditor patriæ, repræsentat eos qui Testamentum Dei sectis nefandis profanare, et Ecclesiam Dei perturbare non metuunt. Rabanus Maurus, CIX, 1183.

AMALECH spiritum fornicationis et vitium luxuriæ designat. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 397, 407.

AMAN superbus significat et diabolum et fastum potentum hujus sæculi, qui beneficiis sibi divina pietate collatis abutentes, proximos suos, quos consortes habent naturæ, gratiæ socios habere despiciunt. Rabanus Maurus, CIX, 652. — Rupertus abbas, CLXIX, 169.

AMMON, qui interpretatur filius mœroris, designat hæreticos et illos omnes gehennæ prædestinatos, ubi erit eis fletus et stridor dentium, tanquam populo mœroris S. Gregorius Magnus, LXXIX, 396. — Rabanus Maurus, CVIII, 1187; CXI, 380. — Adamus Scotus, CXCVIII, 384, 815.

ANTIOCHUS, rex sceleratissimus, qui persecutus est populum Dei, præfigurabat Antichristum, qui Christi populum persecuturus est. S. Cyprianus, IV, 669. — S. Hieronymus, XXV, 563. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 651. — Rupertus abbas, CLXIX, 1411. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1132.

ARCHELAUS, jactantiæ typus. Adamus Scotus, 331.

ASAEL typum tenet eorum quos vehementer arripiens furor in præceps ducit ; qui in eodem furoris impetu tanto cautius declinandi sunt, quanto insane rapiuntur. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 77.— Rabanus Maurus, CIX, 76.

ASSUR. Antichristi typus. Rabanus Maurus, CX, 818.

BALAAM, qui interpretatur populus varius, designat hæreticos et eos qui per fidem cognitionem Dei habentes, obscurati malis operibus corruunt; simul etiam seculares maledicentes religiosis quos imitari negligunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 110. — B. Alcuinus, C, 1105. — Adamus Scotus, CXCVIII, 337.

BALAM, typum gessit sacerdotum vendentium ecclesiastica quæstus gratia. Rupertus abbas, CLXVII, 895.

BEELPHEGOR, Antichristi typus. Rupertus abbas, CLXVII, 908.

CAIN Antichristi et malorum justos persequentium figura. S. Augustinus, XLI, 456. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 484. — Rupertus abbas, CLXVII, 1752. — Adamus Scotus, CXCVIII, 813.

CHAM, verenda patris revelans, hæreticos præsignabat. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

CHUSAN RASATHAIM, Judæorum oppugnator, mystice quilibet tyrannus. Rabanus Maurus, CVIII, 1126.

CIS asinæ, peccatrices animæ. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 249, 282.

DALILA, animæ peccatricis et concupiscentiæ figura. Godefridus abbas, CLXXIV, 287. — Adamus Scotus, CXCVIII, 815.

DAN præfigurat Antichristum, qui futurus est velut coluber in via, et cerastes in semita, quia in via et semita mandatorum Dei ambulantibus, quantum in se est, obicem se præfert duplici armatus contra eos ingenio. S. Ambrosius, XIV, 1079.—Paulinus Mediolan., XX, 725. — Rufinus, XXI, 321. — S. Isidorus Hispal , LXXXIII, 107. — Rabanus Maurus, CVII, 661, 662.

DINA, animæ torpentis et artibus diaboli deceptæ, typus. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 108.

DOEG Idumæus, Judæ et Antichristi figura, nam sicut ille David adversarius fuit, ita Christo Antichristus erit. S. Ambrosius, XIV, 1646. — Cassiodorus, LXX, 373. — Rupertus abbas, CLXVII, 1106.

ELEAZARUS, qui elephantem interficiens occubuit, personam gerit arrogantium, qui dum volunt aliquid fortiter gerere, non tamen simplici sed erecto animo, in suis conatibus devicti prosternuntur. Rabanus Maurus, CIX, 1174.

ENOCH, filius Cain, urbem condens, significat impios in hac tantum vita esse fundatos. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 100. — Adamus Scotus, CXCVIII, 813.

ESAU figura non tantum eorum qui fidem negant, sed etiam eorum qui usque in finem vitæ in malis operibus perseverant; gulosos etiam et carnales designat. S. Ambrosius, XIV, 317. — S. Augustinus, XXXVI, 527. — S. Fulgentius, LXV, 438. — Rupertus abbas, CLXVIII, 190. — Adamus Scotus, CXCVIII, 814. — Petrus Cantor, CCV, 332.

GOG, superbiæ typus, hæreticos apte denotat. Rabanus Maurus, CX, 868, 871.

GOLIAS, superbi figura. S. Bernardus, CLXXXIII, 333.

HELIU, typus doctorum fidelium, sed superborum, qui rectis quidem sensibus loquuntur, sed ad stulta elationis verba derivantur. S. Gregorius Magnus, LXXV, 527; LXXVI, 252, 452. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108.

ISMAEL significat nativitatem eorum qui servi peccati sunt. S. Ambrosius, XVII, 563.

JACOB descendens in Ægyptum, figurat lapsum Adæ, et prævalens angelo, persecutores Christo prævalentes. S. Augustinus, XXXVI, 1022. — Rupertus abbas, CLXX, 71.

JEROBOAM hæreticorum typus. Rupertus abbas, CLXVII, 1237; CLXIX, 331.

JEZABEL, mortem æternam et hæreticos repræsentat. Rupertus abbas, CLXVII, 1245; CLXIX, 881.

JOACHAZ, qui interpretatur retentus, significat pravos rectores, quos populus terræ, carnales videlicet terrenæ cupiditati dediti secundum mores suos consentientes vitiis suis, personas eligunt. Rabanus Maurus, CIX, 530.

JOB amici tres prænotant hæreticos, qui sub specie consolandi, studium gerunt seducendi; illius uxor quæ ad maledicendum eum provocat, carnalium pravitatem exprimit. S. Hieronymus, XXV, 619. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 526, 621, 729 —S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108. — Rabanus Maurus, CXI, 50.

JORAM refert, eos qui catholica fide imbuti, ac Christiano baptismate regenerati, Ecclesiæ instituebantur sacramentis; sed relinquentes fidei veritatem, errores sequuntur hæreticorum. Rabanus Maurus, CXI, 61.

LABAN mundum hunc et prælatos Ecclesiæ captatores designat. Rabanus Maurus, CVII, 607. — Rupertus abbas, CLXVII, 441, 481, 958. — Petrus Cantor., CCV, 83.

LAMECH, cujus crimen Christus diluit, signat et hæreticos, et hujus sæculi figuram. S. Hieronymus, XXII, 1053. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

LOT typum habet vitiosæ multitudinis, et illius uxor, eorum qui per gratiam Dei vocati, postmodum retro respiciunt, et ad ea quæ reliquerant redire contendunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CXI, 36. — Rupertus abbas, CLXVII, 374. — Petrus Cantor, CCV, 210.

LYSIAS, Judæorum hostis sævissimus, qui paganorum tenet principatum, eos qui Ecclesiam Dei gravissimis infestant persecutionibus, significat. Rabanus Maurus, CIX, 1224.

MICHOL, Davidem humiliatum despiciens, typus est eorum qui Christum professione, Antichristum vero opere sequuntur. Rabanus Maurus, CIX, 87.

NAAMAM Syrus et leprosus, hominis superbi et luxuriosi figura. Adamus Scotus, CXCVIII, 411.

NABAL prælatos Ecclesiæ munera captantes denotat. Petrus Cantor, CCV, 83.

OZA, arcam sustentans declinantem, ad sacram Eucharistiam indigne accedentes exprimit. Rabanus Maurus, CIX, 339.

PHARAO, vanæ gloriæ typus. Adamus Scotus, CXCVIII, 332

PRINCEPS COQUORUM, qui muros Jerusalem subvertit, hoc significat quod omnes qui ventris desiderio serviunt, virtutes animæ destruunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116.

ROBOAM signat scissuram hæreseon e quibus Christus colligit oves. S. Prosper, LI, 801.

RUBEN, per incestum hæreticos animas commaculantes et concupiscentiam denotat. S. Paschasius Radbertus, CXX, 87. — Rupertus abbas, CLXVII, 550.

SAMSON crine servato invictus, abscisso autem captivus peccatoris typus. S. Paulinus Nolan., LXI, 264.

SAUL malos pastores, potentum elationem et mortem præsignat. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 53, 55. — S. Bruno Carthus., CLII, 695.— Rupertus abbas, CLXVII, 1060.

SEDECIAS designat divites et peccatores, qui a diabolo capti, intelligentiæ oculos perdunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

TIMOTHEUS typum tenet hæreticorum, qui tam per se quam per aliorum auxilium et suffragia, fidem Christi ac veritatem Evangelii destruere semper nituntur. Rabanus Maurus, CIX, 1242.

APPENDIX.

Hoc in Appendice, ne quid lectorem prætereat, omnes apposuimus figuras quæ vel diabolum vel duo Testamenta olim præsignabant, et quas memorarunt sancti Patres ; unde scilicet :

I. — Figuræ quæ diabolum denotant.

ALEXANDER tentatorem præfigurabat diabolum. Godefridus abbas, CLXXIV, 1130.

AMALECH. S. Cyprianus, IV, 662. — S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 109.

AMAN, affectans adorari. Rupertus abbas, CLXX, 106.

AMMON, qui interpretatur dolor eorum. Rabanus Maurus, CIX, 371 ; CX, 372.

ASSUR , virga furoris Dei et baculum indignationis ejus. Rabanus Maurus, CIX, 383; CX, 818.

BENADAD. Rabanus Maurus, CIX, 236.

CAIN, ab initio fratricida. S. Hilarius, IX, 648.

CHANAAN reges maligni. Rabanus Maurus, CVIII, 1147.

CHUSAM-RASATHAIM, Judæorum oppugnator. Rabanus Maurus, CVIII, 1126.

EGLON, qui interpretatur rotatos vel orbitus. Rabanus Maurus, CXI, 55. — Godefridus abbas, CLXXIV, 270.

GOLIATH, superbus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113 — Rabanus Maurus, CIX, 52, 53; CXI, 58. — Rupertus abbas, CLXVII, 1098.

HOLOPHERNES, iniquorum caput. Rabanus Maurus, CIX, 546.

LABAN, qui interpretatur dealbatio. Rabanus Maurus, CVII, 606.

MOLOCH. Rabanus Maurus, CVIII, 462.

NABUCHODONOSOR, princeps confusionis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CIX, 372; CXI, 65. — Rupertus abbas, CLXIX, 1344; CLXX, 338.

NEMROD. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

OZIAS, rex leprosus. Rabanus Maurus, CIX, 246.

PHARAO, qui populum Dei perdere tentat. S. Zeno, XI, 510. — S. Prosper, LI, 761. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108. — Rupertus abbas, CLXVII, 637. — S. Bernardus, CLXXXIII, 978; CLXXXIV, 577.

RAPSACES. Godefridus abbas, CLXXIV, 73.

SEHON rex. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CVIII, 719, 850.

SISARA. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111.

URIAS Hethæus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112.

II. — Figuræ duo Testamenta præsignantes.

ABRAHAM DUO FILII, duo Testamenta signant. Victorinus Afer, VIII, 1185. — S. Augustinus, XXXV, 2133.

AGAR ET SARA. S. Hieronymus, XXII, 1035. — Rupertus abbas, CLXVII, 388.

EXPLORATORES DUO. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111.

JACOB DUÆ UXORES, una libera, altera ancilla. Eugyppius abbas, LXII, 691. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

MOYSES ET AARON. S. Zeno, XI, 510.

XLIX.

INDEX FIGURARUM

NOVI TESTAMENTI EXEGETICUS, ORDINE DIGESTUS ANALOGICO,

SED IN ANALOGIA SERVANS RERUM ORDINEM ALPHABETICUM SIMUL AC PATRUM CHRONOLOGICUM.

—

I. — Figuræ quæ ad Christum spectant.

ANGELUS movens aquam, Christum designat; nam descendente angelo sanabatur infirmus, et descendente Christo sanatur mundus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

EVANGELISTÆ quatuor, sub quatuor animalium vultibus figuraliter Christum exprimunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116.

JOANNES per figuram aquilæ signat Christum post resurrectionem carnis evolasse in cœlum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

JOSEPH, virginis Mariæ sponsus, Christum indicat qui ad custodiam deputatus est sanctæ Ecclesiæ quæ non habet maculam aut rugam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

LUCAS, per mysticum vituli vultum, Christum pro nobis immolatum prædicat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARCUS, a solitudine exorsus, leonis figuram induit, et Christi regnum invictum potentiamque proclamat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARTHA, quæ sollicita circa frequens ministerium describitur, non incongrue assumptam Christi humanitatem figurare potest. Godefridus abbas, CLXXIV, 959, 960.

MATTHÆUS Redemptorem natum et passum annuntians in similitudinem hominis comparet. S. Isidorus Hispal., CLXXXIII, 127.

PETRUS ET JUDAS, duo Christi oculi; quos ille novus Samson amisit, quando Petrus in voce ostiariæ ter illum negavit, et quando Judas, qui tradidit illum, laqueo sese suspendit. Godefridus abbas, CLXXIV, 284.

SPONSUS, designat Christum, qui in nuptiis cum Ecclesia aquam in vinum mutat, quia credentes per lavacri gratiam transeunt ad passionis gloriam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

II. — Figuræ quæ Ecclesiam denotant.

APOSTOLI totius Ecclesiæ portant typum, qui similem potestatem in remittendis peccatis acceperunt, habentes formam patriarcharum, qui per prædicationem in toto orbe populos Christo genuerunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

ARCHISYNAGOGI FILIA, signat Ecclesiam de gentibus, quæ post prædicationem Christo credidit, et sanctam accipere promeruit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

CHANANÆA MULIER, Ecclesiam exprimit de gentibus, quæ tanquam canis micas quærit de doctrina apostolorum et prophetarum. S. Augustinus, XXXVIII, 487, 486, 544. — S. Isidorus Hispal., LXXIII, 118. — Illius filia pariter Ecclesiæ typus fuit. S. Hilarius, IX, 1001, 1005.

DISCIPULI SEPTUAGINTA DUO, designant illustrationem totius orbis per Evangelium, qui ideo mittuntur bini, propter prædicandum Dei amorem et proximi, vel mysteriorum gemina Testamenta, scilicet Ecclesiam Dei. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

EUNUCHUS ÆTHIOPS, qui venerat adorare in Hierusalem, refert Ecclesiam de gentibus, quæ foris stabat quia legis et prophetarum scientiam non invenerat. Rupertus abbas, CLXX, 228, 229.

LAZARUS suscitatus, figura Ecclesiæ Dei. S. Augustinus, XXXVI, 872.

MARIA, Christi Mater, signat Ecclesiam, quæ desponsata Christo virgo nos de Spiritu concepit, virgo etiam peperit. S. Ambrosius, XV, 1555. — S. Augustinus, XL, 660. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARIA ET MARTHA. Respective ad tempus præsens et futurum, Ecclesia figuratur per Martham et Mariam, Martha enim Ecclesiam in hac vita Christum in corde excipientem, et in opere justitiæ laborantem exprimit, Maria vero sedens secus pedes Jesu, in futuro sæculo ab opere cessantem et requiescentem. S. Augustinus, XXXIV, 1541. — Isidorus Hispal., LXXXIII, 124.

MARIA MAGDALENA ET ALTERA MARIA, Ecclesiæ typum deferunt: unum nomen duas geminatur in feminas; quia hic Ecclesia ex duobus populis veniens, una figuratur ex duobus populis, id est, Judæis et gentibus, quia primi novissimi et novissimi primi. S. Petrus Chrysolog., LII, 412, 415, 432, 468. — Rupertus abbas, CLXX, 228.

MULIERES EVANGELICÆ. Plurimæ mulieres quæ in Evangelio memorantur, variis modis Ecclesiam exprimebant, quæ scilicet: Mulier abscondens fermentum in farina. S. Ambrosius, XV, 1749; XVI, 498. — Mulier a decem et octo annis infirma. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126. — Mulier adultera. S. Isidorus Hispal., LXXXIII. — Mulier cui Christus resurgens dixit: Noli me tangere. S. Augustinus, XXXVIII, 1144, 1153. — Mulier ingressa domum Pharisæi. S. Ambrosius, XV, 1339. — Mulier patiens fluxum sanguinis. S. Ambrosius, XVI, 476; S. Augustinus, XXXIV, 821; XXXV, 1641. — Mulier Samaritana. Rupertus abbas, CLXX, 110. — Mulier ungens Christi caput et pedes. S. Ambrosius, XVI, 1110. — S. Augustinus, XXXVI, 171. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 938. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128. — Vidua æra duo mittens in gazophylacium. S. Ambrosius, XVI, 1043. — Zebedæi filiorum mater. Godefridus abbas, CLXXIV, 944.

PETRUS ET JUDAS Petrus personam gerit Ecclesiæ, quæ potestatem habet dimittendi et retinendi peccata et ab inferis homines reducendi; Judas vero damnandæ Babyloniæ portat imaginem. Cassiodorus, LXX 785. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

VIRI quatuor vel quinque mille saturati panibus, Eccle-

siæ sunt populi per quinque corporis sensibus et duobus Testamentis refecti, vel gentium Ecclesia quæ in quatuor partibus mundi extenditur et gratia recreatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120, 121.

III. — Figuræ quæ justos et virtutes designant.

JOANNES apostolus, vitæ typus contemplativæ, sicut activæ Petrus. Godefridus abbas, CLXXIV, 670.

JOSEPH, vir Mariæ, electos et animam in virtute continuo crescentem designat. Adamus Scotus, CXCVIII, 224, 310.

JUDEX INIQUUS innotescere facit quantam spem habere debeat qui Dominum indesinenter exposcit, cum etiam apud aures judicis iniqui valuerit frequens instantia viduæ deprecantis; ipsa quoque vidua signat Ecclesiam perseverantia sua petentem ultionem de diabolo vel de hæreticis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

LAZARUS in sepulcro tumulatus et a Christo suscitatus, figura peccatoris quem Christus ad vitam revocat. S. Augustinus, XXXVII, 1306; XXXVIII, 433. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 645.

MAGI de longinquo ad Christum venientes, et conversorum typus et primitiæ gentium. Godefridus abbas, CLXXIV, 677, 678.

MARIA, desponsata Joseph, animam figurat fidelem, matrem Jesu futuram. Godefridus abbas, CLXXIV, 639, 640.

MARIA ET MARTHA; prima contemplativam, secunda activam vitam et Ecclesiæ pastores exprimit. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 449, 877. — Rabanus Maurus, CX, 512. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 200. — S. Bernardus, CLXXXIII, 624; CLXXXIV, 1004.

PARALYTICUS designat animam vitiis dissolutam in corpore suo, quæ gratia Christi sanata confestim resurgit, lectum carnis ad domum virtutum reportat, nequaquam ultra ad vitia recurrens. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

PETRUS apostolus, ordinem prædicatorum, electos, præpositos et vitam activam significat. S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 600, 604, 607. — Godefridus abbas, CLXXIV, 670.

VIDUA MULIER, mittens duo minuta in gazophylacium, anima fidelis in thesauro cordis sui fructum servans dilectionis Dei et proximi. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127. — Viduæ Naim filius, quem Christus suscitat et matri reddit, peccatorum exhibet quem Christus sanat per gratiam et reddit Ecclesiæ. S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 128.

IV. — Figuræ Judæos et gentiles referentes.

CÆCUS a nativitate, missus ad Siloe fontem, genus humanum per aquas baptismi sanatum : — Cæcus et mutus dæmonium habens, eos qui ex idololatria ad fidem Dominicam convertuntur. — Cæcus sedens secus viam, populum gentilem qui per Christum fidei meruit claritatem. — Cæci duo juxta viam sedentes, utrumque populum per fidem Christo appropinquantem designant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119, 127, 128.

CENTURIO, indicat fidem gentium, quæ salutem sui filii infirmi humiliter petit; et filius ejus sicut et Chananææ mulieris filia, gentes signant quas licet corporaliter non visitet Christus, per fidem verbi salvat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.

DÆMONIACUS, a legione liberatus, gentilem populum exprimit cultui multorum dæmoniorum obnoxium. S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 119.

ELISABETH, typum tenet veteris legis, seu prophetiæ, sicut Zacharias maritus ejus veteris sacerdotii. Rabanus Maurus, CXI, 74.

EUNUCHUS Candacis reginæ, synagogam repræsentat. Rupertus abbas, CLXVII, 520.

HERODES ET PILATUS, amici facti propter Christum, designant utrosque populos divisos et per Christi passionem concordes inter se. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129.

HOMO manum habens aridam, synagoga misericordiæ operibus infructuosa. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120.

JOANNES BAPTISTA, qui interpretatur in quo est gratia Dei, et veterem et novam legem repræsentat. S. Petrus Damian., CXLIV, 331. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1061.

LATRONES DUO in cruce, utrumque designant populum, quorum unus blasphemat Christum in cruce pendentem, alter gentilis, Judæos increpat. S. Isidorus Hispal., LXXXII, 130. — Rupertus abbas, CLXVII, 1342.

LAZARUS PAUPER, populi figura gentilis, quem divinum adjutorium tanto magis erigit, quanto minus de suorum virium facultate confidit. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 341. — Rupertus abbas, CLXX, 315.

LAZARUS QUATRIDUANUS designat mundum qui quarta die mortis resuscitatur : prima dies, tracta ex Adam propago mortis; secunda, transgressio legis naturalis; tertia, prævaricatio datæ legis; quarta, contemptus Evangelicæ prædicationis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

LEPROSUS humanum indicat genus, delicti contagio maculosum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.

MAGI gentium populos designant, lucem fidei cognituros, indicantes sacramentorum muneribus Christum per thus esse Deum, per myrrham hominem passum et sepultum, per aurum regem omnium sæculorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARIA MAGDALENA, ut peccatrix, gentilitatem præfigurabat. Rupertus abbas, CLXIX, 650.

MATTHÆUS publicanus gentilis populi typum tenet. S. Petrus Chrysolog., LII, 285.

MULIER ADULTERA, synagogæ figura. Rupertus abbas, CLXVII, 845.

PHARISÆUS ET PUBLICANUS. Pharisæus orans in templo, Judæorum populus qui ex justificationibus legis extollit merita sua; Publicanus, populus gentilis confitens peccata, et propter humilitatem justificatus a Domino. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

PRINCEPS SACERDOTUM, scindens vestimenta sua, Hebræus populus, nudatus sacerdotio et evacuatus regno scisso. Illius servus, cujus amputatur auricula, Israeliticus populus propter incredulitatem servus effectus. Dexteram aurem amittit, dum ad sinistrum per intellectum litteræ transit, cui Dominus in his qui credunt auditum restaurat fidei. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129.

SAMARITANA MULIER, synagoga quam Christus hortatur lavacri percipere gratiam vel intelligentiam legis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

SIMON CYRENÆUS, cui gestandam crucem imposuerunt, populus gentium est, qui peregrinus in lege obediens efficitur in Evangelio. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129.

SIMON LEPROSUS, gentilis populus, qui est a Redemptore mundatus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

SOCRUS PETRI febricitans, indicat synagogam carnalibus desideriis accensam, cujus filia datur Petro regenda. S. Isidorus, LXXXIII, 118.

THOMAS INCREDULUS, Judæorum typus. Rupertus abbas, CLXX, 239.

ZACHÆUS, gentilis est populus, meritis pusillus, sed sublevatus, per lignum crucis, Christi mysterium contemplatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

V. Figuræ quæ ad hæreticos et impios spectant.

BARABBAS qui Judæis a Pilato dimittitur figurat Antichristum quem illi errantes meruerunt pro Christo suscipere. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129. — Rupertus abbas, CLXVII, 819.

CÆCI designant illos qui fidem quam credunt nequaquam intelligunt; CLAUDI illos qui impiere salutaria negligunt præcepta; MUTI hos qui fidem Christi non confitentur; SURDI autem illos qui non exhibent obedientiam præceptorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.

HERODES diabolum exprimit, vel gentes nomen Christi de mundo exstinguere cupientes, vel etiam regum luxuriam et superbiam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118. — Godefridus abbas, CLXXIV, 677. — S. Bernardus, CLXXXIV, 856. — Adamus Scotus, CXCVIII, 398.

HOMO manum habens aridam, designat animam operibus misericordiæ infructuosam; ille vero qui sæpe in ignem vel in aquam cadit, designat mundum qui semper arripitur igne cupiditatum et aqua voluptatum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120, 121.

HYDROPICUS figurat illos quos fluxus carnalium voluptatum exuberans aggravat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126.

JUDAS, diaboli ministerium dicitur, et novus est Absalon in patrem infensus. S. Hilarius, IX, 712, 838.

LAZARUS, amicus Christi mortuus, anima terrenis peccatis obruta. S. Augustinus, XL, 59. — Rupertus abbas, CLXVII, 1242; CLXX, 119. — Adamus Scotus, CXCVIII, 741.

LEPROSI decem, sunt hæretici qui diversitatem habent schismatum, et ideo mittuntur ad sacerdotes ut unitatis recipiant sacramentum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

PASTORES pecorum fugientes, principes impiorum, qui fidem fugientes, virtutes tamen stupentes prædicant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

PILATUS, typus omnium judicum qui damnaturi essent eos quos innoxios existimarent. S. Ambrosius, XV, 1828.

SCRIBA repudiatus, designat eos qui Christi fidem non propter Dominum, sed propter sæculi lucrum appetunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

Ampliora si lector optaverit, homiliarum et sermonum Indicem adeat, præsertim de Scripturis ; ibi alias figuras reperiet explanatas.

L.

INDEX EXEGETICUS

PARABOLARUM NOVI TESTAMENTI PRÆCIPUARUM, ORDINE RERUM ALPHABETICO SIMUL ET PATRUM CHRONOLOGICO DISPOSITUS, QUO SCILICET EXHIBENTUR VARIÆ ILLARUM EXPLANATIONES QUÆ IN PATROLOGIA LATINA REPERIUNTUR.

PROOEMIUM.

Parabolæ definitio. — Parabolæ sunt similitudines rerum quæ comparantur rebus de quibus agitur. Rufinus, XXI, 840. — S. Hieronymus, XXV, 161. — S. Augustinus, XXXV, 546; XXXVI, 852. — Salonius, LIII, 967, 968. — Cassiodorus, LXX, 623, 1277. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 38. — S. Isidorus Hispalensis, LXXXII, 239. — Rabanus Maurus, CVII, 939; CVIII, 723; CX, 694, 698. — S. Ivo Carnot., CXLII, 259, 290. — S. Bruno Carthus., CLII, 847, 1030. — S. Bruno Astens., CLXV, 191. — Rupertus abbas, CLXVIII, 614, 1553. — Petrus Lombardus, CXCI, 724.

Divisio. — Parabolæ Domini secundum similitudinem et dissimilitudinem sunt intelligendæ. S. Augustinus, XXXV, 1358. — Ven. Beda, XCII, 550, 551.

Utilitas. — Parabola proponit similitudines earum rerum quæ in conversatione humani generis frequentantur, ut auditor idoneus ad operandi studium comparationis magisterio informetur. S. Gaudentius, XX, 973. — S Hieronymus, XXVI, 132. — S. Augustinus, XL, 320. — S. Petrus Chrysologus, LII, 469. — Salonius, LIII, 968.

PARABOLA I. — Amicus petens noctu ab amico panes pro hospite. *Luc.* XI, 5.

Homo ille qui media nocte postulabat ab amico tres panes, similitudinem exprimit cujusque in media tribulatione Dominum postulantis, ut det ei necessaria. Eusebius Vercellens., XII, 598. — S. Ambrosius, XV, 1721, 1722. — S. Hieronymus, XXIX, 630. — S. Augustinus, XXXVIII, 618-620. — S. Petrus Chrysolog., LII, 543-545. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 125. — Ven. Beda, XCII, 473, 474, 519, 520. — Paulus diacon., XCV, 1339. — Smaragdus abbas, CII, 305 306. — Rabanus Maurus, CX, 224-226. — Haymo, CXVIII, 530-534. — Radulphus Ardens, CLV, 1902. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 149-152. — Thomas Cisterciens., CCVI, 658. — Joannes Algrinus, CCVI, 745. — Innocentius III, CCXVII, 427, 438.

PARABOLA II. — Dives epulo et Lazarus mendicus. *Luc.* XVI, 19.

Dives ille qui induebatur purpura et bysso, significat Judæorum superbiam, florentem quondam imperii claritate vel honoris excellentia; mendicus ulcerosus demonstrat gentilem populum, confessionibus peccatorum humiliatum; quinque fratres divitis illius qui apud inferos torquebatur, Judæi intelliguntur, qui sub quinque libris legis positi sunt. Tertullianus, I, 630. — S. Ambrosius, XV, 1768, 1771. — S. Hieronymus, XXIX, 639; XXX, 575. — S. Augustinus, XXXV, 1350; XLVI, 921, 923. — S. Petrus Chrysolog., LII, 529-532. — Victor Capuan., LXVIII, 308. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1301; LXXIX, 1222. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126. — Ven. Beda, XCII, 533; XCIV, 268. — Paulus diacon., XCV, 1362. — Smaragdus abbas, CII, 348-352. — Rabanus Maurus, CX, 294-297; CXI, 81. — Haymo, CXVIII, 589-593. — Radulphus Ardens, CLV, 1962. — S. Bruno Astens., CLXV, 422, 793. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 822. — Robertus Pullus, CLXXVI, 824, 825. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 337-340. — Thomas Cisterciens., CCVI, 855, 854.

PARABOLA III. — Dives sibi gratulans de divitis multis. *Luc.* XII, 16.

Dives ille cujus ager uberes fructus attulit, significat hominem luxuriis deditum, et abundantem peccatis quem immoderate plus amplius peccare desiderantem arguit Dominus dicens: Stulte, hac nocte auferunt animam tuam abs te; quæ parasti, cujus erunt? Tertullianus, I, 1161; II, 432. — S. Cyprianus, IV, 533. — Eusebius Vercellens., XII, 611, 612. — S. Hieronymus, XXV, 679; XXIX, 632, 633. — S. Petrus Chrysolog., LII, 490. — Victor Capuan., LXVIII, 307. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 1020. — Alulphus, LXXIX, 1214, 1215. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 125. — Ven. Beda, XCII, 491, 492. — Rupertus abbas, CLXVIII, 1518; CLXX, 323. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 574. — Hervæus monac., CLXXXI, 76. — Petrus Comestor, CXCVIII, 1799. — Petrus Cantor, CCV, 338.

PARABOLA IV. — Domus supra petram fundata. *Matth.* VII, 24; *Luc.* VI, 48.

Petra Christus est, auctor apostolorum. Domum autem quam dixit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est, Christo, domum nostram ædificemus; hoc est, corpus nostrum sanctificemus, ut cum flumina et ventus venerint, hoc est, impetus persecutionis et procellæ, impulsi non cadamus. Arena autem non aliud quam hæreses intelliguntur, quæ omni tempestate volvuntur. Super igitur hanc arenam, hoc est, hæresim, quicunque domum suam ædificaverit, stultus est; mox enim advenient flumina et venti, hoc est, impetus persecutionis, et illico cadet. S. Hieronymus, XXVI, 50. — Arnobius, LIII, 574. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118. — Rabanus Maurus, CXI, 75. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 329.

PARABOLA V. — Drachma perdita, quam cum mulier quærens invenerit, sibi suisque congratulatur. *Luc.* XV, 8.

Mulier, divina sapientia; decem drachmæ, novem ordines angelorum, cum adjunctione humanæ naturæ. Mulier enim decem drachmas habuit, cum Deus homines et angelos ad imaginem suam creavit; sed unam perdidit cum homo a similitudine Creatoris recessit; sed sapientia lucernam ad quærendum accendit, cum in carne apparuit; quia lucerna lux est in testa, id est Verbum in carne : quæ ubi inter homines claruit, domum evertit, quia conscientias hominum consideratione reatus sui perturbavit; et sic drachma reperitur, dum in homine similitudo Conditoris reparatur. Tertullianus, I, 1242; II, 993. — Eusebius Vercellens., XII, 635, 636. — S. Hieronymus, XXIX, 637. — S. Augustinus, XXXV, 1344. — S. Petrus Chrysologus, LII, 641, 643. — Victor Capuan., LXVIII, 302. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1216, 1249. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 121. — Ven. Beda, XCII, 521. — Smaragdus abbas, CII, 560, 561. — Rabanus Maurus, CXI, 77. — Haymo, CXVIII, 613, 615 — Hugo de

S. Victore, CLXXV, 820 — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 303. — Petrus Lombardus, CXCII, 757. — Philippus de Harveng, CCIII, 977. — Thomas Cisterciens., CCVI, 629. — Innocentius III, CCXVII, 645, 810.

PARABOLA VI — FERMENTUM IN FARINÆ SATIS TRIBUS MISSUM. *Matth.* XIII, 33; *Luc.* XIII, 21.

Mulier ista quæ fermentum accepit, et abscondit illud in satis tribus farinæ, donec fermentaretur totum, vel prædicatio est evangelica, vel Ecclesia quæ e diversis gentibus congregata est; hæc tulit fermentum, notitiam scilicet et intelligentiam Scripturarum, et abscondit illud in farinæ satis tribus, ut spiritus et anima et corpus in unum redacta, non discrepent inter se, sed cum duobus vel tribus convenerit, impetrarent a Patre quodcunque postulaverint.

Mulierem istam multi Ecclesiam interpretantur, quæ fidem hominis cum farinæ satis tribus commiscuerit, credulitati Patris et Filii et Spiritus sancti, eumque in unum fuerit fermentatum, non nos ad triplicem Deum, sed ad unius divinitatis perducunt notitiam. Farinæ quoque sata, dum non est in singulis diversa natura, ad unitatem trahunt substantiæ. S. Sixtus papa, V, 87. — S Hilarius, IX, 994. — Eusebius Vercell., XII, 227. — S. Ambrosius, XV, 1749, 1750; XVII, 628-630. — Juvencus Aquil., XIX, 214. — S. Hieronymus, XXVI, 91, 92; XXIX, 559, 635; XXX, 552. — S. Augustinus, XXXV, 1526; XXXVIII, 641. — S. Petrus Chrysologus, LII, 477, 479. — S. Maximus Taurin., LVII, 514. — Victor Capuan., LXVIII, 287. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120. — Ven. Beda, XCII, 67, 507. — Rabanus Maurus, CVII, 948, 949, 953; CXI, 76. — Walafridus Strab., CXIV, 133 — S. Paschasius Radbertus, CXX, 498. — S. Bruno Astens., CLXV, 191, 250. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 794. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 228-231.

PARABOLA VII. — FICULNEA INFRUGIFERA, QUÆ JUBETUR EXCIDI. *Luc.* XIII, 6.

Homo qui arborem fici in vinea sua plantavit, Christus est, qui Synagogam in Judaico populo condidit; quem cum Dominus quasi inutilem jussisset abscidi, fit illi a colonis apostolis fossa humilitatis, adhibetur stercus, id est, confessio peccatorum, sicque in novissimo credendo immutabitur in melius, dabitque fructus justitiæ copiosos. S. Hilarius, IX, 1037. — Eusebius Vercellens., XII, 621, 622. — S. Ambrosius, XV, 1741-1744. — Juvencus Aquil., XIX, 270. — S. Hieronymus, XXVI, 153; XXIX, 569, 634. — S. Augustinus, XXXVIII, 555-555, 638, 639. — S. Petrus Chrysolog., LII, 495. — Victor Capuan., LXVIII, 305, 316, 331. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 122-1229. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII. — Ven. Beda, XCII, 244, 503; XCIV, 315. — Druthmarus Christian., CVI, 1455-1435. — Rabanus Maurus, CVII, 1055, 1045; CXI, 80. — Haymo, CXVIII, 699. — Remigius Antissiod., CXXXI, 868. — S. Petrus Damian., CXLV, 1086. — S. Bruno Astens., CLXV, 245-247, 274, 401, 828, 1035. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 817. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 380, 383, 470.

PARABOLA VIII. — FILII DUO, UNUS POENITENS ET PATRI OBEDIENS, ALTER VERO FINGENS SE OBEDIRE. *Matth.* XXI, 28.

Duo hi filii ad operandam vineam duorum populorum typum demonstrant. Primus enim missus vocatur gentium populus per naturæ intelligentiam ad operis divini culturam: qui tamen spernens, contumax exstitit et sese iturum negavit. Adveniente autem Domino, priorem contumaciam sequenti emendavit obedientia. Secundus autem filius missus Judæus per legis cognitionem respondit: Omnia quæcunque dixerit nobis Dominus faciemus. Sed idcirco damnatur, quia non solum in confessione legis prævaricatus est, sed in ipsum Dominum vineæ parricidales manus extendit. S. Hilarius, IX, 1040. — Eusebius Vercellens., XII, 287. — S. Hieronymus, XXIX, 569; XXX, 557. — Victor Capuan., LXVIII, 317. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 122. — Venerab. Beda, XCII, 94. — Druthmarus Christian., CVI, 1456. — Rabanus Maurus, CVII, 1047; CXI, 78. — Haymo, CXVIII, 237, 238. — S. Bruno Astens., CLXV, 247, 794. — Rupertus abbas, CLXVII, 1565 — Hugo de S. Victore, CLXXV, 797. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 384.

PARABOLA IX. — FILIUS PRODIGUS. *Luc.* XV, 11.

Homo quidam, id est, Deus Pater. *Duos filios*, Judæos et gentes, quia Judæis prius data est lex. *Da mihi portionem*, id est, vitam præsentem. *Divisit substantiam*, id est, dedit libertatem arbitrii utroque populo. *Peregre profectus est*, id est, longe a Deo: *vivendo luxuriose*, id est, idolis adorando: *fame valida*, id est, de verbo Dei: *uni civium*, id est, philosopho: *in villa sua*, id est, in mundo: *pascere porcos*, id est, ut more pecorum vixit: *et de siliquis*, id est, implere ventrem, et non impinguescere: *porci*, id est, stulti. *Mercenarii patris mei*, id est, qui viliores sunt servi Dei: *panibus saturantur*, id est, doctrina. *Peccavi in cœlo*, ipsi dicunt hoc, qui diabolum patrem habent, qui peccavit in cœlo. *Misericordia motus*, id est, venit in carne: *ad servos suos*, id est, ad apostolos: *stola prima*, fides quam Adam perdidit: *annulum*, id est, crux in fronte: *calceamenta*, id est, Evangelium: *vitulum saginatum*, id est, Christus ex duabus legibus. *Mortuus erat*, id est, Adam: *revixit*, id est, per baptismum: *perierat*, id est, in desperatione: *inventus est*, id est, in spe. *Filius senior*, id est, Judæi: *in agro*, id est, immundo desiderio: *symphonia et chorus*, id est, prophetia et Evangelium, etc. Tertullianus, I, 1242. — Eusebius Vercell., XII, 637. — S. Ambrosius, XV, 1756-1760 — S. Hieronymus, XXIX, 637; XXX, 574. — S. Augustinus, XXXV, 1374. — S. Prosper Aquitan., LI, 393. — S. Petrus Chrysologus, LII, 197. — S. Maximus Taurin., LVII, 825. — Victor Capuan., LXVIII, 303. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 1066. — Alulfus, LXXIX, 1218. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126. — Ven. Beda, XCII, 522; XCIV, 535, 510. — Paulus Winfridus, XCV, 1257. — Haymo, CXVIII, 247-253. — S. Bruno Astens., CLXV, 414-420. — Godefridus abbas, CLXXIV, 201, 210. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 820. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 305-310.

PARABOLA X. — JUDEX INIQUUS ET VIDUA. *Luc.* XVIII, 2.

Judex ille iniquus, qui Dominum non timebat, assidue tamen deprecantem viduam exaudivit, similitudo est qua demonstratur quantam spem habere debeat qui Dominum indesinenter exposcit, cum etiam apud aures iniqui judicis valuerit frequens instantia viduæ deprecantis. Ipsa autem vidua significare potest Ecclesiam, perseverantia sua petentem ultionem de inimicis suis, id est, diabolo vel hæreticis, S. Hieronymus, XXIX, 640, 641. — S. Augustinus, XXXV, 1358. — Victor Capuanus, LXVIII, 316. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127. — Ven. Beda, XCII, 550; XCIV, 314. — Rabanus Maurus, CXI, 81. — Haymo, CXVIII, 696-698. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 383.

PARABOLA XI. — MARGARITA PRETIOSA. *Matth.* XIII, 45.

Bonæ margaritæ, quas quærit institor, lex et prophetæ sunt et notitia Veteris Instrumenti. Una autem est pretiosa margarita, scientia Salvatoris et sacramentum Passionis illius et resurrectionis arcanum; quem cum invenerit homo negotiator, omnia legis prophetarumque mysteria et observationes pristinas in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit et quasi quisquilias, ut Christum lucrifaciat; non quo inventio unius novæ margaritæ sit condemnatio veterum; sed quo comparatione ejus omnis alia gemma sit vilior. S. Cyprianus, IV, 608. — S. Hilarius, IX, 995. — Eusebius Vercell., XII, 229. — S. Hieronymus, XXVI, 95; XXIX, 559; XXX, 552. — S. Augustinus, XXXV, 1371. — S. Petrus Chrysolog., LII, 331. — S. Maximus Taurin., LVII, 528. — Victor Capuan, LXVIII, 288. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1115 — Ven. Beda, XCII, 69. — Druthmarus Christian., CVI, 1576. — Rabanus Maurus, CVII, 954. — Walafridus Strab., CXIV, 133. — Paschasius Radbertus, CXX, 501. — S. Bruno Astens., CLXV, 192, 1067, 1070. — Rupertus abbas, CLXVII, 1564. — Godefridus abbas, CLXXIV, 719. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 794. — S. Bernardus, CLXXXIII, 687. — S. Ogerius abbas, CLXXXIV, 1131-1133. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 235. — Joannes Algrinus, CCVI, 629. — Innocentius III, CCXVII, 799.

PARABOLA XII. — MNÆ DECEM IN SERVOS AD NEGOTIANDUM DISTRIBUTÆ. *Luc.* XIX, 12.

Servus qui mnam unam accipiens decem acquisivit, significat doctores qui, accepta gratia Evangelii, in decem verborum Decalogi prædicamentis bene usi sunt, et docendo multos in fide acquisierunt, idcirco, adveniente Domino, laudabuntur, quia lucrati sunt. Qui vero ex una quinque acquisivit, illos demonstrat qui mandatum Dei servantes, consequuntur scientiam legis in quinque libris Moysi scriptam, eamque docendo ad usum salutis necessarium fœnerantur. Qui vero mnam unam ipsam in sudario conservavit, ostendit eum qui creditum sibi gratiæ donum delicate otioseque tractavit, unde et recte amittit collatam gratiam, quia per negligentiam prædicare contempsit, ut ei augeretur quod laboravit. S. Hilarius,

IX, 1038-1061. — Luciferus Caralit., XIII, 975. — S Ambrosius, XV, 1792, 1794. — S. Hieronymus, XXIX, 642. — S. Augustinus, XXXV, 1359. — Victor Capuan., LXVIII, 337. — Alulfus, LXXIX, 1229. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127. — Ven. Beda, XCII, 562; XCIV, 472. — Smaragdus, CII, 540. — Druthmarus Christian., CVI, 1512, 1516. — Rabanus Maurus, CXI, 82. — S. Bruno Astiens., CLXV, 435, 438, 852, 1058. — Godefridus abbas, CLXXIV, 773, 780. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 485, 488.

PARABOLA XIII. — NUPTIÆ FILII REGIS, AD QUAS INVITATI VENIRE NEGLEXERUNT. *Matth.* XXII, 2; *Luc.* XIV, 16.

Prophetæ ex officio præfandi vocantur : Tertull., I, 378. —Prophetia aut ad scientiam audientium aut ad voluntatis innocentiam instituta est : S. Hilarius, IX, 395. Libri prophetici montes, quomodo, 655.—Prophetia est annuntiatio futuri : S. Ambrosius, XIV, 676. Veritas Dei ex prophetarum oraculis colligenda, 961. Prophetia quæ prima probatio est rationabilem esse fidem nostram, XVII, 157. — Prophetarum et apostolorum libri carent omni errore : S. Hieronymus, XXII, 957. Omnis prophetia visio dicitur, XXV, 928.—Propheta Dei nihil aliud est quam enuntiator verborum Dei hominibus, qui Deum vel non possunt, vel non merentur audire : S. Augustinus, XXXIV, 601. Prophetæ dicti sunt videntes, quia non corpore, sed spiritu futura videbant, XXXIII, 620. Prophetarum tria genera, XLII, 348. Prophetiæ lucerna ad viam demonstrandam accensa, XXXVII, 1854. Prophetia omni fidei, spei et caritati militat, XXXIV, 35. Quare non argumentationum concertationibus, sed propheticis vocibus traditum est populo Dei, quidquid ad Dei cognitionem aut ad probos mores pertinet, XLI, 602. Propheticus sermo ad confirmandam fidem efficacior, XXXVIII, 256. Prophetæ fundamenta civitatis supernæ, XXXVII, 1101. Fundamenta orbis terrarum, XXXVI, 150. Fundamenta et portæ Ecclesiæ, XXXVII, 1103. Lapides Sion, 1303. Lucernæ, XXXV, 1583. Montes, XXXVI, 1024; XXXVII, 1650 Nubes, XXXVI, 136.— Prophetia lucerna erat in tenebris ambulantibus : S. Prosper Aquitan., LI, 381. Prophetiæ auctoritas non humana est, sed divina, *id.*, 371.—De prophetia : Junilius, LXVIII, 17. — Prophetæ dicuntur institores : S. Gregorius Magnus, LXXVI, 69. Item dicuntur nubes, *id.*, 407. Et bases Ecclesiæ, *id.*, 458. Montes, *id.*, 668. Prophetis innituntur apostoli, quos illustrant, *id.*, 458. Unde dicatur prophetia, *id.*, 786. Ordo prophetiæ, *id.*, 788. Prophetæ cur doctores in sacra Scriptura quandoque dicantur, LXXVII, 30, 472. Prophetæ ministerium est occulta revelare, et futura prædicere, LXXIX, 290.—Duo eorum genera : Rabanus Maurus, CXII, 116. Sunt multa genera prophetandi, CXI, 985. Prophetia, quid, CIX, 611; CXVI, 195.— Prophetæ cur videntes dicti sunt : S. Bruno Herbipol., CXLII, 330.—Prophetarum munus : Lanfrancus, CL, 199.— Prophetiæ plurima genera : S. Bruno Carthusian., CLII, 639. Visio dicitur, CLIII, 434. Prophetæ dicuntur labia Dei, CLII, 1114. —Prophetæ dicuntur, ex eo quod præscire meruerint incarnationem Filii Dei : Rupertus abb., CLXVII, 369. Prophetæ videntes dicti, CLXIX, 1228. Prophetiæ tria sunt tempora, *id.*, 831.—Tria sunt genera prophetiæ : Hugo de S. Victore, CLXXV, 356. — Prophetæ nubes : Guerricus abb., CLXXXV, 16. — Prophetia cur in enumeratione gratiarum primum est donum : Petrus Lombardus, CXCI, 1500. Prophetæ qui dicantur, *id.*, 336.—Prophetiæ descriptio : Alanus de Insulis, CCX, 113; Petrus Pictav., CCXI, 830.

II.—*De divinitate vel inspiratione prophetiarum.*

Spiritu divino inundati erant prophetæ : Tertull., I, 378. In prophetis semper locutus est Christus, II, 328. Signaculum est omnium prophetarum, *id.*, 632.—Prophetarum dicta Dei verba sunt : S. Hilarius, X, 412. Prophetici sermonis auctor est divinus Spiritus, IX, 792.—In prophetis Dominus locutus est, et ideo errare non potuerunt : S. Ambrosius, XV, 1809. Non semper prophetabant, sed cum infunderet his gratiam spiritus prophetandi, *id.*, 1366. In excessu mentis positi prophetabant, repleti Dei Spiritu, XIV, 1059. Et quomodo, *id.*, 481. Prophetæ Spiritum accipiebant et Christum videbant, XVI, 815. — In animo prophetarum Deus loquebatur : S. Hieronymus, XXIV, 20. Deus locutus est in prophetis et in Evangeliis, XXV, 1222. Eloquium Dei ad eos intrinsecus est, *id.*, 1289. Unde oritur obscuritas prophetarum, *id.*, 1241. Prophetarum oracula a Deo sunt, non ab hominibus, XLI, 602. Prophetæ Spiritu sancto impleti, XLII, 644. Prophetæ vel a sapientia Dei, vel ab angelis edocentur, XLI, 319. Quando loquitur ex persona sua propheta, ipse Dominus loquitur per eum, XXXVI, 662. In illis Christus loquitur aliquando ex persona capitis, aliquando ex persona corporis, XXXVII, 1784. Prophetarum libri multi non recipiuntur ut canonici; quare, XLI, 598.— Inspirati quandoque prophetæ per angelos : S. Gregorius Magnus, LXXVI, 450. Quidam prophetæ ex spiritu suo loquentes, a Spiritu sancto correpti, seipsos reprehendunt, LXXVI, 793. Prophetæ veri a falsa discrimen, *id.*, 794. Sciendum est quia hi qui prophetiæ spiritu, per hoc quod aperte nonnunquam loquuntur de se, et nonnunquam sic de se verba tanquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta, sed Spiritus sanctus loquitur per prophetam, *id.*, 799. Prophetæ ex Dei persona loquuntur, *id.*, 873. Propheta verus, Dei verba, non sua loquitur, *id.*, 891. Prophetiæ spiritus non semper adest prophetis, LXXV, 597, 807; LXXVI, 792.—Prophetiæ spiritus non semper prophetarum mentibus præsto est : Alcuinus, CI, 465. — Prophetæ Spiritus sancti gratia pleni faciles et prompti in scribendo effecti : Rabanus Maurus, CXI, 1072.

III. — *De characteribus seu formis prophetiarum.*

Futura interdum pro jam transactis enuntiant prophetæ : Tertull., II, 326. Multa figurate per allegorias, per ænigmata et parabolas scripserunt, *ibid.* An omnia per imagines concionati sint; *id.*, 821. Non semper nec omnes habent allegoricam formam, *id.*, 822.—Quædam futura ex præterito locuti sunt : S. Hilarius, IX, 665. Prophetia pro gerendis gesta memorat, *id.*, 403, 686. Propheticus licet communi usu humani sermonis utatur, tamen non eamdem quæ communi sensui adjacet significantiam continet, *id.*, 645. Prophetis futura pro præsentibus erant, XIV, 1000; XV, 1318, 1370. Quæ ventura sunt eis tanquam præsentia spiritu revelantur, XIV, 725; XVI, 551.— Prophetæ futura dicunt, et Scripturas revelant : S. Ambrosius, XVII, 249, 254.—Intelligebant quæ dicebant, neque in ecstasi loquebantur : S. Hieronymus, XXIV, 19. In prophetis omnia plena sunt ænigmatum, *id.*, 629. Prophetæ intellexerunt, quæ locuti sunt de Christo, sed non sicut apostoli, *id.*, 1274. In prophetis minoribus admiranda brevitas, et magnitudo sensuum, XXVI, 602. Obscuritas prophetiæ et difficultas explanationis, XXV, 946. Prophetiæ spiritus etiam per malos homines futura prædicit, XXXV, 1757. Prophetiæ donum etiam malis concessum, XXXVII, 1343. Dari potest reprobato et invido et ingrato, XL, 138. Quænam certior prophetia, *id.*, 129, 130. Prophetæ veri quomodo a falsis dignoscebantur, XLI, 601, 602. Prophetæ et vates quomodo futura prædixerunt, XXXIV, 1059. Varii modi quibus prophetiæ spiritus afficit prophetas, XL, 129, 130. Prophetæ mala interdum quasi optando prædicant, XXXVI, 328. Prophetæ figura imprecantis solent futura prædicere, sicut figura præteriti temporis ea quæ ventura erant, sæpe cecinerunt, XXXIV, 1265. Quare plerumque futura sic

pronuntiant, tanquam sint præterita, XXXVI, 75, 485. Prophetas et de Christo prænuntiasse asseritur, XLII, 251. Christum annuntiabant pleni Christo, XXXVII, 1845. Prophetæ Christum prænuntiaverunt ut Deum et hominem, XXXIII, 522. Libri prophetici, Christo non intellecto, insipidi et fatui, XXXV, 1459. Prophetia de Christo non defuit omnibus temporibus superioribus, *ibid.* Prophetia omnis de Christo, ad omnes gentes pertinebat, *id.*, 1462, 1463. Nunc ad Jerusalem cœlestem, nunc ad terrenam, nunc ad utramque illorum oracula pertinent, XLI, 525. — Prophetæ futura ut præterita locuti : S. Leo Magnus, LIV, 368. — Prophetando promiserunt Christum, et rebus et verbis, sancti Veteris Testamenti : S. Gregorius Magn., LXXV, 521. Prophetæ multa dicunt prædicentis studio, non maledicentis voto, LXXVI, 347. Quot modis prophetæ tanguntur spiritu prophetiæ, *id.*, 788. Prophetæ verbum quod foris proferunt, conjungunt verbo quod intus audiunt, *id.*, 796. Cur de se, tanquam de aliis, aliquando prophetæ loquantur, *id.*, 799. Multa simul vident prophetæ, quæ successive narrare coguntur, *id.*, 833, 856. Prophetia non solum de futuris, sed et de præteritis enuntiat, LXXV, 671. — Prophetæ quatuor majores quid tractent : Rabanus Maurus, CXI, 112, 113. — Prophetæ sæpe præteritum pro futuro ponunt : S. Bruno episc., CXLII, 183. Prophetæ de futuris quasi de præsentibus et futuris loquuntur, CLII, 639.—Prophetarum dicta omnia testimonia sunt de Christo : Rupertus abb., CLXVII, 1179. Prophetarum dicta ante Christum obscura erant, *id.*, 712.

IV.—*De prophetis, et de eorum vita.*

Prophetæ, viri justitia et innocentia digni : Tertull., I, 378. Semper passi sunt in sæculo propter divinam religionem, II, 636.—Nec insani fuerunt, nec fallaces : Lactant., VI, 128.—Secundum Evangelium vita prophetarum est : S. Ambrosius, XV, 1598. Prophetarum fides quomodo potest ostendi, XLII, 285, 290. Prophetæ an bene vel male vixerint, unde dijudicandum, *id.*, 280. Prophetas ante Christum fuisse male negatur, *id.*, 643, 648. Prophetarum tempus unde sumit exordium, XLI, 523. Prophetæ floruerunt maxime quando Romanum regnum cœpit, Assyriumque defecit; quare, *id.*, 584. Prophetas habuit populus Israel usque ad Darii tempus, *id.*, 583, 584. Non habuit post instaurationem templi, *id.*, 606. Prophetæ antiquiores sunt philosophis gentilibus, *id.*, 596, 597. Posteriores poetis theologis, *id.*, 597. Prophetæ non fuerunt fures et latrones, XXXV, 1720. Quinam prophetæ latrones et fures censendi, XLII, 322. Prophetæ multi fuerunt, paucorum tamen scripta retinentur, XLI, 583. Prophetæ majores et minores unde dicti, *ibid.* Prophetæ quidam propter brevitatem voluminum suorum appellantur minores, XXXIV, 927. Prophetæ omnes infra Joannem. XXXVIII, 1302.—Non omnes prophetæ sanctitatis meritum attingunt : S. Gregorius Magnus, LXXVI, 399. Prophetæ stellæ fuerunt pluviam generantes, *id.*, 405. Prophetæ plus quam Moyses divinam scientiam apprehenderunt, *id.*, 980.

V. — *De præcipuis objectis prophetiarum.*

1° De Maria Virgine Matre Chisti.

Virga ex radice, Maria ex David : Tertull., II, 788. — Pulchra in figura Ecclesiæ de Maria prophetata sunt : S. Ambrosius, XVI, 326. Per mulierem in hoc loco beatam Mariam possumus intelligere, XVII, 876. Per portam orientalem beata et gloriosa Virgo Maria figuratur. *id.*, 948. — Quod clausum est, atque signatum, similitudinem habet Matris Domini, matris et virginis : Hieronymus, XXIII, 254. Loquatur Isaias spei nostræ fideique mysterium : *Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium* etc., *id.*, 254. Pulchre quidam portam clausam, per quam solus Dominus Deus Israel ingreditur, et dux cui porta clausa est, Mariam Virginem intelligunt, quæ et ante partum, et post partum Virgo permansit. XXV. 430. — De nato Christo ex Virgine : S. Prosper Aquitanus, LI, 819. — In qua virga non dubie beata Virgo Maria prædicta est : S. Leo Magnus, LIV, 204. — Isaiæ vaticinium quod virgo paritura esset filium, cujus nomen Emmanuel, in Maria impletum est : S. Maximus Taurin, LVII, 235. —Virga erat Maria, nitida, subtilis et virgo, quæ Christum veluti florem integritate sui corporis germinavit. 310. — Manna etiam eodem sensu dicitur, quia splendida, suavis et virgo; quæ velut cœlitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum melle dulciorem defluxit, *id.*, 330.—Non dubium est Jesseicæ radicis virgam, beatam videlicet Mariam, naturæ suæ germen, id est Dominum Jesum Christum, ex suæ carnis materia protulisse : Vigilius Tapsensis, LXII, 113. — Potest hortus conclusus Maria Mater Domini intelligi : S. Justus Urgell., LXVII, 978. — Vaticinium Isaiæ de virgine paritura in Maria impletum : Beda, XCIV, 32. Quidam hoc quod dictum *Inimicitias ponam* etc. de Virgine in qua natus est Deus intelligunt, *id.*, XCI, 215. — Aliquot prophetarum oraculis probatur virginitatem summam oportere cum maternitatis gloria copulari : S Hildefonsus Toletanus, XCVI, 61. — Quidam hoc quod dictum est : *Inimicitias ponam inter te et mulierem*, de Virgine, de qua Dominus natus est, intellexerunt : Wicbodus, XCVI, 1161; Rabanus Maurus, CVII, 496. — Mulier amicta sole beata Virgo Maria est : Alcuinus, C, 1152. — Pulchre quidam portam clausam per quam solus Dominus Deus Israel ingreditur, et dux cui porta clausa est Mariam Virginem intelligunt : Rabanus Maurus, CX, 1003.—Cantatur psalmus tricesimus quartus de festo beatæ Mariæ Virginis, quæ ad Mariam specialiter referri possunt : Walafridus Strabus, CXIII, 911. — Ut sub occasione misericordiæ qua populum liberabat obsessum, Filium suum nuntiaret de Virgine nasciturum : Haymo Halberstad. CXVI, 758. — Quando dicitur dabit Dominus ipse vobis signum, novum debet esse, atque mirabile. Sin autem juvencula, ut Judæi volunt, et non virgo pariet, quale signum poterit appellari, *id.*, 761. Ergo iste puer qui nascitur ex virgine, o domus David, nunc a te appelletur Emmanuel, *id.*, 762. — Virga de radice Jesse egressa est, quia Virgo Maria ex propagine David orta est : Haymo Haberstat., CXVI, 779. — Secundum vaticinium sanctissimi prophetæ illius, virgo quædam erat conceptura, et paritura filium, et hæc virgo fuit bona Maria : Goffridus abbas, CLVII, 244. Hæc porta templi, et templum Domini est Maria beatissima et incomparabilis Virgo, de cujus utero ad nos venit Dei Patris imago, *ibid.*, 248. — Illa sanctissima terra dedit fructum suum, Virgo videlicet Maria, quem, angelo nuntiante, fide et dilectione concepit, *ibid.*, 249. — Honorabilis et prædicabilis femina, digna Deo Virgo Maria domus Domini appellatur, in qua porta orientalis clausa semper esse perhibetur, *ibid*, 250. — De Maria multis sæculis ante ortum ejus vel conceptum, Isaiam Spiritu sancto afflatum dixisse constat : *Egredietur virga de radice Jesse*, etc. : S. Anselmus, CLIX, 301.—Hæc virga quæ talem ex se protulit florem, nullo dissentiente, Virgo Maria fuit, *ibid.* — Multæ sunt filiæ regum, sed regina una est, per quam beatam Virginem Mariam intelligimus : S. Bruno Signiensis, CLXIV, 857. — *Audi, filia, et vide*, etc. Quamvis hoc de tota catholica et universali Ecclesia convenienter intelligi possit, ego tamen de beata Virgine Maria singulariter exponam, *id.* 858. — Non incongrue Virgo Maria civitas Dei appelletur, *id.*, CLXV, 1021.—Virgo Maria merito filia Jerusalem vocatur, *ibid.* Significabat, quod hæc gloriosa virgo, quæ secundum Isaiam fuit virga de radice Jesse, genuit florem, id est Christum, *id.*, 1022 — Virgo Maria figurata per hortum in quo varii flores virtutum erant, *ibid.*, *Femina circumdabit virum*, id est Virgo Maria portabit in utero Christum, quem totus mundus capere non potest, *ibid.* — Vidi portam in domo Domini clausam, quam Dominus intravit et exivit, et clausam reliquit quia virgo ante et post partum, *ibid.* — Dictis propheticis confirmabatur domus David quod Deus promiserat et juraverat David, Christum de semine ejus nasci, ut ibidem eum inter cætera dicit : *Ecce virgo concipiet*, etc. : Rupertus abbas, CLXVIII, 539. — Hortus conclusus es, o Dei Genitrix, *id.*, 896. — Ecce prophetia et figura. Jesse fuit pater David; radix Jesse familia Judæorum. Virga est Maria, flos Filius ejus : Hildebertus Cenom., CLXXI, 392. — Similiter virga Aaron quæ sine semine produxit nuces, signat Mariam, quæ sine semine genuit Christum, *id.*, 393. — De hac porta Virginis dixit Dominus ad Ezechielem : *Porta hæc quam vides, clausa erit, et non aperietur*, *ibid.* — Maria vocatur amica in Cantico cant., quia portavit Patris secreta : Honorius Augustod., CLXXII, 501. *Vinea nostra floruit*, id est Maria Christum peperit, in Cant. cant. : Honorius Augustodun. CLXXII, 503. — Laus Filii de Matre, *id.*, 505. — Sequuntur verba Virginis, Christum in se venire optantis : Cant. cant., *id.* 508. — Sequitur laus Ecclesiæ conversæ de Judæis admirantis gloriam Virginis, *id.* 515. — Virginis promissio : Cant. cant., *id.* 516. — Christus ad fideles de Virgine Matre ejus : Cant. Cant., *ibid* — Ezechiel quoque portam semper clausam vidit per quam solus Rex regum transivit et clausam reliquit (*Ezech.*, XLIV).— Sancta Maria est cœli porta quæ ante partum et in partu Virgo fuit et post partum Virgo permansit : Honorius August., CLXXII, 905. — Recte conceptio et partus Virginis vocatur *signum*, quæ sic mater affecta est ut virginitatis non amitteret sigillum : Herveus Burgidol., CLXXXI, 99. *Et egredietur virga de radice Jesse* : Virga Maria, flos Mariæ Christus, *id.*, 140. — Hujus magni miraculi majus mysterium Isaias edisserit, dicens :

Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet (*Isaia* XI, 1) : S. Bernardus abb., CLXXXIII, 63. In hoc tamen Isaiæ testimonio, florem Filium, virgam intellige Matrem, *id.*, 64. — Huic quoque Gedeonico facto propheticum dictum pulchre satis convenire videtur, ubi legitur : *Descendet sicut pluvia in vellus, ibid.* — Audiamus et Jeremiam nova veteribus vaticinantem : *Femina circumdabit virum* (*Jerem.* XXXI, 22). Quæ est hæc femina ? Quis vero iste vir ? *ibid.* — Sed vide si non etiam hanc Jeremiæ novitatem Isaias lucidissime aperit, qui et novos superius Aaronicos flores exposuit : *Ecce*, inquit, *virgo concipiet et pariet filium, id.*, 66.—De beatæ Virginis Mariæ integra et perfecta pulchritudine : *Tota pulchra es*, etc. (*Cant.* IV) : Richardus a S. Victore, CXCVI, 482. — Porta quoque sancta et perpetua, virgo est, ut in eodem dictum invenitur Ezechiele, quia *porta hæc clausa erit et non aperietur* (Ezech. XLIV, 2) : Adamus Præmonst., CXCVIII, 186. — Unde cum canticum amoris, scilicet epithalamium Salomonis, specialiter et spiritualiter ad Ecclesiam referatur, tamen specialissime et spiritualissime ad gloriosam Virginem reducitur : Alanus de Insulis, CCX, 53.

2° De Christo Domino nostro.

De nato Christi ex Virgine, Isaias propheta : *Ecce*, ait, *virgo in utero accipiet et pariet filium, et vocabitis nomen ejus Emmanuel* (*Isa.* VII, 14) : S. Hieronymus, XXIV, 102 ; S. Prosper Aquitanus, LI, 819 ; Haymo Halberstat, CXVI, 761 ; Rupertus abb., Tuit., CLXVII, 1304 ; Herveus Burgidol., CLXXXI, 99.

De nato Christo ex femina, Jeremias propheta : *Femina*, inquit, *circumdabit virum*, (*Jerem.* XXXI, 22). ; S. Hieronymus, XXIV, 880 ; Rabanus Maurus, CXI, 1039.

De Christo in præsepi posito, Isaias propheta : *Agnovit*, ait, *bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui* (*Isa* I. 3) ; S. Prosper Aquitanus, LI, 820. — Et Habacuc : *In medio*, inquit, *duum animalium cognosceris* (*Habacuc* III, 2, sec., LXX) : S. Hieronymus, XXV, 1309; S. Prosper Aquitanus, LI, 820.

De Christo a Magis adorato, David dixit : *Reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent* (*Psal.* LXXI, 10) : Rufinus, XXI, 939; S. Hieronymus. XXVI, 1029; S. Prosper Aquit., LI, 820; Beda Ven., XCII, 865; Petrus Lombardus, CXCI, 663. — Item Isaias : *Omnes a Saba venient, ferentes aurum, thus et lapidem pretiosum*, etc., (*Isa.* LX, 6); S. Prosper Aquit., LI, 820.

De fuga in Ægyptum, Osea propheta : *Ex Ægypto vocavi Filium meum* (*Osee* XI, 1) : Rufinus XXI, 1016; S. Hieronymus XXV, 915; S. Prosper Aquit., LI, 821 ; S. P. Chrysolog., LII, 602; Haymo Halberstat, CXVII, 79 ; Rupertus abbas, CLXVIII, 170 *et seqq.*, et Isaias : *Ecce Dominus ascendet supra nubem levem*, et *ingredietur Ægyptum*, et *movebuntur simulacra Ægypti a facie ejus*, etc., (*Isa.* XIX, 1); S. Hieronym., XXIV, 181, 250; Haymo Halberstat., CXVI, 807.

De miraculis Christi, Isaias propheta : *Ecce*, ait, *Deus noster retribuet judicium, ipse veniet, et salvos nos faciet. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient*, etc., (*Isa.* XXXV, 4) : S. Hieronym., XVIV, 376; S. Prosper Aquit , LI, 822; Haymo Halberstat., CXVI, 894.

De Christo, quod mare pedibus ambulavit, David propheta : *In mari est via tua et semitæ tuæ in aquis multis* (*Psal.* LXXVI, 20) : S. Augustinus, XXXVI, 981 ; S. Prosper Aquit., LI, 823 ; Cassiodorus, LXX, 553; S. Bruno Signiens., CLXIV, 994; Petrus Lombardus, CXCI, 720.— Dicit et Habacuc : *Dispergens aquas itineris, dedit abyssus vocem suam* (*Habacuc* III, 10); S. Prosper Aquit., LI, 823.

De Jesu, quod portatus asello est, Zacharias propheta : *Dicite*, ait, *filiæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi justus et salvans ; ipse mansuetus, sedens subjugalem asinam et pullum novellum* (*Zachar.*, IX, 9) : S. Hieronym., XXV, 1483; S. Prosper Aquitan., LI, 823; Haymo Halberstat., CXVII, 250; Rupertus abb., CLXVIII, 769.

De contumeliis in Jesum, de corona spinea, ejus cruce et vulneribus. Per Isaiam prophetam : *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus*, etc. (*Isa.* L, 6) : S. Hieronym., XXIV, 477, 478; S. Prosper Aquitan., LI, 825; Haymo Halberstat., CXVI, 973; Herveus Burgidol., CLXXXI, 471. — Et Jeremias dicit : *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis* (*Thren.* III, 30) ; S. Prosper Aquitan., LI, 825. — David ipse dicit : *Conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina* (*Psal.*, XXXI, 4), *ibid.* — *Foderunt manus meas et pedes meos ; dinumeraverunt omnia ossa mea* (*Ps.*, XXI, 17) : Rufinus, XXI, 723; S. Augustinus, XXXI, 175; S. Prosper Aquitan., LI, 825; Arnobius Junior., LIII, 353; Cassiodorus, LXX, 159; Beda Ven., CXIII, 595; Haymo Halberstat., CXVI, 266; S. Bruno Carthus., CLII, 722; S. Bruno Signiens., CLXIV, 768; Petrus Lombardus, CXCI, 234; Gerhohus Reichersp., CXCIII, 1012. — Isaias propheta : *Sicut ovis*, ait, *ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum* (*Isa.*, LIII, 7) : S. Hieronym., XXIV, 508, 509; S. Prosper Aquit., LI, 825; Haymo Halberstat., CXVI, 990; Rupertus abbas, CLXVII, 1338; Herveus Burgidol., CLXXXI, 493, 494. —Jeremias dicit : *Mittamus lignum in panem ejus* (*Jer.*, XI, 19) : S. Hieronym., XXIV, 756; S. Prosper Aquit., LI, 825.

Quod Christus in medio latronum sit crucifixus. *Inter sceleratos*, inquit, *deputatus est, qui peccatum non fecit, cujus livore sanati sumus omnes* (*Isa.*, LIII, 12) : S. Hieronym., XXIV, 512; S. Prosper Aquitan., LI, 826; Haymo Halberstat., CXVI, 994; Rupertus abbas, CLXVII, 1359; Herveus Burgidol., CLXXXI, 496.

Quod vestimenta ejus divisa, et sortem super tunicam ejus miserunt. Per David prophetam : *Ipsi diviserunt sibi*, ait, *vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem* (*Ps.* XXI, 19) : Rufinus, XXI, 725; S. Augustinus, XXXVI, 176; S. Prosper Aquitan., LI, 826; Cassiodorus, LXX, 161; Haymo Halberst., CXVI, 266; Petrus Lombardus, CXCI, 235; Gerhohus Reichersp., CXCIII, 1024.

De Christo, qui felle et aceto potatus est. Per David prophetam : *Dederunt*, ait, *in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* (*Psal.* LXVIII, 22) : S. Hilarius, IX, 481; Rufinus, XXI, 927; S. Augustinus, XXXVI, 858, S. Prosper Aquitan., LI, 826; Cassiodorus, LXX, 486; Haymo Halberstat., CXVI, 425; Remigius Autissiod., CXXXI, 498; S. Bruno Herbipol., CXLII, 261 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 959; Petrus Lombardus, CXCI, 636.

Quod in Christi passione sol lunaque obscurati sunt. Joel propheta : *Ante faciem ejus*, ait. *confundetur terra et movebitur cœlum, sol et luna contenebrescent*, etc. (*Joel* II. 10) ; S. Prosper Aquitan., LI, 827.

De sepultura Christi Domini et ejus resurrectione, David propheta : *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber, et sicut vulnerati dormientes projecti in monumentis* (*Psal.* LXXXVII, 5, 6) : S. Augustinus, LXXXVII, 1111, 1112; S. Prosper Aquitan., LI, 827; Cassiodorus, LXX, 624; Haymo Halberstat., CXVI, 493; S. Bruno Carthus., CLII, 1100; S Bruno Signiens , CLXIV, 1036; Odo Astens., CLXV, 1248; Petrus Lombardus, CXCI, 812, et alibi ; *Non derelinques*, ait, *animam meam apud inferos, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem* (*Psal.* XV, 10) : Rufinus, XXI, 698 ; S. Augustinus, XXXVI, 145; S. Prosper. Aquitan., LI, 827; S. Bruno Carthus., CLII, 691 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 742; Petrus Lombardus, CXCI, 175.

Osee propheta dicit : *Vivificavit nos post duos dies : in die tertia suscitabit nos*, etc. (Osee VI, 3) : S. Prosper Aquitan., LI, 828.

De ascensione Christi in cœlum, David propheta dicit : *Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem*, etc., (*Psal.* LXVII, 19) : Rufinus, XXI, 917; S. Prosper Aquitan., LI, 829; Cassiodorus, LXX, 469; S. Bruno Signiens., CLXIV, 948; Petrus Lombardus, CXCI, 611. Et alibi : *Ascendit super cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum* (*Psal.* XVII, 11) : Rufinus, XXI, 704; S. Prosper Aquitan., LI. 829; Cassiodorus. LXX, 126; Haymo Halberstat., CXVI, 247; Petrus Lombardus, CXCI, 190.

De secundo adventu Filii hominis, David propheta dicit : *Deus manifestus veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis ante eum ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida* (*Psal.* XLIX, 3) : Rufinus, XXI, 844 ; S. Augustinus, XXXVI, 569; S. Prosper Aquitan., LI, 849; Cassiodorus, LXX, 349; Haymo Halberstat., CXVI, 363; S. Bruno Carthus., CLII, 854; S. Bruno Signiens., CLXIV, 874; Petrus Lombardus, CXCI, 476.

3° De Ecclesia.

Hanc sponsam Christus sibi etiam per Salomonem ex vocatione gentium accersit. Siquidem legisti (*Cant.* IV, 8) : *Veni, Sponsa, de Libano* : Tertull., II, 382. — Quod Ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentibus, quam quot Synagoga ante habuisset : S. Cyprianus, IV, 688 — Quam Ecclesiam etiam in Cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit : *Una est columba mea, perfecta mea*, etc. (*Cant.* VI, 9) : S. Cyprianus, IV, 500. — Hanc domum designat et denuntiat Spiritus sanctus in *Psalmis* dicens : *Deus qui inhabitare facit unanimes in domo* (*Psal.* LXVII, 7), *id.*, 506. — Montem hunc ejusque nomen atque etiam urbis ipsius, Ecclesiam quæ corpus est Christi suscepatam semper accepimus. Domino in Psalmis dicente : Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion, etc. : S.

Hilarius, IX, 414. — *Mons Sion, latera aquilonis, civitas Regis magni*, etc. Cur sit exsultatio universæ terræ, evidenter expressit; quoniam Dominus Jesus Ecclesiam sibi ex peccatoribus congregavit : S. Ambrosius, XIV, 1147. — In quibus est Ecclesia Domini, quæ est civitas Regis magni, *id.*, 1148. — *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ* (*Psal.* XXXV). — Domus ergo Ecclesia est : S. Ambrosius, XIV, 962. — *Et signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole*, etc. Hæc mulier Ecclesiam designat : S. Ambrosius, XVII, 875. — *Et civitatem sanctam Jerusalem vidi descendentem de cœlo a Deo*, etc. Civitas Jerusalem Ecclesia est ex omnibus justis constructa, *id.*, 957. — Prophetæ disposuerunt, apostoli fundamenta Ecclesiæ jecerunt, *id.*, 380. — *Tu conteres caput illius*, etc. — Mulier Ecclesia, serpens diabolus : S. Hieronymus, XXVI, 840.— Vox Ecclesiæ contra hæreticos (*Psal.* X), *id.*, 845. — Psalmus XXII continet vocem Ecclesiæ collaudantis Christum : XXVI, 881. — Psalmus XXIII continet interdum vocem Prophetæ de Ecclesia loquentis, *id.*, 886. — Psalmus XXIV interdum habet Ecclesiæ supplicantis vocem, *id.*, 889. — *Astitit regina a dextris tuis.* Ipsi nunc Ecclesiæ Propheta loquitur : S. Hieronymus, XXVI, 959. — Deus Pater dedit Filium suum in Sion : hoc est in sanctam Ecclesiam, *id.*, 979. — *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*, et tamen ipsam civitatem Ecclesiam intelligimus de gentibus congregatam, *id.*, 1081. — Propheta loquitur ad Ecclesiam, et dicit ei : *Sicut lætantium omnium habitatio est in te, id.*, 1084. — Psalmus, *Lauda Jerusalem Dominum*, ad Ecclesiam refertur, *id.*, 1257. — *Lætare sterilis quæ non paris*, etc. (*Isa.* LIV, 1). Sterilis Ecclesia, sine viro Christo : XXVI, 391; XXIV, 515. — *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium*, quod intelligitur de Ecclesia Christi, *id.*, XXIV, 43. — Commotis ergo gentibus venerunt electa omnium gentium, et repleta est gloria domus Domini, quæ est Ecclesia Dei viventis, etc., *id.*, XXV, 1101. — *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis tuis, Filia principis* (*Cant.* VII). Filia principis sancta Ecclesia dicitur, quia prædicatione Christi in vitam novam regeneratur, *id.*, 533. — *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* (*Cant.* VIII, 5.) Sancta Ecclesia de deserto ascendit, quia in exsilio hujus peregrinationis posita, ad cœlestia gaudia mente et cogitationibus tendit, *id.*, LXXIX, 540. — *Soror nostra parvula est, et ubera non habet* (*Cant.* VIII, 8). Sororem Christus Ecclesiam vocat, quia de ipsis apostolis dicebat : *Ite, dicite, fratribus meis* (*Matth.* XXVIII, 10). Soror autem parvula, ubera non habebat, quando in solis apostolis Ecclesia erat, *id.*, 543. — *Mulierem fortem quis inveniet? Procul, et de ultimis finibus pretium ejus.* Mulier fortis Ecclesia catholica vocatur : Beda Ven., XCI, 1039, *seqq.* — Cantica canticorum ad Ecclesiam referuntur, *id.*, 1087. *seqq.* — *Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus* (*Apoc.* XII). Ecclesia Christi lumine cincta, gloriam calcat temporalem, *id.*, XCIII, 165. — *In capite ejus corona stellarum duodecim.* Duodenario apostolorum numero caput ornatur Ecclesia, *id.*, 166. — *Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni* (*Apoc.* XXI). Sponsam et uxorem dicit Ecclesiam, quæ, immaculata permanens, spirituales semper Deo filios generat, *id.*, 195. — Caput XII Apocalypsis ad Ecclesiam refertur : Alcuinus, C, 1152. — *Ipsa conteret caput tuum* (*Gen.*). Mulier conteret caput serpentis, cum Ecclesia sancta insidias diaboli, et suasiones venenosas in ipso mox initio deprehensas abigit, etc. : Rabanus Maurus, CVII, 495. — *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium* (*Isa.* II). Iste quippe mons, mons domus Domini est, id est Ecclesiæ, quæ est domus Domini supra Christum fundata : Haymo Halberstat., CXVI, 729. — *Consurge, induere fortitudinem tuam, Sion : induere vestimentis gloriæ tuæ, Jerusalem civitas sancta* (*Isa.* LII). Potest et ad præsentem etiam referri Jerusalem, id est Ecclesiam : *id.*, 982.— *Lauda, sterilis, quæ non paris*, etc. (*Isa.* LIV). Potest etiam Ecclesia, quæ in Judæis deserta erat, sterilis appellari, quia Domino adveniente filios ejus non pariebat, *id.*, 993. — *Et veniet Desideratus cunctis gentibus, et implebo domum istam gloria* (*Agg.* II). Postquam ergo Christus venit, impleta est domus Domini, id est Ecclesia, quæ est domus Dei de vivis lapidibus ædificata, *id.*, CXVII, 217. Prophetia de constitutione sanctæ Ecclesiæ, quæ tam ex Judæis quam ex gentibus constat. *id.* 248.— Salomon composuit hunc libellum (*Cant.*) de nuptiis Christi et Ecclesiæ, *id.*, 295.—Sancta Ecclesia designatur per cœlum, similiter et per mulierem (*Apoc.* XII) : *id.*, 1089.— Vel certe per nubem candidam Ecclesia intelligitur (*Apoc.* XIV), *id.*, 1111. — *Mulierem* (*Gen.* III) hic Ecclesiam Quæ ab Isaia de Ecclesia sint prædicta : S. Augustinus LXI, 585, 586. Quorum Aggæus Christum et Ecclesiam hac apertius brevitate prophetat : *Adhuc unum modicum et ego commovebo cœlum, et terram, et mare, et aridam*, etc., *id.*, 595. Zacharias de Christo et Ecclesia : *Exsulta*, inquit, *filia Sion; jubila, filia Jerusalem; ecce Rex tuus veniet tibi*, etc., *id.*, 594. Malachias prophetans Ecclesiam quam per Christum cernimus propagatam, Judæis apertissime dicit ex persona Dei : *Non est mihi voluntas in vobis*, etc., *id.*, 594. De prophetia Danielis et Ezechielis quæ in Christum Ecclesiamque concordat, *id.*, 592. Ecclesiam Christi ipsam esse prædictam : unde dicitur : *Sedes autem gloriæ exaltata est, sanctificatio nostra* (*Jerem.*, XVII, 10, 12), XLII, 289. Quis mons, nisi is qui secundum prophetiam Danielis ex parvo lapide crevit, et factus est mons magnus, ita ut impleret universam terram (*Dan.*, II, 34), *ibid.* Ego sum Ecclesia de qua illi in eodem psalmo dicitur, et tanquam factum quod futuram fuerat prænuntiatur : *Astitit Regina a dextris tuis*, etc., *id.*, XL, 175. Ita ergo dicit Isaias, incipiens ab humilitate Christi, et se postea convertens ad alloquendam Ecclesiam : Delectare sterilis quæ non paris : *id.*, XXXIV, 1065. — Nunc Sion mons quod sit Ecclesia, docet propheta qui dicit : *Ego Dominus excitabo Sion in gentibus*, etc. : Arnobius Junior., LIII, 329. — Legimus in eodem apostolo dictum de Ecclesia : *Lætare sterilis, quæ non paris*, etc. : S. Maximus Taurin., LVII, 469. — *Osculetur me osculo oris sui.* Vox Ecclesiæ hæc est venientis ad Christum in osculo : S. Justus Urgell., LXVII, 963. *Ecce tu pulchra es, amica mea.* Christus Ecclesiam, quam amicam pacis suæ osculo fecit, bis pulchram pronuntiat, *id.*, 968. *Introduxit me in cellam vinariam*, Ecclesia in cellam vinariam introducitur, quando hæc apostolica congregatio Spiritu sancto repletur, *id.*, 970. *Columba mea in foraminibus petræ.* Non aliud Ecclesia columba vocatur, nisi quia est sine dolo et Spiritu sancto repletur, *id.*, 972. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Per desertum ascendit Ecclesia, quando populus gentium, fide occupans credentium multitudinem, proficit, *id.*, 974, 975. *Columnas ejus fecit argenteas.* Sustentacula Ecclesiæ præparantur ex doctis vel apostolis, *id.*, 975. *Soror nostra parva, et ubera non habet*, Ecclesia ex gentibus veniens, etc. *id.*, 991.— *Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus :* id est Ecclesia Christo induta, propter ejus dilectionem mutabilia cuncta calcantem : Primasius Adrumet., LXVIII., 872. *Et in capite ejus corona stellarum duodecim*, id est Ecclesiæ; duodenario apostolorum numero primordia dicit fundatæ mox Ecclesiæ decorari, *id.*, 873. *Veni, ostendam tibi novam nuptam, uxorem agni*, id est Ecclesiam, *id.*, 923. Hinc Isaias (cap. III) : *Erit*, inquit, *in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, ibid.* — *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens* (*Cant.*, VI, 9)? Quasi aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quæ pravitatis pristinæ tenebras deserit, et sese in novi luminis fulgorem convertit. S. Gregorius Magnus, LXXV, 648. Apte enim Ecclesia auroræ comparata describitur, quæ per cognitionem fidei a peccatorum suorum tenebris in clara luce justitiæ commutatur, LXXVI, 62. *Omnis gloria ejus Filiæ regum ab intus* (*Psal.*, XLIV, 14). Filia quippe regum Ecclesia quæ in bono est opere spiritalium principum prædicatione generata, LXXV, 853. *Agrum non suum demetunt, et vineam ejus quem vi oppresserint vindemiant* (*Job*). Potest agri vel vineæ nomine universa Ecclesia designari, *id.*, 1150. *Ædificabitur civitas Domino*, etc. (*Jerem.*, XXXI, 38). Civitatem quippe esse Domini sanctam Ecclesiam nullus ignorat, LXXVI, 333. *Jerusalem quæ ædificatur ut civitas* (*Psal.*, CXXXI, 3). Et ipsa est civitas, scilicet sancta Ecclesia, quæ regnatura in cœlo adhuc laborat in terra, *id.*, 958. *Ecce etiam luna non splendet*, etc. (*Job*). Quid per lunam, nisi cuncta simul Ecclesia, *id.*, 21. *Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum* (*Cant.*, IV, 5). Qui hortum Dei, id est sanctam Ecclesiam perflat, *id.*, 799. *Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus* (*Apoc.*, XII, 2). Sancta autem Ecclesia, quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur, quia vero cuncta temporalia despicit, lunam sub pedibus ejus premit, *id.*, 731. *Quæ est ista quæ progreditur?* etc. (*Cant.*, VI, 9) Ecclesia sancta quasi aurora consurgens in judicio ultimo progreditur, LXXIX, 530. *Osculetur me osculo oris sui* (*Cant.*). Suspirans sancta Ecclesia pro adventu Mediatoris Dei et hominum, ad patrem orationem facit, ut filium dirigat, etc., *id.*, 478. *Introduxit me rex in cubiculum suum* (*Cant.*, I, 3). Ecclesia Dei, quasi quædam domus regis est : et ista domus habet portam, habet ascensum, habet triclinium, habet cubicula, *id.*, 483. Hæc verba : *Nigra sum, sed formosa*, quomodo ad Ecclesiam referuntur, *id.*, 486. *Vox turturis audita est in terra nostra* (*Cant.*, II, 12). Quid per turturem, nisi Ecclesia? *id.*, 499. *Surgam, circuibo civitatem* (*Cant.*, III, 2). Quid

per civitatem in hoc loco, nisi Ecclesiam, *id.*, 502. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* (*Cant.*, III, 6). In deserto, Ecclesia in hoc mundo vivit, dum a regno exsul inter bestias, dæmones videlicet, degit, *id.*, 504. *Hortus conclusus soror mea sponsa* (*Cant.*, IV, 12). Hortus sancta Ecclesia exsistit, quia dum populos multos in fide gignet, quasi flores pulchros bona terra emittit, *id.*, 513.— Dicit, cui diabolus contrarius est : Remigius Antissiod., CXXXI, 66. — In Canticis sponsus Deus est, sponsa vero Ecclesia : Anselmus Laudun., CLXII, 1189. *Mulier* (*Apoc.*, XII) significat Ecclesiam : quia sicut mulier parit et nutrit, ita Ecclesia parit homines in lucem et fidem, et nutrit eos omni verbo divino, *id.*, 1513. — Vox Ecclesiæ ad Christum (*Cant.*) : S. Bruno Sign., CLXIV, 1235. Hæc enim *mulier* (*Apoc.*, XII) Ecclesia est, quæ sole, pulchritudine et splendore circumamicta, multos suæ claritatis lumine ad se, et post se attraxit amatores, CLXV, 667, 888. — Quæ de Ecclesia prædicuntur ab Isaia et Daniele : Rupertus abb., CLXVII, 1282. Significabat namque *mulier* illa (*Apoc.*, XII) sanctam Ecclesiam, CLXIX, 1010; CLXX, 34. — Ecclesia sponsa Christi adventum sponsi desiderat (*Cant.*) : Honorius Augustod., CLXXII, 359. — Salomon divinitus inspiratus, Christi et Ecclesiæ laudes cecinit (*Cant.*) : S. Bernardus Clarev., CLXXXIII, 788. Qualiter sponsa, id est Ecclesia, trahi se optat post sponsum, id est Christum (*Cant.* 3) *id.*, 872. De nigredine et formositate sponsæ, id est Ecclesiæ (*Cant.* I, 4), *id.*, 899. — Quomodo Ecclesia reperit divitias divinæ misericordiæ in foraminibus vulnerum Christi (*Cant.*, II, 13) *Mulier scilicet amicta sole* (*Apoc.*, XII) sanctam Ecclesiam significans, quæ est amicta et cooperta, et undique munita Jesu Christo sponso suo defensore : S. Martinus Legion., CCIX, 365.

LVI.

INDEX DE MIRACULIS

ORDINE RERUM DIGESTUS ANALOGICO.

MONITUM.

In hoc Indice agimus : I De miraculis generatim sumptis ; II De miraculis Veteris Testamenti ; III De miraculis Novi Testamenti ; IV De miraculis tempora apostolica sequentibus quæ scilicet Patres ipsi operati sunt, vel ab aliis fide dignis audierunt, et in suis scriptis consignavere ; V De falsis quibuslibet miraculis, seu rectius prodigiis, etsi stupendis, quæ astutia et arte dæmonum, imprimis ante Christi adventum, divulgabantur ; VI Alphabetice tandem damus nomina Patrum qui chronologice tantum indicantur in prædictis articulis.

I. — *De miraculis generatim sumptis.*

Cum hoc quæsitum latius pateat, et incircumscriptum tractet de possibilitate, esse, causa, ratione, modo, vi probante, etc., miraculorum, discutique possit de auctoribus miraculorum, seu suo, ut si quis sit Deus, seu alieno nomine, si solum sit missus, agentibus, nullo stante miraculo, nisi divinitate operante, per ratiocinium quod potest urgeri erga quemlibet mira patrantem, huic monito solum Christum, velut ad trutinam subjiciemus, nihil unquam nulloque testimonio aptiore ad scopum nostrum stabiliendum, irrefragabiliterque probandum. Unde cum Arnobio audacter dicimus : Ergone ille mortalis aut unus fuit e nobis, cujus imperium, cujus vocem popularibus et quotidianis verbis missam, invaletudines, morbi, febres atque alia corporum eruciamenta fugiebant? Unus fuit e nobis cujus fœde vitiligines jussioni obtemperabant pulsæ statim, et concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant? Unus fuit e nobis cujus ex levi tactu stabant profluvia sanguinis, et immoderatos cohibebant fluores? Unus fuit e nobis cujus manus intercutis veternosæ fugiebant undæ, penetrabilis ille vitabat liquor et turgentia viscera salutari ariditate deflabant? Unus fuit e nobis qui claudos currere præcipiebat? Unus fuit e nobis qui debilitatibus variis morbisque vexatos centum, aut hoc amplius semel una intercessione sanabat, cujus vocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria, procellarum turbines tempestatesque fidebant; qui per altissimos gurgites pedem ferebat illutum, calcabat ponti terga, undis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura ; qui sequentium se millia quinque, quinque saturavit panibus, ac ne esse præstigiæ, incredulis illis videretur et duris, bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerebat? Unus fuit e nobis, qui redire in corpora jamdudum animas præcipiebat efflatas prodire ab aggeribus conditos, et postdiem funeris tertium pollinctorum voluminibus expediri? Unus fuit e nobis, qui, quid singuli volverent, quid sub obscuris cogitationibus continerent, tacitorum in cordibus pervidebat? Unus fuit e nobis, qui cum unam emitteret vocem ab diversis populis et dissona voce loquentibus, familiaribus verborum sonis, et suo cuique utens existimabatur eloquio? Unus fuit e nobis, qui cum officia religionis certæ suis sectatoribus traderet, mundum totum repente complebat, quantusque et qui esset, revelata nominis immensitate, monstrabat? Unus fuit e nobis qui, deposito corpore, inqumeris se hominum prompta in luce detexit, cujus nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus. Istas virtutes non tantum ipse perfecit vi sua, verum quod erat sublimius, multos alios experiri et facere sui nominis cum affectione permisit. Nam cum videret futuros nos esse gestarum ab se rerum diviniqne operis abrogatores, ne qua subesset suspicio magicis se artibus munera illa beneficiaque largitum, ex immensa illa populi multitudine, quæ suam gratiam sectabatur admirans, piscatores, opifices, rusticanos, atque id genus delegit imperitorum, qui, per varias gentes missi, cuncta, illa miracula sine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent? Quid dicitis, o mentes incredulæ, difficiles, duræ? Alicuine mortalium Jupiter ille Capitolinus hujusmodi potestatem dedit? » Tot ergo tantæque virtutes invicte demonstrant, omnibus fatentibus, miracula præcipuum esse signum et sigillum ultimum in terris ad probanda suam divinam operationem divinasque voluntates.

TERTULLIANUS. — Omnia ex nihilo creat. I, 334 Verbo fieri jussit Deus, ratione composuit, virtute sua condidit, 375. Christi miracula probant eum esse Deum et hominem, 400. Motuum omnium primus auctor Deus, 590. Deus naturæ dominus et auctor, II, 85. Dei posse velle est, et non posse nolle ; quod autem voluit, et potuit et ostendit, 166. Cui natura nulla est, naturalia instrumenta non suppetunt, 266. Omnis situs, habitus elementorum, effectus, motus, status, ortus, occasus singulorum judicia sunt Creatoris, 299. Deo nihil impossibile, nisi quod non vult, 756. Miracula credere debemus, 760. Mortuum suscitari nihil aliud est quam integrum fieri, 878. Naturæ mutationem jejunia merentur, 963.

S. CYPRIANUS.—Christus est virtus Dei, ratio, sapientia et gloria, III, 578. Christus verbo et vocis imperio dæmonia de hominibus expulit, paralyticos restrinxit, leprosos purgavit, illuminavit cæcos, claudis gressum dedit, mortuos rursus animavit, coegit elementa sibi famulari, servire ventos, maria obedire, inferos cedere, ita ut Judæi qui illum crediderant hominem, tantum de humilitate carnis et corporis, existimabant magum de licentia potestatis, 580. Quandoque fiunt miracula ab extraneis, 1181, 1192. Nihil prodest miracula facere, nisi recti et justi observatione gradiatur, IV, 511.

COMMODIANUS. — Carmen contra ridicula deorum ethnicorum inventa, V, 201 *et seqq.* Christo et resurrectioni credendum, 220, 221, 222.

ANTONIUS.—In Carmine contra gentes, miracula creationis describit, V, 278 *et seqq.*

S. VICTORINUS mart. — Dei potentiam celebrat in opere De fabrica mundi, V, 301 *et seqq*. Visiones et revelationes Apocalypsis laudat et explicat, 317 *et seqq*.

ARNOBIUS. — Demonstrat vera esse miracula Christi, V, 781 *et seqq*. Ejus miracula præsertim ipso moriente quanta sit illius potestas ostendunt, 791. Miraculorum Christi veritas probatur ex testibus locupletissimis, 792; item ex veloci propagatione religionis christianæ, 793. Ethnici objicientes quod Christus humanam induerit naturam et humano modo interemptus sit, refelluntur, 800, 801.

LACTANTIUS.— Dei consilia et dispositiones cogitatio humana non potest assequi, VI, 113. Nullo modo potest comprehendi, 152. Vis ejus et majestas a Platone prædicata, 153. Est vere omnipotens, 153. Ex nihilo fecit omnia, 298. Solus habet cum Filio rerum omnium potestatem, 338. Deo nihil est clausum aut secretum. 724. De inenarrabili ipsius potestate etiam in incorporalia, 800. Excitavit Deus principes, qui tyrannorum nefaria et cruenta imperia rescinderint, humano generi providerunt, ut jam, quasi discusso transactis temporis nubilo, mentes omnium pax jucunda et serena lætificet. Nunc post tantæ tempestatis violentos turbines placidus aer et optata lux refulsit. Nunc placatus servorum suorum precibus, Deus jacentes et afflictos cœlesti auxilio sublevat. En nunc mœrentium lacrymas, exstincta impiorum conspiratione, deterget; et qui illuctati erant Deo, jacent; qui templum sanctum everterant, ruina majore ceciderunt; qui justos excarnificaverunt, cœlestibus plagis et cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt; serius quidem, sed graviter ac digne. Distulerat enim pœnas eorum Deus, ut ederet in eis magna et mirabilia exempla, quibus posteri discerent, et Deum esse unum, et eumdem vindicem, digna videlicet supplicia impiis ac persecutoribus irrogare, VII, 191, 192.

CONSTANTINUS MAGNUS. — Deus omnium quæ gignuntur est principium, VIII, 405. Omnibus quæ mundi complexu continentur, subsistendi ac vivendi hinc suppetit causa VIII, 405. Plerique homines hujus rerum omnium distinctionis atque ornatus causam naturæ tribuunt; alio fato vel fortuito casui assignant, hujusmodi rerum potestatem fato ascribentes. Neque intelligunt se, cum fatum nominant, nomen quidem proferre, sed nullum actum nullamque substantiam designare. Quid enim ipsum per se fatum esse possit, cum natura omnia procreaverit, aut quid censebimus esse naturam, si lex fati violari non possit? Sed ex eo quod fatalis lex esse dicitur, cum omnis lex opus sit alicujus legislatoris, satis apparet fatum ipsum, siquidem lex est, Dei opus atque inventum esse. Cuncta igitur Deo subjecta sunt, nec quidquam ejus est potentiæ expers. Cæterum fatum Dei voluntatem esse ac censeri minime improbamus, 412, 413.

S. HILARIUS.—Miraculorum possibilitas astruitur, IX, 411, 412. Et colligitur ex creatione hominis, 566. Dei revelationes hominibus, 619. Omnia magnifica et præclara opera Deum esse testantur, 761. Miracula corporaliter gesta, IX, 761. Deus solus miracula operatur, IX, 772. Christi opera quis sit testantur, 810. Sanctitas operum Dei verborum fidem firmat, 862. Christi gesta non succumbunt naturalibus mentium sensibus, X, 34. Deus non subjacet naturæ legibus, a quo legem omnis natura sortitur, 339.

S. ZENO. — Christi operibus credendum, XI, 389. Sæculorum genitor Virginis immortalis factus filius, sibi homini moritur, XI, 403. Resurrectio carnis Christianis credenda, 377, 378, 381.

S. OPTATUS. — Credere necesse est Dei Filium per Mariam Virginem secundum hominem natum esse, passum, mortuum et sepultum fuisse, et post hæc resurrexisse, XI, 885. Mirabilem et realem Christi præsentiam in Eucharistia agnovit S. Optatus, 765.

S. AMBROSIUS.—Moyses nec falli, nec fallere potuit; nam eruditus in omni scientia Ægyptiorum, subsidiis regalibus fultus, omnibus sæcularibus prudentiæ disciplinis informari atque instrui desideravit qui cum de aqua nomen acceperit, non putavit tamen dicendum quod ex aqua constarent omnia ut Thales dixit. Et cum esset in aula educatus regia, maluit tamen pro amore justitiæ subire exsilium voluntarium quam in tyrannidis fastigio peccati perfunctionem deliciis acquirere, naturali æquitatis studio provocatus in secretum Æthiopiæ se contulit. Ibidem a cæteris negotiis remotus totum divinæ cognitioni animum intendit, ut gloriam Dei facie ad faciem videret. Itaque Moyses non in persuasione humanæ sapientiæ, nec in philosophiæ simulatoriis disputationibus, sed in ostensione spiritus et virtutis tanquam testis divini operis ausus est dicere : « In principio fecit Deus cœlum et terram, » XIV, 124, 125. Ex Deo materia, per ipsum operatio quæ ligavit atque constrinxit universa in ipsum, quia quando vult, omnia ejus virtute manent atque consistunt, et finis eorum in Dei voluntatem recurrit et ejus arbitrio resolvuntur, XIV, 131, 132. Neque creatura legem tribuit, sed accepit et servat acceptam, XVI, 133. Deo impossibile nihil est, XVI, 147. Neque in hac creatura mundi, si qua nobis difficilia intellectu videntur, et incomprehensibilia ingenio nostro, temerario quodam debemus condemnare judicio, XVI, 277. Per sapientiorem serpentem a quo decepta est mulier intelligendus est ille adversarius qui tantum habet hujus mundi sapientiam, XVI, 301. Quomodo diabolus hominem tentat XIV, 302, 306. Plurima sunt quæ nostro ingenio non metienda sunt, sed ex altitudine divinæ dispositionis et verbi sunt æstimanda; neque dubitandum neque reprehendendum quod in paradiso diabolus erat; miraculum in elementis, documentum in mysteriis, XIV, 1633. Miracula, per gentes, ante Christum, vel raro, nulla, 1663. Miracula divinæ potestatis non omnium est mereri, sed eorum quibus religiosæ devotionis studia suffragantur, XVI, 240, 241. Homines qui suscitaverunt mortuos, non in sua virtute id fecerunt, sed in Christi nomine, 595. Miracula a SS. Gervasio et Protasio patrata, ab Arianis negari non possunt, 1025.

S. HIERONYMUS. — Nihil mendacii dicitur in sacris Scripturis, XXII, 566. Quanta audivimus et vidimus, ea et patres nostri nuntiaverunt nobis, XXII, 566. Nulli dubium est revera facta esse quæ scripta sunt, quasi aliud littera sonet, et aliud spiritus clausum teneat, XXII, 698. Respondetur objectionibus contra miracula, XXII, 900. In signorum magnitudine non naturæ mutatio, sed Dei omnipotentia demonstratur, XXII, 901. — Argumenta contra miracula, XXIII, 348. Multæ sunt præstigiæ et innumerabiles laquei quibus animæ capiuntur humanæ, sed obturabimus aures nostras, ne audiamus voces incantantium et sirenarum carmina negligamus, XXII, 719. Miraculorum vis et potentia demonstratur, XXIII, 348. Signa apud barbaras nationes quare fiant per servos Dei, XXV, 527. Error gentilium quo putant deos esse quos supra se vident XXV, 504.

S. AUGUSTINUS.—Deus tentatur, cum miracula flagitantur, non ad salutem, sed ad experientiam, XXXII, 802. Quare miracula, in aliis locis fiant, in aliis non fiant, Dei consilium, XXXIII, 269. Miracula videndi consuetudine mira non sunt, XXXIII, 372. Tres viros ab ignibus et Danielem a leonibus Deus liberavit, ut consuleret saluti regum illorum, a quibus in illa supplicia tradebantur, XXXIII, 425. Mirabilia Dei universa ideo ab infidelibus non creduntur, quia ratio eorum non videtur, XXXIII, 454. Multi sunt quos ad invisibilium fidem visibilibus miraculis excitari opus est, XXXIII, 454. Miracula quotidie in rerum natura eduntur, quæ præ consuetudine vilescunt, XXXIII, 519. Miracula non sunt signa sapientiæ, XXXV, 1307. Miracula Deus quotidie facit quæ homines non mirantur, XXXV, 1450. Ille qui facit miracula præter veritatem, nihil est. XXXV, 1501. Inusitata quædam servavit Deus quæ fecerat, ut dormientes homines excitaret, XXXV, 1450. Omnia quæ fecit Dominus Jesus non solum valent ad excitanda corda nostra miraculis, sed etiam ad ædificanda in doctrina fidei XXXV, 1458. In miraculis Christus saluti animarum magis consuluit quam saluti corporum, XXX, 1527. Miracula ad intelligendum Deum de visibilibus mentem humana admonent, XXXV, 1592, 1593. Miracula fidem firmant, XXXV, 1752. Miracula habent linguam suam, XXXV, 1593. Miracula sunt Christi opera et verba; miracula quædam fecit Christus, quæ nemo alius fecit; quædam alii fecerunt quæ ipse non fecit, XXXV, 1860, 1861. In miraculis faciendis apostoli non sibi potentiam Domini sui arrogabant, XXXVII, 1197. Miracula aliter a Christo, aliter a sanctis patrata, 1432, 1440. Quomodo Christianus in alio faciente miracula ipse faciat, 1707. Miraculis corporalibus ædificabat Christus fidem, XXXVIII, 339. Ecclesiæ postea fides sine miraculis laudabilior, 539. Miracula nunc Christus majora operatur, 540. Miracula Domini in corporibus et in animis, 591. Miracula Christi propter significationem facta, 592. Si cœperis humano sensu discutere miraculorum rationem, time ne perdas fidem, 1157. Miracula sanitatum cur non omnes obtineant, 1299. Novit Deus quomodo miracula sua debeat commendare, novit agere ne vilescant, 1299. Miracula quædam, etiam scelerati homines aliquando faciunt, qualia sancti facere non possunt; Cur a malis fieri aliquando miracula sinitur, aliquando non; miracula alio fine aliaque potestate ei jure fiunt per magos et per sanctos; aliter per bonos, aliter per malos Christianos, XL, 91, 92. Miracula fiebant simplici fide pietatis, non incantationibus, XLI, 286, 291. — Miracula quam multa in Veteri Testamento facta ad commendandum Dei cultum, 286. Miracula magica, plerique specie tenus mortalium sensus imaginaria ludificatione decipiunt 295. Miracula deorum cum nostris non sunt conferenda, 295. Respondetur his qui mira-

cula in Scripturis sacris relata falsa esse dicunt, 296, 297. Non ideo aliquid non fuit vel futurum non est, quia ratio reddi non potest, 714. Miracula ethnicorum aut magicarum artium ope, aut per ipsos dæmones fiebant, 717. Miracula multa videntur quæ fiunt ab hominibus usu creaturarum, 718. Miracula etiam nunc fiunt in nomine Christi, 760, 769. Miracula quæ nunc fiunt non tanta quanta prima illustrantur gloria, 760. In miraculis est quædam Dei eloquentia, 770. Miracula an fiant operationibus martyrum, an precibus tantum eorum 771. Miracula martyrum et falsorum deorum comparantur, 772. Miracula proprie quænam, 879. Miracula quomodo fiant, ab homine comprehendi non potest, 881. Miracula an nullo fiant modo, 63, 64. Cur modo non fiant, XLII, 90. Miraculum quid et quotuplex, 90. In miraculis tota ratio facti est voluntas facientis, 519. Miracula sola veritas facit, 876. Potentius est conjungi Omnipotenti pia voluntate quam propria potestate et voluntate posse quod contremiscant qui talia non possunt, 957.

JOANNES CASSIANUS. — Dei gratia non in mirabilibus, sed in humilitate consistit XLIX, 1004. Miraculum majus est luxuriæ fomitem a se expellere, quam dæmones ex alienis corporibus 1007. Quantum vitæ probitas ipsa præcellat miracula 1008.

S. PROSPER. — Miracula Christi, cur apud credituros non facta, apud non credituros facta sint, inscrutabile, LI, 198. Prophetiæ auctoritas non humana est, sed divina, 371. Prophetia lucerna erat in tenebris, 381. Mirabilia quæ Deus solus fecerit, 587, 388. Aliqua miracula per angelos et homines facit Deus, 588. Mirabilia Dei vident quibus prosunt, 442. Mirabilia Dei quotidiana, visibilia et invisibilia; a visibilibus ad invisibilia transeundum, 445. — Miracula non sunt contra naturam, etsi ita nobis videatur, 469.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS.— Miracula quibus præstanda, LII, 222. Signa dæmoni, 222. Miraculorum virtutes a Deo sunt, 334. Miraculum singulare, visa non videre, scita nescire, credita non credere, 450. Indicium credulitatis ex miraculis discipulorum Christi, 455. Christum esse Deum ostendunt miracula, 480. Miracula lassant, nec proficiunt in Judæis, 486, 487. Quid fecerit Christi miraculum, 495.

AUREL. PRUDENTIUS. — De oraculis paganorum, LIX, 959. Miracula Christi, LX, 104. Miracula patrandi virtus a Deo communicata martyribus 292. Miracula ad sepulcra martyrum, 291, 407.

S. PAULINUS NOLANUS. — Miracula quæ a Christo sunt patrata, Judæos non ad credendum, sed ad blasphemandum provocarunt, LXI, 410. Miraculum tam Veteris quam Novi Testamenti manifeste declarant omnia Deo subjacere, non fato, 607.

EUGYPPIUS. — Miracula cur non fiant; etiam nunc fiant; mira cur primo discipuli effecerint, LXII, 803, 804.

JUNILIUS. — De auctoritate divinarum Scripturarum quæ miraculis scaturiunt, LXVIII, 20. Quomodo Dei nutu omnia creata sunt, 25.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Miracula non debent discuti per intellectum, LXXV, 738 Cur miracula miremur, et Dei mira opera ipso usu nobis viluerint, 738. Cur Christus faciebat miracula in die, et in nocte vacabat orationi, 760. Qui invisibilia despiciunt, visibilibus miraculis moveri possunt, LXXVI, 410, 721. Miracula prædicatoribus sanctis necessaria, 410, 827. Miracula sanctorum nostræ insensibilitatis tenebras illustrant. 410. Signa non fidelibus, sed infidelibus data, 420, 1082, 1215. Miracula non eosdem effectus producunt in omnibus. 423. Miraculis sanctorum fracta est tyrannidis violentia, 469. Potestates hujus mundi rigidas non verbis Deus, sed miraculis fregit, 575. In fine mundi miracula substrahentur ab Ecclesia Dei, 721. Miracula sanctorum nostra sunt propugnacula, 972. Non sunt certa sanctitatis argumenta, 998, 1215. Electorum et reproborum miracula in quo differant, 998. Sola est in miraculis ratio, potentia facientis, 1054. Concessa infirmis miracula, 1082. Miracula Christi aliud ostendunt per potentiam, aliud per mysterium loquuntur, 1082. Miracula veram fidem consequentia quæ sint intelligenda, 1215. Miracula aliquando sanctitatem probant, sed non faciunt, 1215. Cur miraculis sepulcra martyrum illustrentur, 1257. Potestas miraculorum ex Veteri et Novo Testamento Ecclesiæ vindicatur, LXXVII, 134, 139, 140. Miracula in sacra Scriptura signata fidem omnem superant, 139. Miraculis antepone. da virtutum exempla, 141. Per miracula Patrum intelligi possunt tam stupenda virtutum opera quam signa, 143. Frequentia miracula ad sepulcra martyrum, eorum animas vivere probant, 329. Miracula quandoque a reprobis sunt facta, 1141.

Testimonium tandem hujus Patris mirum de mirabilibus Dei, parcat lector, referendum est integrum : Omnipotentis Dei, ait S. Doctor (LXXV, 737), mirabilia quis perscrutat sufficiat, quod cuncta ex nihilo creavit quod ipsa mundi fabrica mira potentiæ virtute disposita est, et super abyssum terræ librator; quod ex rebus, invisibilibus omnis hæc universitas ac visibilibus exsistit, quod hominem fecit, ut ita dixerim, in brevi colligens mundum alterum, sed rationalem; quod hunc ex anima et carne constituens, investigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum et lutum? Ex his itaque aliud novimus, aliud et sumus ; sed tamen mirari negligimus. quia ea quæ incomprehensibili indagatione mira sunt, humanis oculis usu viluerunt. Unde fit ut si mortuus homo suscitetur in admirationem omnes exsiliant, et quotidie homo qui non erat nascitur, et nemo miratur, cum procul dubio omnibus constet quia plus sit creari quod non erat, quam reparari quod erat. Quia arida Aaron virga floruit, cuncti mirati sunt; quotidie ex arente terra arbor producitur, virtusque pulveris in lignum vertitur, et nemo miratur. Quia quinque sunt panibus quinque millia homines saturati, crevisse escas in dentibus cuncti mirati sunt; quotidie sparsa grana seminum, plenitudine multiplicantur spicarum, et nemo miratur. Aquam semel in vinum permutatam videntes cuncti mirati sunt; quotidie humor terræ in radicem vitis attractus, per botrum in vinum convertitur, et nemo miratur. Mira sunt itaque omnia quæ mirari homines negligunt, quia ad consiederandum usu torpescunt. Sed inter hæc sciendum est quia divina miracula et semper debent considerari per studium, et nunquam discuti per intellectum. Sæpe namque humanus sensus, dum quarumdam rerum rationem quærens non invenit, in dubitationis se voraginem mergit. Unde fit ut nonnulli homines mortuorum corpora in pulverem reducta considerent; dumque resurrectionis vim ex ratione colligere non possunt, hæc ad statum pristinum redire posse desperent. Mira igitur, ex fide credenda sunt, perscrutanda per rationem non sunt, quia si hæc nostris oculis ratio expanderet, mira non essent. Sed cum in his forlasse animus titubat, nece se est ut ea quæ per usum novit, nec tamen per rationem colligit, ad memoriam reducat, qualenus rei similis, argumento fidem roboret, quam labefactari sua sagacitate deprehendit. Considerato quippe humanæ carnis pulvere, quorumdam mens concussa desperat, quando pulvis ad carnem redeat, et redivivum corpus per membrorum lineamenta componat, quando illa terræ ariditas per viventia membra virideseat, ac se per eorum species formasque distinguat. Hoc nimirum comprehendi per rationem non potest, sed tamen credi facile per exemplum potest. Quis enim ab uno grano seminis, immensam surgere arborem crederet, nisi certum hoc per experimentum teneret? In tanta namque unius grani parvitate et pene nulla sui dissimilitudine, ubi latet ligni duritia, et ligno tenerior vel durior medulla, asperitas corticis, viriditas radicis, sapor fructuum, suavitas odorum, colorum diversitas, mollities foliorum? Et tamen quia hoc per experimentum novimus, ex uno grano seminis prodire omnia non dubitamus. Quid ergo est difficile, ut pulvis in membra redeat, dum Conditoris quotidie potentiam cernimus, qui et ex grano ligna mirabiliter et adhuc mirabilius fructus ex lignis creat? Unde divinorum operum magnitudo nec ex qualitate valet discuti, nec ex quantitate numerari.

VITÆ PATRUM.— Miraculorum vis, LXXIII, 160, 161. Miracula orationibus, non præceptis sanctorum fiunt, LXXIII, 163, 164. Miracula per vestimenta et oleum benedictum, LXXIII, 252, 253. Miracula qua virtute fiant, LXXIV, 14. Miracula pignus doctrinæ, LXXIV, 104. Miracula cur in Ecclesia fiant, LXXIV, 258.

TAIO episcop. Cæsaraugustan. — Dei mirabilia quid hominem perscrutari sufficiat, LXXX, 741. Deus magna facit et inscrutabilia, LXXX, 742. Miracula Dei quæ ex fide credenda sunt, perscrutenda per rationem non sunt, LXXX, 742. Miracula fuerunt necessaria in exordio Ecclesiæ, LXXX, 871. Infideles sanctitatem existimarunt in miraculis, LXXX, 806.

S. ISIDORUS Hispalens. — Ecclesiæ data est potestas operum, LXXXIII, 591. Mundum oportebat miraculis credere, LXXXIII, 592. Cum Antichristus venerit, miracula cessabunt ab Ecclesia, LXXXIII, 592. Quid sit discrimen inter miracula, portenta, ostenta, prodigia et monstra, LXXXII, 470, et LXXXIII, 56.

SEDULIUS SCOTUS. — Signa virtutum magis auctoritatem dant signis, CII, 17. Signum quid, CII, 48. Nihil naturæ considerat fides quia summipotentem novit eum qui eam movet, CII, 50.

S. AGOBARDUS Lugdunens. episc. — De illusione signorum, CIV, 24. Sancti agunt mirabilia non ut causæ, sed ut media et instrumenta, CIV, 26. De interventu angelorum et diaboli in actibus hominum, CIV, 180, 185,

Neque angelis neque sanctis deferendus est cultus divinus, etsi per eos aliquando patrentur miracula, CIV, 203.

RABANUS MAURUS. — De variis gentilium superstitionibus, CVII, 392. Dei voluntas fundamentum est universorum, CVII, 444. Miraculis quis fieri potest clarus, sed non sanctus, CXI, 104. Varia monstra quæ apparuisse dicuntur, CXI, 197 *et seqq.*

S. EULOGIUS. — Miraculorum vera signa ideo per servos suos Dominus congruenti tempore præstat mundo, quoniam præscia divinitate proficere nihilominus præstolantibus eo scit, nec in vanum currere operarios virtutum cognoscit, ut saltem prodigiorum novitatibus cedant, qui sacræ legis præcepta salutaria respuunt... Miracula dum aut propter fidem credentium, aut propter futuram credulitatem astantium Dei providentia operatur, non tam nos in eorum admiratione debemus stupere, quam provida compensatione intueri, si eorumdem effectores signorum expulsis vitiis morum honestate præcellant; si sæculo mortuo Deo vivant; si propter illam veram charitatem, quæ cuncta charismatum dona exsuperant, omnes affectiones mundi pro nihilo pensant; si acceptam virtutem non ad suam gloriam, sed ad beneficium referunt collatoris; si attentis auribus cordis, veri magistri admonitione percepta, non quia dæmonia eis subjiciantur tripudiant, sed quia nomina sua scripta sunt in cœlis, exsultant. Et idcirco hæc dinumeratio virtutum in illis prodigiorum auctoribus potius quam ipse signorum effectus est admirandus, et quod sit magis prævium specimen eundi ad regnum quærendum, non vero quod signiferos ac notabiles nos vulgo ostentet, quia sanctitas et timor Domini cultusque regni cœlestis nonnisi ab idoneis et perfectis procedunt... Primis præsertim Ecclesiæ sæculis miraculorum insignia virtus Dei præstabat mundo, ut prodigiorum virtutibus vel mitigaret furentium insaniam quæ beatorum constantiam fatigabat, vel incredulum genus ab infidelitatis errore converteret qui cœlestium jura Scripturarum obduratis præcordiis respuebat. Eratque illo tempore multoties necessarium Dei testes imprimis coruscare virtutum signis, quoniam rudem per ævum diffusum Christianismum nunc instructione verborum, nunc exercitatione Scripturarum, nunc ostensione signorum, nunc etiam tropæis inclytis passionum conabantur radicitus fieri firmum in cordibus credentium populorum... Non omni tempori signorum exercitium congruit, neque omnes cœlestium contemplatione virtutum digni exsistunt, facile adverti potest ex comparatione eorum quæ gesta sunt ab apostolis. Qui cum vellent bonum nuntium Asianis prædicare, prohibiti sunt a Spiritu sancto (*Act.* XVI, 6, 7); et qui quidem nuntiare Evangelium omni creaturæ præceperat (*Marc.* XVI, 15), sciens in Asia nullum exsistere dignum percipiendi evangelicam veritatem, præsaga divinitatis auctoritate discipulos ab eorum salute inhibuit, utpote qui verbum vitæ arroganti spiritu erant rejecturi, neque audirent, quoniam spernerent... Nunc quidem miracula, etsi funditus superna dispensatio inter nos non subtrahit, non hæc sicut prioribus temporibus aperte et multipliciter ostenduntur. Quod tamen mira dispensatione agitur, ut una ex re divina simul pietas et justitia compleatur. Dum enim subtractis signorum virtutibus sancta Ecclesia velut abjectior appareat, tunc et bonorum præmium crescit qui illam pro spe cœlestium, et non propter præsentia signa veneratur; et malorum mens contra illam citius ostenditur, qui sequi invisibilia quæ promittit negligunt, dum signis visibilibus non tenentur. Signa namque virtutum nec omnibus data nec passim quocunque tempore sunt exercenda; nam in fine sæculi (S. Gregor. *Moral.* lib. XXXIV, n. 7) aberunt de Ecclesia virtutum signa. Terribili quippe ordine dispositionis occultæ, priusquam Leviathan in illo damnato homine quem assumet, appareat, a sancta Ecclesia virtutum signa subtrahentur Nam prophetia absconditur, curationum gratia aufertur, prolixioris abstinentiæ virtus imminuitur, doctrinæ verba conticescunt, miraculorum prodigia tolluntur, CXV, 748, 749, 750. Ibique et passim in Memoriali sanctorum, in Documento martyriali, et in libro apologetico martyrum invincibiliter ostenditur martyrium verum esse et proprie dictum miraculum, cum exsultantibus animis martyres gaudent auspicio passionis, parvi pendunt supplicium, perstrepunt hymnos, insonant laudes, psalmos persolvunt, insistunt orationi, qua favente Domino victoriam adipisci prævaleant; cum visitentur ab angelis, dissiliunt vincla, etc.... CXV, 735-870.

HAYMO Halberstatens. episc. — Virtus miraculorum non ab homine, sed a Deo est, CXVII, 620. Signa miraculorum facimus in corpore fragili, et dum alios sanamus, ipsi infirmamur, 624. Ipse Spiritus sanctus credentibus arrhes est, quia ab illo operationem miraculorum accipiunt, 766. Dæmones per invocationem nominis Christi fugantur, 707. Discipuli Domini signa agebant et miracula, ut a Deo missi esse cognoscerentur, CXVIII, 14. In fine mundi, Ecclesia miraculorum fulgore non resplendebit, 18. Domini miracula quandocunque leguntur non sunt in exemplum trahenda, sed potius admiranda atque veneranda, 126.

S. GREGORIUS VII Pap. — In Appendice datur Vita S. Anselmi episc. Lucens., et ibi dicitur: S. Anselmus mirabilia fecit multa vivus et mortuus. Fecit siquidem et bonus discipulus; magister in Deo, discipulus in Deo, et in beatissimo magistro (Gregorio VII) facit, ut dicitur, plura discipulus. Nec mirum. Plura enim Petrus fecit quam Christus; non equidem propria virtute, sed quia, abnegans semetipsum, secutus est Christum, sicut et hic Pater noster venerabilis (S. Anselmus), quia pium imitatus est in omnibus magistrum (S. Gregorium VII), multas operatur virtutes. Multi enim sunt quorum vitam novimus sanctissimam, sed miraculorum non ostenderunt virtutem. Hic autem non tantum quia vitam fecit religiosam, imo quia fidelem peregit obedientiam, perfecto quoque odio partem odiens excommunicatorum et unitatem diligens atque defendens Catholicorum, miraculis approbat quod sermone docebat. Omnes ergo qui in unitate catholica præceptis domni papæ Gregorii hactenus obedistis, gaudete et exsultate, atque his qui retrorsum abierunt et vestigia veritatis dereliquerunt, ut factis modo credant, dicite, quod verbis olim noluere, CXLVIII, 921.

VALCANDUS MONACH. — Christianæ perspicaciæ esse debet magis requirere atque attendere opera quæ unumquemque sanctum faciunt, quam quæ sanctum ostendunt. Delectatur quidem visibilibus sanctorum factis, sed tamen ad invisibilia eorum facta pervenire omnimodis appetit, et sitibunda mavult ex fonte quam ex rivo suam restinguere sitim. Unde Dominus ait: *In hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur; gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis* (*Luc.* X, 20); quod utique mereamur animæ sanctitate, non miraculorum ostentatione, maxime cum in die judicii dicturus sit multis qui in ejus nomine virtutes multas fecerint: *Nescio vos* (*Matth.* XI, 29). Ex hinc fides Ecclesiæ ardentius exquirit quales illi quos veneratur, fuerint ex invisibilibus animæ virtutibus, quam quales ex signis visibilibus, quæ profecto sunt lac parvulorum, non solidus cibus perfectorum. Sed sicut a lacte ad solidum cibum pervenitur, sic a signis imperfectio fidei nostræ vegetata, ad solidas animæ virtutes quandoque perducitur, ut jam necesse non habeat sugere, sed ruminare, CLI, 632.

S. BRUNO ordinis Carthusiens. institutor. — Quomodo despicitur a quibusdam Dei potentia quæ tantis olim floruit miraculis, CLII, 722. Deus operatur, et sermones S. Brunonis confirmat sequentibus signis, 722. Vox Dei prodigia posuit super terram, CLIII, 858. Christus apostolos potentes effecit, non tantum in prædicatione, sed et in miraculis, 955. Eorum prædicationi non crederetur nisi miracula operarentur, *ibid.* Dei illuminatio fit per miracula, 1021. Per miracula prædicatorum terreni homines commoti sunt, 1029. Initium habuit Ecclesia per Christi prædicationem, per miraculorum operationem, et Spiritus sancti missionem, 1166. Eos qui in pace vitam finiunt, quantumcunque laudabiliter vixerint, sine certa miraculorum ostensione in catalogo sanctorum non annumeramus, 77. Quidam lapsi sunt, et potestatem habent miracula patrare, *ibid.*

RADULPHUS ARDENS. — Duo sunt quæ promisit Dominus in se credentibus, videlicet quod divina opera operabuntur, et quidquid petierint Patrem in nomine suo consequentur, CLV, 1367. Majus est sanare infirmos ob solam umbram, ut factum est per Petrum, quam propter tactum fimbriæ, quod per Christum factum est, 1367, 1368. Majus et mirabilius est quod homo mortuus suscitatur ab homine mortali et etiam mortuo quam quod suscitatur ab omnipotente Deo, 1367.

GUIBERTUS abb. de Novigento. — Signa et visiones non eorum quorum ministerio fiunt, sed aliorum identidem utilitati serviunt, CLVI, 616. Sicut vera sanctorum acta honori Deo, ita et falsa dedecori vertuntur, 620. Fides sæpissime causa miraculorum, 663. Non facile credendum omni miraculo, 662-664. Utrum diaboli mundum hunc inhabitent, 672.

S. ANSELMUS Cantuariens. archiepisc. — Miracula quæ solus Deus facit semper miranda sunt, CLVIII, 446. Multa de creaturis Deus operatur quæ illæ secundum usum suum propriumque nequaquam facerent, 445.

S. BRUNO Signiens episc. — Miracula soli digito Dei

sunt tribuenda, CLXIV, 721. Misericordiæ divinæ miracula, 1112. Major est splendor miraculorum, quam splendor ignis, et multo longius refulget miraculorum fama quam lampadarum flamma, 759.

HERMANNUS ex Judæo Christianus. — Ob animæ conversionem nec a Deo signum aliquod petendum est, nec magnopere exoptandum, cum utique ejus omnipotentiæ facillimum sit absque omni miraculo convertere quem voluerit, et otiosum est signum quod visibiliter foris exhibetur, si ipse per gratiam, in corde hominis, invisibiliter non operetur; fides quæ miraculis persuadetur, vel nullum vel minimum meritum habet, CLXX, 814.

HUGO A S. VICTORE. — Mirabilium Dei multitudo et profunditas, CLXXVI, 613. Mirabilis Deus in sanctis suis, plus intus quam foris, 622. De multiplici visione, 616. Quod Deus omnia potest, CLXXVII, 68. Majus est de nihilo aliquid facere quam de aliquo plus facere, 286. Aliquid in nihilum redigere soli Deo possibile est, 287.

VEN. HERVÆUS Burgidolens. monach. — Tria sunt genera visionum, CLXXXI, 19. Signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrantur in spiritu, 20. Pulchritudine virtutum, claritate miraculorum ac prædicationis decorati sunt apostoli, 745. Fides non quærit rationes eorum quæ debet credere, sed omnia imputat virtuti divinæ possibilia, sciens Deo nihil esse impossibile, 831. Idcirco fiunt exteriora miracula, ut mentes hominum ad interiora perducant, quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur, ea quæ invisibilia sunt, mirabiliora credantur, 966.

PETRUS VENERABILIS Cluniacens. abb. — Inter Spiritus sancti charismata gratia miraculorum non parvam obtinet dignitatem, utpote quæ tantam in se continet utilitatem, ut maxime per illam et mundus ab infidelitatis tenebris liberatus et æterno lumine veritatis donatus sit, et adhuc in multorum fidelium cordibus, quibus aliquando hoc videre datur, per eam fides augeatur, spes crescat, veritas confirmetur, CLXXXIX, 852.

JOANNES SARESBERIENS. Carnotens. episc.— Unde dicatur præstigium, et quis dicatur ejus auctor, CXCIX, 406. Qui sunt magi et unde dicantur, 407. De speciebus magiæ, 407. Qui sunt incantatores, arioli, aruspices, physici, imaginarii, conjectores, mathematici, sortilegi, augures, *ibid.* Contemnendas non esse rerum naturalium significationes, 407 et 418.

BALDUINUS Cantuariens. archiepisc. — Sancti prophetæ, quamvis ad quædam videnda vel prævidenda a sancto Spiritu illuminati essent, sicut homines tamen, multa permissi sunt ignorare, Deo non revelante, CCIV, 574 De miraculorum necessitate, 586.

II. — *De miraculis Veteris Testamenti.*

III. — *Item de miraculis Novi Testamenti.*

Cum hæc duo quæsita exegissent relationem omnium miraculorum Scripturæ sacræ, quæ frequentius relata frequentem repetitionem expostulassent; cumque huic operi nimis oneroso suppleatur indice generali *De verbis Scripturæ sacræ contentis in scriptis Patrum;* indice, qui solus, ut putatur, ultimum Patrologiæ tomum concludet, nos ad hunc indicem, qui revera est Concordantia scripturarum Patrum, remittimus; etenim facillime percipitur quod, cum scietur ubi Patres tractarunt de voce Sodoma, v. g., Cana, etc., ibi invenietur relatio miraculorum destructionis Sodomæ, etc., et sic de aliis.

IV. — *De miraculis post apostolos peractis.*

Hic indicantur, 1° Miracula, quæ sancti Patres operati sunt vel audierunt, vim miraculorum Christi et apostolorum et « eamdem manifestationem Spiritus ad utilitatem » habentia, seu quidquid est, sermo sapientiæ et scientiæ, fides, gratiæ sanitatum, operationes virtutum, prophetiæ, discretiones spirituum, genera linguarum, et interpretationes sermonum (*I Cor.*, XII, 7-11); 2°, item, facta potens divinitatis sigillum præ se ferentia.

Hujus ultimæ classis, miraculorum sit in exemplum uno præ millibus electo, mors persecutorum Romanorum pontificum (Lactant. VII, *col.* 190-276). Ex his non ægre feratur nos, salva reverentia, hic quædam sermone Gallico scribere, prout nuper (7 et 14 *Septemb.* 1861) ea vulgavit nota publicatio hebdomadaria *Le Rosier de Marie.*

« Rome immole ses Pontifes!! En tête de la liste des persécuteurs, se lit le nom du trop fameux Néron. Ce prince, la honte des trônes et le vassal du crime, après avoir assassiné sa mère, égorgé son épouse, tué sa concubine, envoyé à la mort une innombrable foule d'innocents, mis le feu aux quatre coins de Rome et chanté en habit de comédien ce vaste embrasement, signa le premier édit de persécution contre les Chrétiens, et inscrivit l'apôtre saint Pierre au nombre des martyrs... Mais soudain tout se lève, amis, ennemis, peuple, armée. Le Sénat s'assemble en tumulte, et porte ce décret qu'un poteau sera dressé au milieu de la place publique, que le tyran y sera traîné nu et chargé de chaînes, que ses bourreaux le frapperont de verges jusqu'à ce qu'il expire, et que son corps sera enfin précipité dans le Tibre... Abandonné de tous, un valet le frappe, et Néron tombe. Domitien, second persécuteur de l'Église et bourreau du pape saint Anaclet, périt assassiné par ses officiers et par sa propre femme; Trajan souille sa pourpre impériale du sang des papes [saint Clément et saint Evariste, n'arrive pas à Rome où des arcs de triomphe et de guirlandes l'attendent, mais laisse exhaler son dernier souffle, après une illustre défaite sous les murs ignorés de l'obscure Sélinonte. Adrien osa mettre au nombre des martyrs saint Alexandre et saint Sixte .. Il mourut des suites d'un repas. Valérien, vaincu et fait prisonnier dans une bataille qu'il livre à Sapor Ier, roi de Perse, fut abreuvé d'outrages par ce cruel vainqueur. Pendant sept ans, Sapor le traîna de ville en ville, chargé de lourdes chaînes; quand il voulait partir, il le faisait approcher, l'obligeait de se mettre à genoux, lui ordonnait de se baisser encore; puis posant le pied sur ses reins, sur ses épaules, sur sa tête, il sautait de là sur son cheval ou dans son char. Ce n'est pas tout : lorsque la mort vint terminer les misères de l'infortuné vieillard, Sapor le fit écorcher; il donna ordre qu'on remplit sa peau de paille, afin de lui conserver la forme humaine; qu'on le teignît en rouge, pour montrer qu'elle avait porté la pourpre impériale, qu'on la suspendît à la porte d'un temple... Qu'avait donc fait Valérien, ce prince autrefois si puissant? Il avait fait mettre à mort les papes saint Etienne et saint Sixte. »

Item, ut miraculum habemus quæ de Juliano apostata in præfata publicatione habetur : — Un jour, un homme puissant, au mépris de toutes les prophéties, et voulant les faire mentir, entreprit de relever le temple de Jérusalem et de rétablir la Judée dans son ancienne gloire. Qu'arriva-t-il? Une flèche mortelle vint percer le cœur de l'impie audacieux : chancelant il recueillit une poignée de sang, et la lançant avec fureur vers le ciel, « Tu as vaincu, Galiléen, s'écria-t-il, et il tomba inanimé. »

His præmissis, indicationes submittimus, quæ talia, majori minorive fundamento stabilita, sæpe amplectuntur. Ista conglobata, etsi particulatim sumpta nil fere dicant, magnam probationis vim afferunt causæ cui adaptantur et inserviunt, hoc est in gratiam nostræ religionis, catena miraculorum illius progressus sequentium.

TERTULLIANUS presbyter Carthaginiensis. — Christiani sunt tanti quanti denotamur. Obsessam vociferantur civitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, ætatem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento merent, I, 262, 263, 264. Glabrio objectus a Trajano leoni ferocissimo, ope Dei et virtute sua eum confecit, et post ipse necatus est, in Notis, 264. Moriente Christo, dies, medium orbem signante sole, subducta est; eum mundi casum relatum in arcanis vestris habetis, ait ethnicis Tertullianus, 401. Hesterni sumus et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum; sola vobis reliquimus templa, 462, 463, 570, 571, 704. Septuaginta Interpretes (hoc evenit ante Christum et apostolos) omnes in eamdem sententiam convenerunt in eamdem scripturam, separatim eam interpretantes, I, 580. Lacerati et cruenti Christiani exclamant : Deum colimus per Christum. 403 et 865.

Martyrium est prælium quo Christiani sub discrimine capitis ante gentilium tribunalia certant et vincunt cum occiduntur; plures efficimur quoties metimur; semen est sanguis Christianorum, I, 535, 704. Mulier theatrum adiit, cum diabolo rediit et exorcizata liberata fuit, 657. Marcus Aurelius, Christianorum militum precibus impetrato divinitus imbre, jussit severius animadverti in eos qui Christi sectatores accusarent, 295, 707. Vigellius, Saturninus, et Claudius Lucius, persecutores Christianorum, sua morte ultionem divinam præ se ferunt, 702. Si pristinæ clades comparentur, leviora nunc accidunt ex quo Christianos a Deo orbis accepit, 486. Vita Christianorum, sua sanctitate, miraculum constans; vide, inquiunt pagani, ut se invicem diligant, 280, 465, 471, 472, 700. Severus, frater Antonini, Proculum Christianum Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando

curaverat, requisivit, et in palatio suo habuit, I, 703. Spiritus immundus jussus loqui a quolibet Christiano se dæmonem confitetur, 413, 700 Christianorum in dæmones potestas quanta, 413, 463, 624, 677, 700, 703; II, 112. Diabolum esse profitetur, I, 651, 655, 977, 1161, 1205, 1256, 1312; II, 54, 102, 106, 296, 297, 301, 576, 620, 673, 916. Diaboli responsio, cum oneraretur in exorcismo ob mulierem Christianam in theatro a se obsessam : In meo eam inveni, I. 657 Dæmones esse affirmatur, I, 405, 413, 434, 447, 646, 677, 700, 703; II, 97, 693, 700, 717, 732, 748. Alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probaverunt, II, 125.

Sanctæ martyres Felicitas et Perpetua Visiones et passio sanctarum Perpetuæ, Felicitatis et sociar., III, 47-58. Sancta Felicitas gravida cum pro naturali difficultate octavi mensis in partu laborans doleret, ait illi quidam ex ministris carceris : Quæ sic modo doles, quid facies objecta bestiis quas contempsisti, cum sacrificare noluisti ? Et illa respondit : Modo ego patior quod patior, illic autem alius erit in me qui patietur pro me, quia et ego pro illo passura sum, 47-58. S. Petro mox crucifigendo Romæ, Christus apparuit et dixit : *Vado iterum crucifigi*, in Notis, III, 47. De martyrio sancti Polycarpi, 44. Joannes in igneum oleum demersus nil passus est, in Notis, 90.

MINUCIUS FELIX. — Semel et iterum asseveranter affirmatur signo crucis Christi et Christianorum adjurationibus omnem magicam artem omniaque incantamenta evanescere ac cunctas dæmonum frandes repelli. Dæmones adjurati per Deum verum et solum, inviti miseris corporibus inhorrescunt, et vel exsiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat, III, 326. De martyrio sanctæ Agnetis, Dissertatio in Minuc. Felic., 536. Pueri et mulierculæ, cruces et tormenta, feras et omnes tormentorum terriculas, inspirata patientia doloris, illudunt, 353. Bibliadis mirum martyrium, 487.

PONTIUS diaconus. — Martyrium S. Cypriani, 1482-1506.

S. CYPRIANUS episcop. Carthaginens. et martyr.—Mutati sunt piscatores, mutati sunt postea etiam plurimi senatores, mutatus est Cyprianus, IV, 75. Postquam undæ genitalis auxilio superioris ævi labe detersa, in expiatum pectus serenum ac purum desuper se lumen infudit, postquam cœlitus spiritu hausto, in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri posse quod impossibile putabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret, Dei esse cœpisse quod jam Spiritus sanctus animaret, 200, 201. Dæmones a Christianis e corporibus obsessorum ejiciuntur, 203, 555. Nemo Christianorum reluctatur quando apprehenditur, quamvis nimius et copiosus sit populus Christianus, 557. Martyres exsultant in tormentis, 559. Est in muneribus magnis si quis coronatur quo coronatum se putat, si forte martyr moriatur, 791. Virtus martyrii tanta est ut per illam credere etiam ille cogatur qui te voluit occidere, 795. De revelatione capitis sancti Joannis Baptistæ, 931, 940.

ARNOBIUS.—Polycarpus, constantissimus et floridissimus martyr, concrematus fuit, Not., V, 747. Gentes, populi, nationes quæ sub oculis suis peragi viderunt, edediderunt ipsi, et credenda posteris tradidere, 792. Totus mundus brevi tempore religione Christiana completus est, 793. Præcones religionis Christianæ, per orbem totum missi, membra et viscera sua lanienda præbuere, 794. Simon Magus a S. Petro ex sublimi aere dejectus perhibetur, 828.

LACTANTIUS. — Fieri non potuit ut homini per seipsum ratio divina innotesceret, et ideo non est passus hominem Deus lumen Sapientiæ requirentem diutius errare, ac sine ullo laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles : aperuit oculos ejus aliquando, et notionem veritatis munus suum fecit, ut et humanam sapientiam nullam esse monstraret, et erranti ac vago viam consequendæ immortalitatis ostenderet, VI, 113. Sibylla prædixit de Christo et aliis rebus religionis Christianæ, 491-498; 505-513. Sicut Christus, cum inter homines ageret, universos dæmones verbo fugabat, hominumque mentes emotas et malis incursionibus furiatas, in sensus pristinos reponebat, ita nunc sectatores ejus eosdem spiritus inquinatos de hominibus, et nomine magistri sui et signo Passionis, excludunt; nam cum diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant : « Nec responsa potest consultus reddere vates, » 532 et 886. Christiani cruciari atque interfici malunt, quam thura tribus digitis comprehensa in focum jactare, 610, 611. Dæmones, cum corpora hominum occupant animasque divexant, abjurantur a Christianis, et nomine Dei veri fugantur; quo audito, tremunt, exclamant et uri se verberarique testantur, et interroganti qui sint, quando venerint, quomodo in hominem irrepserint, confitentur, sic extorti et excruciati virtute divini nominis, exsolantur, 623. Cum jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, et editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate, faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele ac stabile collocavit, VII, 195, 196. Commonitus est in quiete Constantinus, ut cœleste signum Dei notaret in scutis, atque ita prælium committeret. Fecit ut jussus est, et tranversa X littera summo capite circumflexo, Christum in scutis notat; quo signo armatus exercitus capit ferrum. Procedit hostis obviam sine imperatore, pontemque transgreditur. Acies pari fronte concurrit. Summa vi utrinque pugnatur. Neque his fuga nota, neque illis. Fit in urbe seditio.. Tumque repente populus voce subclamat, Constantinum vinci non posse, 261. Licinio quiescenti asistit angelus Dei monens ut ocius surgeret, atque oraret Deum summum cum omni exercitu suo; illius fore victoriam, si fecisset. Post has voces, cum surgere sibi visus esset, et cum ipso qui monebat astaret, tunc docebat eum quomodo et quibus verbis esset orandum, 264. Perplura miranda referuntur in opere : *De mortibus persecutorum*, 190-275.

EUSEBIUS PAMPHILUS. — Constantinum imperatorem, horis diei meridianis, sole in occasum vergente, crucis tropæum in cœlo ex luce conflatum, soli superpositum, ipsis oculis se vidisse affirmavit cum hujusmodi inscriptione, *Hac vince*, in vita Constantini, VIII, 22, 23. Quemadmodum Mosis ac religiosæ quondam gentis Hebræorum temporibus, Deus currus et exercitus Pharaonis projecit in mare et fluctibus operuit, sic plane Maxentius, persecutor Christianorum, et quicunque circum illum erant, milites ac stipatores, instar lapidis in altissimum Tiberis gurgitem conciderunt, 25, 26. Ubicunque in præliis crucis signum adfuit, parta est victoria, 38. His ex cruciferis qui fugit, interfectus est; qui vero fidelis permanserat, incolumis evasit, 39. Constantinus orans in tabernaculo victoriam adeptus est, 40.

FORTUNATUS. — S. Hilarius ex insula Gallinaria serpentes fugat, infantem sine baptismo defunctum suscitat, Abræ filiæ et uxori mortem precibus obtinet, IX, 190, 191, 192. S. Hilarii reliquiarum ope Probianus moribundus sanatur; duo leprosi mundantur de pulvere sepulcri. Manus contracta sanatur, cæco visus redditur, mulieri manus arida redditur sana, in una puella plura eduntur miracula, de cereo miracula, 195, 196, 197, 198, 199. Præsente S. Hilario, hæretica machinamenta proficere non possunt, 190.

S. ZENO. — A malo spiritu sanavit Gallieni Cæsaris filiam; boves cum duce submersos reduxit a pelago; multos liberavit ab hoste pestifero, e fluvio exemptum suscitavit mortuum, multa idola destruxit per crebra jejunia, ejus potestas magna fuit in dæmones, XI, 131, 154. In civitate Verona Natale S. Zenonis martyris quando aquæ fluminis Athesis usque ad superiora tecti, fenestras ecclesiæ illius excreverunt, nec in eam intrare potuerunt, virtutem martyris ostendentes, 155.

S. OPTATUS.— Julianus apostata, imperator profanus et sacrilegus, justo Dei judicio moritur, XI, 969. Donatistæ jusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo divini judicii; nam iidem canes accensi rabie, ipsos dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos et inimicos laniaverunt. Ampullam quoque Chrismatis per fenestram, ut frangerent, jactaverunt, et cum casum adjuvaret abjectio, non defuit manus angelica quæ ampullam spiritali subvectione deduceret; projecta casum sentire non potuit; Deo muniente illæsa inter saxa consedit, XI, 972. De martyrio SS. Donati et Marculi, 1015.

S. PAULINUS. — Vox infantis fertur sonuisse in populo Ambrosium episcopum, et ad ejus vocis sonum totius populi ora conversa sunt, acclamantis Ambrosium episcopum, *Vita S. Ambrosii*, XIV, 29. Quædam mulier paralytica, in lecto jacens, in sellula gestata est ad S. Ambrosium, et ipso orante et manus imponente sanata fuit, 30. S. Ambrosius a virgine Arianorum vestimentis attractus ut pelleretur de ecclesia, illam admonuit vereri judicium Dei ne sibi mali aliquid eveniret. Quod dictum exitus confirmavit; nam alio die mortuam ad sepulcrum usque deduxit, gratiam pro contumelia rependens, et hoc incussit omnibus timorem, 31. Euthymius carpentum malitiose parat, quo S. Ambrosium raptum traheret ad exsilium : at in eo carpento, justo Dei judicio, ipsemet dirigitur ad exsilium quod paraverat S. Ambrosio, *ibid.*

SS. Protasius et Gervasius, martyres se revelant S. Ambrosio, et cum eorum corpora sunt levata, cæcus lumen recepit, et obsessa corpora a spiritibus immundis curata, summa cum gratia domum repetebant, 32, 37, 93. Quidam Arianus a spirito immundo correptus et cruciatus clamare cœpit se optare ita torqueri eos, ut ipse torquebatur, qui negarent martyres, vel qui non crederent in Trinitatis unitatem quam docebat Ambrosius; at Ariani, præsentes tali voce contusi, in piscinam demersum hunc hominem necaverunt, perfidiæ homicidium adjungentes, 32. Vir de hæresi Arianorum constitutus in ecclesia vidit angelum ad aures sancti Ambrosii tractantis loquentem, ut verba angeli populo episcopus renuntiare videretur, 33. Dæmones fatentur se non solum nihil posse in S. Ambrosium, verum nec etiam ad fores domus, in qua manebat Ambrosius, appropinquare, 34. Quidam Arianus gladium ferens ad cubiculum S. Ambrosii usque pervenit, ut eum interficeret; sed cum elevasset manum, districto gladio, dextera exserta in aera obrigente remansit. Tunc se missum a Justina postquam confessus est, brachium quod, inique cum extenderetur, obrigueral, sanatum est confessione *ibid*. Puer spiritu immundo vexatus, Mediolanum adveniens apud S. Ambrosium non obsessus fuit, at rediens iterum vexatus fuit; et cum interrogaretur ab exorcistis cur quandiu Mediolani fuisset non in illo apparuisset, confessus est diabolus se timuisse S. Ambrosium, et ideo recessisse ad tempus, atque exspectasse in illo loco, ubi ab illo recesserat donec reverteretur, *ibid*. Theodosius imperator promiserat se veniam daturum civibus civitatis Thessalonicensis; at, agentibus comitibus occulte cum imperatore, plurimi innocentes interempti sunt. Quod factum ubi cognovit S. Ambrosius, coram imperatori ingrediendi ecclesiam denegavit, nec prius dignum judicavit cœtu Ecclesiæ, vel sacramentorum communione quam publicam ageret pœnitentiam, 35, 36, et 57, 58, 59. Obsessus a dæmone sanatur a S. Ambrosio, 38, 39. Sunt adhuc quædam similia miracula in sequentibus ista, 40, 41, 42, 43, 44, 45 et 46. Valentinianus præfectus, ob maledicta in S. Ambrosium, pœnas dat, 91. Per obsidionem Hierosolymitanam a Tito Paschæ diebus templum refulgebat per singulas noctes quasi dies esset, et alia miranda audita sunt, ut, Transeamus hinc, vox ab oriente, etc., XV, 2187-2192. De inventione et miraculis SS. Gervasii et Protasii, etc., 2100, 2206; XVI, 337, 338. De cæco illuminato, 10191 et 626.

SULPICIUS SEVERUS. — In Vita S. Martini et in Dialogis, multa leguntur miracula facta intercessione S. Martini, etc., XX, 159 et 222.

RUFINUS AQUILEIENS. — In Historia monachorum innumera referuntur miracula; eam adi, XXI, 391-463. Philosophus dialecticus confunditur simplicitate cujusdam senioris, 469, 470. Paphnutius confessor sola oratione ægros curat, cæcis visum reddit et paralyticos sanat, 471. S. Spiridion episcopus, cum fures nocte ad caulas venissent ut oves furarentur et permansissent invisibilibus quibusdam vinculis restricti, mane eos liberavit et dimisit. Ejus filia Irene, accepto deposito, defuncta est, et qui illud commendaverat, ad patrem repetulavit; at eo non invento, nemo enim sciebat unde esset, Spiridion patet ad sepulcrum filiæ properat, atque eam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulcro, Quid vis, ait, pater?... Commendatum illius ubi posuisti? At illa locum designans, Illic, ait, invenies defossum; et rem repertam pater tradidit reposcenti, 471. S. Helena, Constantini mater, Jerosolymam petit et pergit ad locum cœlesti indicio sibi monstratum, ut veram Christi crucem reperiret; et tres in confuso ordine reperit; etsi titulus adfuerit, non satis evidenter Dominici prodebat signa patibuli. Accidit feminam gravi ægritudine confectam seminecem jacere. Macarius, Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopus, ait: Afferte huc totas quæ repertæ sunt cruces, et quæ sit quæ portaverit Dominum, nunc nobis adaperiet Deus; et oratione facta admovit ad mulierem semivivam unam crucem e tribus; post secundam; et nihil profecerunt, nec aliquid egerunt; ut vero admovit tertiam, repente mulier adapertis oculis consurrexit et, stabilitate virium recepta, alacrior quam cum sana fuerat tota domo discurrere et Domini potentiam manifestare cœpit, 475, 476, 477, 478. Frumentio episcopo apud Indos tanta gratia virtutum data fuit a Deo ut signa apostolica per eum fierent, et infinitus Barbarorum numerus converterentur ad fidem, 478, 479, 480. Mulier captiva, oratione fusa ad Deum, parvulum ægrotantem cujusdam nobilis feminæ, nomine Dei Christi invocato, sanat. Parentes convertuntur ad fidem; fama volat, et rex ipse et regina loci vocant captivam, et illi et omne regnum convertuntur ad Christum, et ecclesia construitur, 480, 481, 482. S. Athanasius per sex annos latens in cisterna non habente aquam, proditus, fugit, Spiritu divino admonitus, eadem nocte qua ad eum comprehendendum veniebatur, 491. Miracula de Judæorum conatibus qui a Juliano decepti templum in Jerosolymis reædificare volebant; ita ut terræmotu et igni accenso divinitus, Judæi ab illicitis disturbantur inceptis, 505, 506. Globus igneus per medium plateæ Hierosolymitanæ percurrens ultro citroque ferebatur, et signaculum crucis in vestimentis omnium apparuit. Quæ signa terrifica conversa sunt in exitium Judæorum, 506. Homo omnibus membris et præcipue pedibus aridus, oleo unctus in nomine Domini sanatus est, et confirmatæ sunt plantæ ejus; cæcus visum recepit ad cellulam S. Macarii absentis; lœna vicina adducit catulos prope S. Macarium; et ille cum intellexisset bestiam pro cæcitate catulorum supplicare, rogavit Deum ut eis redderet visum. Quo recepto, matrem sequentes redeunt ad speluncam, 511, 512. Spiritus immundi effugantur e puella a quinque Patribus deportatis in quamdam insulam Ægypti, et populi insulæ convertuntur ad Christum, 513, 514. Mulier, quo properas, aiebat quidam præfectus, tam festina? Ad campum, ait illa, quo catholicorum populus convenit. Et non audisti, ait ille, quia præfectus illuc pergit ut omnes interficiat quos invenerit? Audivi, inquit, et ideo festino ut ibi inveniar, 514. Quot virtutes et miracula fecerunt discipuli sancti Antonii, 517. Justina imperatrix exsilium sortitur quod Dei sacerdotibus præparabat, 525.

S. HIERONYMUS. — Ad monasterium Bethleem cui præerat S. Hieronymus advenit leo, tribus claudicans, quarto suspensus pede, vulneratam a sentibus habens plantam; sanatur et convaluit; familiaris factus, asinum socium habuit, et simul opera domus in campis peragebant. Asinus raptus fuit a mercatoribus. Isti, post tempus, redierunt ad vicinia, ducentes præfatum asinum oneratum mercibus et simul multos camelos. Leo, ut fures asini vidit, eos fugat, et asinum cum camelis coegit ante se ad monasterium. Patres mirantur, gaudent de asino sibi reddito, et de præda camelorum solliciti sunt. Mox mercatores venerunt et confessi sunt se rapuisse revera quondam asinum et furorem leonis in ipsos, dum eos conspexisset in campis. Tunc, pace inita, relinquunt asinum, et secum assumunt suos camelos et sua, et suum iter pergunt, in Vita S. Hieronymi, XXII, 204-214. Volentibus mori, non permittebatur occidi; sic unus martyr, victor inter equuleos laminasque, melle perungitur, et sub ardentissimo sole, religatis manibus post tergum, reponitur, ut muscarum aculeis cederet qui ignitas sartagines ante superasset; alter irretitus blandis sertorum nexibus super exstructum plumis lectum ponitur, inter lilia candentia et rubentes rosas. Quem meretrix speciosa cœpit delicatis stringere colla complexibus... Quid ageret miles Christi, et quo se verteret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratus, præcisam mordicus linguam in osculantis se faciem exspuit, et sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superavit, XXIII, 20. Paulo per noctem quiescenti revelatum est esse alium ulterius multo se meliorem ad quem visendum deberet proficisci, 22. Paulus et Antonius, post sanctum osculum et proprio nomine salutati, sermocinantes, ecce suspiciunt alitem corvum in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subvolabat, et integrum panem ante ora mirantium deposuit. Post ejus abscessum, Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta jam anni sunt ex quo dimidii semper panis fragmentum accipio; verum ad adventum tuum, militibus suis Christus duplicavit annonam, 25. Paulus rogat Antonium ut quæsitum eat pallium S. Athanasii ad obvolvendum corpus suum post mortem, 26. Antonius videt inter angelorum catervas, inter prophetarum et apostolorum choros, niveo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere, 27. Cum Antonius contristaretur quod sarculum quo terram foderet non haberet, duo leones ex interioris eremi parte currentes volantibus per colla jubis ferebantur, et directo cursu ad cadaver beati Pauli substiterunt; adulantibus caudis circa Antonii pedes accubuere, fremitu ingenti rugientes prorsus ut intelligeret eos plangere, quo modo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere, arenamque certatim egerentes unius hominis capacem locum foderunt; et statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium cervice dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus ejus pedesque lingentes. At ille animadvertit benedictionem a se precari... et postea manu innuens eis, ut abirent imperavit, 27, 28. S. Hilario dæmonum ludibria fugat, signans crucem Christi in fronte, 51. Venientes latrones ad S. Hilarionem nocte, a vespere usque ad solis ortum discurrentes, locum ejus

cubiculi invenire non potuerunt, 53. Mulier sterilis filium habet intercessione S. Hilarionis, 53, 54. Mulier cæca ad S Hilarionem adducta, visum recepit, 55. Auriga, a dæmone percussus in curru totus obriguit, et eum S. Hilarius sanat, *ibid*. Marsitas possessus a dæmone sanatur a S. Hilarione, *ibid*. Item et paralyticus, 56. Alia referuntur S. Hilarionis similia miracula, 57, 58, 59, 46, 49, 50.

LUCIUS DEXTER. — Miracula S. Jacobi apostoli, in Hispania, XXXI, 115. S. Veronica Romam venit, et ibi, clara miraculis moritur, 161. S. Maria Magdalena miraculis clara in Gallia moritur, 255. S. Eutychius, quem e fenestra præcipitatum S. Paulus suscitaverat, moritur martyr in Hispania, 299.

S. AUGUSTINUS. — Monicæ S. Augustini matri sollicitæ et mœrenti de filii pravis moribus, per somnium dicitur : Ubi tu, ibi et filius tuus; et ab episcopo quodam responsum fuit : Vade a me, ita vives; fieri non potest ut filius istarum lacrymarum pereat, XXXII 692, 693. Flebam, ait S. Augustinus, amarissima contentione cordis mei, et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis et crebro repetentis, Tolle, lege ; tolle, lege. Surrexi, et aperui codicem ut legerem quod primum caput invenissem; legi capitulum quo primum conjecti sunt oculi mei. « Non in comessationibus, » etc., et protinus omnes dubitationis tenebræ diffugerunt, 762. Miraculum factum ope neptis Severini episc., XXXIII, 426. S. Ambrosio per visum Deus aperuit quo loco laterent corpora SS. martyrum Gervasii et Protasii, XXVII, 770. Corpus S. Stephani revelatione divina, apparuit, per S. Ambrosium, XXXVIII, 1299, 1438. Ista detectio habuit multa miracula. Mediolani eram, ait S. Augustinus, novi facta miracula. Cæcus notissimus universæ civitati illuminatus est, cucurrit, adduci se fecit, sine duce reversus est, 1299. Per orationes S. Stephani Paulus et soror Palladia sanantur, scilicet : Mulier quædam habebat decem filios; major natu gravibus et intolerandis injuriis eam affecit, et etiam manus in eam intulit. Cæteri filii præsentes tacuerunt. Mater, ad sacri baptismatis fontem progressa postulavit a Deo ut extorres patria et circumeuntes alienas terras omne hominum genus suo terrerent exemplo ; et mox tremor membrorum filium majorem invasit ; et intra unum annum, servato ordine quo nati erant, intra unum annum eadem pœna omnes corripuit : secundus filius ad gloriosi martyris Laurentii memoriam meruit sanitatem. Paulus, sextus ordine, cum sorore sua post visionem quam habuerunt de sua futura sanitate admoniti sunt visione divina ; Paulus orabat in loco ubi Hippone-regio est memoria S. martyris Stephani, subito cecidit ; post paululum exsurrexit et illum tremorem non invenit in corpore suo. Concionante S. Augustino, populus de memoria S. Stephani clamare cœpit, Deo gratias, Christo laudes! In quo continuo clamore, Palladia, ista soror Pauli quæ curata est, ad absidem perducta est. Qua visa, populus cum gaudio et fletu, nullis interpositis sermonibus, sed solo strepitu interposito, aliquandiu clamorem protraxit, 1443, 1444, 1446; XLI, 769, 770. Perplura referuntur miracula in libro XXII De Civitate Dei, XLI, 763-771.

JOANNES CASSIANUS. — Dominicæ crucis virtus adversus dæmones, XLIX, 700. — Abrahæ abbatis miracula, 1000. Dæmon aperte confitetur se per Arium et Eunomium hæreses sparsisse, 715, 716. Variis ex causis dæmones hominum corpora possident, 707. De dæmonibus, 197, 258, 560, 602, 681, 695, 698, 707, 712, 733, 751, 752, 761.

S. HILARIUS Arelatens. — De miraculo S. Genesii Arelatens. martyr., I, 1273-1276.

IDATIUS. — Apparitio crucis Salvatoris in Oriente sub Constantino Magno, anno 351, LI, 909.

MARCELLINUS. — Signa in cœlo, anno 389. Reliquiarum S. Stephani mira revelatio, Luciano presbytero facta, anno 415, LI, 923.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Omnes qui febribus, pestilentiis et morsu canis rabidi vexati, accurrunt ad tumulum S. Petri Chrysologi, sanantur, in Vita, LII, 59, et alibi passim.

S. LEO pap. — Attila et Gensericus S. Leonis papæ dignitate et ornatu ab animo hostili domantur, et subito discessum parant. LV, 280.

VICTOR VITENSIS. — Duo fratres moriuntur martyres, LVIII, 244. Mulier duris cruciatibus laniata, ita ut mortua crederetur, tacta a quadam virgine adveniente, illico sanata fuit, 244. Perplura referuntur miracula, 234-260. Martyrium S. Juliæ, 579-580 et 391-420. Sexaginta confessores, inter quos erat S. Reparatus Vigilius, linguis abscissis, loquuntur quomodo antea loquebantur, 245.

DRACONTIUS. — Summa Petri miracula, LX, 856. Simonem Magum per aera volantem confundit, 858.

PAULINUS NOLANUS. — Gennadius claruit potentia in dæmones, LXI, 71. Miraculum in inventione sanctæ Crucis patratum omnem dubitationem tollit, 329. Valgius ex naufragio servatus est, 399, 400. Plurima alia miracula referuntur, 671, 672 et 909.

S. SEVERINUS. — Pedibus S. Severini quidam submisit filium diurno languore vexatum. Tum data oratione qui semivivus allatus fuerat, statim patre mirante surrexit, et perfecta protinus revertitur sanitate, in Vita, LXII, 1192. Precibus S. Severini leprosus divina opitulatione mundatur, 1292; et perplura citantur miracula alia, in Vita, 1170-1200.

GUIBERTUS. — S. Eleutherius filium tribuni resuscitat; ipsemet vinculis constrictus ab angelo liberatur; cæcum illuminat, leprosum sanat ; angelus, ei postulanti revelat culpam a Ludovico, Francorum rege, commissam, LXV, 67-69. In depositione corporis S. Eleutherii mulier cæca et muta visum et loquelam recuperavit, 75. In elevatione ejus corporis, mortuus resuscitatur, et duo cæci oculorum visionem receperunt, tres paralytici curati sunt, claudus consolidatus fuit et ambulavit exsiliens, 75-79. Ejus intercessione Feriolus vinctus solvitur et Libertinus a morte suscitatur, et in urbe Tornacensi, quo ejus corpus translatum fuit, nova de die in diem miracula eveniunt istius sancti meritis, 80-82.

DIONYSIUS EXIGUUS. — De inventione miraculosa capitis S. Joannis Baptistæ, LXVII, 419-454.

S. CÆSARIUS Arelatens. — Puer resuscitatur ejus precibus, in Vita, LXVII, 1015. Elpidius diaconus diabolica infestatione fatigatus, a S. Cæsario liberatur ab ista vexatione, in Vita, 1016. Mulier paralytica et omnibus membris contracta sanatur, in Vita, 1018. Plura alia referuntur miracula, 1018-1020. Innumera alia miracula indicantur a S. Cæsario patrata, sive per vitam, sive post mortem, 1025-1042.

AURELIUS CASSIODORUS. — Constantinus imperator, cogitans quem in bello deum haberet auxilio, vidit in somno crucis signum cœlo splendide collocatum ; mirantique visionem astiterunt angeli dicentes : *O Constantine, in hoc vince*. Fertur autem et ipsum Christum apparuisse ei, signumque monstrasse crucis, ac præcepisse ut figuram similem faceret, et in prœliis hoc auxilium haberet, quo victoriæ jura conquireret. Eusebius Pamphilus cum jurejurando imperatorem ipsum dicentem audiisse sic refert, quia circa meridiem, declinante jam sole, crucis signum ex lumine factum, et scripturam consertam ei dicentem, *In hoc vince* vidisset ipse et milites qui cum eo tunc essent, LXIX, 888. Signum, in vexillum crucis transformatum, quod Labarum vocatum fuit, proponebatur in prœliis ante omnes ordines; et mirabiliter, divina regente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, a signifero autem inter pericula protinus evolabant, 888, 889. Helena, mater Constantini imperatoris, per somnum admonita ad Jerosolymam properavit, et ibi requisivit sepulcrum Christi. Et palam facto Domini monumento, apparuerunt circa id tres cruces suffossæ, et clavi, simul et titulus litteris Hebraicis, Græcis, Latinisque conscriptus : *Jesus Nazarenus Rex Judæorum*. Dicitur quia etiam mortuus crucis tactu surrexerit, et mulier longa ægritudine fatigata, crucem veram attingens sanata fuit, 936, 937. De miris quæ evenerunt cum Judæi, impulsu et auxiliis Juliani apostatæ, reædificare cœperunt templum Hierosolymitanum et de causis cessationis operum, 1058, 1059. Miraculum de dæmonibus ob crucis signationem fugientibus, 1030. Julianus monachus, senior sacratissimus, orans cognovit mortem Juliani apostatæ ea hora qua percussus est, 1061. Jaculum repente delatum, discurrens per brachium in latus Juliani apostatæ immersum est. Ex hoc vulnere suscepit terminum vitæ. Quis vero justissimum intulerit vulnus, hactenus ignoratur. Aiunt autem quia dum fuisset vulneratus, mox manum sanguine suo complevisset, et in aerem projecerit dicens : *Galilæe, vicisti*, 1066. Miracula alia describuntur, LXX, 1297.

S. GREGORIUS TURONENS. — In Vita S. Gregorii Turonens. episc., multa miracula tradit Odo abb., illius scriptor, LXXI, 115-130. Item libri Miraculorum, De gloria martyrum, 705; De miraculis S. Juliani, 800-828 ; De gloria confessorum, 828-912; De miraculis S Martini, 913-1010 ; Vitæ Patrum, 1010-1096. Historia Septem dormientium, 1107-1118; Vita S. Aridii abbat., 118-1150.

VENANTIUS FORTUNATUS. — Vita S. Germani, Parisiens. episc., LXXII, 55-78; LXXXVIII, 454-479. De sancto Mauricio et sociis ejus, de S. Hilario, Medardo, etc., 108-150. De S. Martino, 328-333. Vita S. Hilarii Pictaviens., 440-454 ; Vita SS. Albini, Paterni, Radegundis,

Amantii, Remigii, Medardi, Marcelli, Lechini et Maurilii, 482-576.

VITÆ PATRUM EREMITICORUM. — Vita S. Pauli primi eremitæ, auctore S. Hieronymo. Vita S. Antonii abb., auctore S. Athanasio. Vita S. Hilarionis monach., et Vita S. Malchi captivi monach., auctore S. Hieronymo; et Vitæ aliorum, multa continent miracula, LXXIII, col. 89 ad 882; et Verba Seniorum, et Historia Lausiaca, quæ subsequuntur item innumera miracula referunt, 882-1234. Philotheus seu Theophiles, Pratum spirituale, Heraclidis Paradisus, Palladii Lausiaca similiter multa referunt miracula, LXXIV, 15-394. Index rerum indicat particulatim in fine prædictorum voluminum, LXXIII et LXXIV nomina et acta cujusque sancti, quem indicem consulere opus habeat qui de his cognitionem habere desiderat; nos, ne prolixiores simus, hic dare non debemus, nec alibi, ubi solum Vitam Patrum indicamus.

S. GREGORIUS MAGNUS.—In duobus ejus Vitis, una a Paulo, et altera a Joanne diaconis, multa referuntur miracula ab eo patrata, LXXV, 41-242. Item in quatuor libris Dialogorum, ubi tractatur de Vita et miraculis Patrum Italicorum, LXXVII, 150, 430.

S. AUGUSTINUS ANGL. EPISC.—In illius Vita a Goscelino monacho scripta multa leguntur miracula, LXXX, 43-91

PAULUS EMERITANUS. — In Vita Patrum Emeritensium sunt multa miracula, LXXX, 118 164.

VARNAHARIUS (S.). — In Actis martyrum tergeminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, multa referuntur miracula ab ipsis patrata, LXXX. 185-195. In Vita et martyrio S. Desiderii pariter multa sunt miracula, 195-198.

SISEBUTUS.—Vita et Passio S. Desiderii monachi habent annexa quædam miracula a S. Desiderio per vitam et post mortem patrata, LXXX, 377-384.

S. SULPICIUS. — In ipsius Notitia multa miracula referuntur ab illo patrata et in vita et per mortem, LXXX, 575-592.

S. ISIDORUS.—Sunt relata quædam ipsius per mortem miracula in *Prolegomenis*, LXXXI, 147, et in Appendice, 943-967, et LXXXII, 19-56.

S. DESIDERIUS CADURCENS. — Distincta duodecim miracula referuntur in ipsius Vita, LXXXVII, 239-246.

S. FRUCTUOSUS.—In ipsius Vita referuntur miracula, LXXXVII, 460-470.

S. ELIGIUS NOVIOMENS — Ipsius miracula leguntur, LXXXVII, 482-593.

JONAS.—S. Columbani Vita, LXXXVII, 1012-1046. Vita S. Eustasii, 1046-1056. Vita sanctæ Attalæ, 1056-1062. Vita S. Bertulfi, 1061-1069. Vita sanctæ Burgundofaræ, 1070-1083. Liber miraculorum S. Joannis abb., 1083-1088. Ibi passim frequentiora reperiuntur patrata ab his sanctis miracula, quæ cuilibet legenti mira videbuntur et stupenda.

S. ADAMANUS. — De vita, revelationibus et apparitionibus sanctæ Columbæ, LXXXVIII, 726-776.

S. ALDHELMUS.—Multa de illo scribuntur miracula a Faricio in S. Aldhelmi Vita, LXXXIX, 64-88.

S. BONIFACIUS.—Ipsius Vita scripta a Willibaldo multa continet miracula, LXXXIX, 601-664.

VEN. BEDA. — In ipsius ecclesiastica historia quædam referuntur miracula a variis sanctis viris patrata, quæ in Indice prædictæ Historiæ videri possunt, XCIV, 23-292; XCV, 132-138 et 222-254.

S. LEODEGARIUS. — Lumen magnum quasi in rotæ circulum e cœlo descendens super caput S. Leodegarii refulsit. Tunc trementes omnes qui hoc signum viderunt, Quid est hoc, inquiunt, domine, quod paret super caput tuum quasi in circuli modum lumen splendidissimum emissum de cœlo? Nunquam a nobis simile est visum in vita, XCVI, 343. In Historia illius translationis quædam referuntur miracula quæ tunc ad ejus sepulcrum facta sunt, 344-346. Vita et miracula quinque SS. abbatum et S. Cuthberti, 713-789. Apparitio S. Michaelis et miracula patrata, 1387-1394.

S. HILDEPHONSUS Toletanus episc. —Vita et miracula referuntur, XCVI, 43-54. B. Virgo Maria S. Hildephonso apparet et loquitur, 50.

DAGOBERTUS REX. — Tres martyres illi apparuerunt in somnis, XCVI, 1398.

CLODOVÆUS, rex Francor.—De miraculis ipsi ostensis, XCVI. 1438.

DIONYSIUS presbyt.—Iste refert quemdam monachum corum imagine sanctæ Mariæ semper Virginis lucernam illuminasse, et post tertium vel quintum vel etiam sextum mensem redeuntem inexstinctam reperisse, XCVIII, 1205

S. LUDGERUS.—Vita S. Gregorii abb. a S. Ludgero et acta S. Ludgeri ab Altfrido scripta habent miracula tum de S. Gregorio, tum de S. Ludgero, XCIX, 719-793.

ALCUINUS. — De vita S. Martini Turonens Iste catechumenus pauperem vestit, hiemali frigore, media suæ chlamidis parte; qua etiam parte chlamidis, inter angelicos exercitus Dominum Jesum, divinitus illuminatus, nocte sequente, vestitum aspexit, CI, 659. Illi quidam catechumenus adhærens, subita, sancto absente viro, morte præreptus est; quem S. Martinus precibus profusis resuscitavit, et vitæ redditum baptizavit. Alterum quoque, in quodam agro laqueo suspensum sacris orationibus vitæ restituit. Tertium, cujusdam mulieris flentem filium sola oratione in conspectu populi resuscitavit, 659, 660. Ruentem pinum super se signo crucis opposito avertit, mirantemque turbam Christo credere fecit. Se ipsum in tecto cujusdam flammis opposuit, ne innocua læderet ignis tecta, qui fanum incendit idololatriæ; aliud quoque templum antiquo errore dæmonibus dedicatum, dum manu non potuit humana, angelico fultus auxilio subvertit. Alio loco gentilium sacra subvertens, a quodam pagano gladio appetitus, ille nudum ferientis ictui collum opposuit; sed impius retro cadens, suam intelligens impietatem, veniam postulavit a sancto; alteroque librante ictum in sanctum caput, ferrum effugit de manibus. Paralyticam puellam, totisque resolutam membris, sacra benedicti olei infusione, astante populo, pristinæ reddidit sanitati. Proconsularis servum manus impositione a dæmonio liberavit, etc., etc., 660, 661. S. Vedasto occurrit cæcus quidam, petens ab eo ut per suæ sanctitatis preces illi restituat lumen oculorum; S. Vedastus preces effudit et in divina fidens pietate, et dexteram cum signo crucis posuit ante oculos cæci dicens: Domine Jesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos cæci nati, aperi oculos et istius, ut intelligat populus iste præsens, quia tu es Deus solus, faciens mirabilia in cœlo et in terra. Mox ille cæcus, lumine recepto, gaudens perrexit viam suam, 670. S. Richarii miracula, 690-694. Willibrordi miracula, 702. Miraculum de Christo venturo quod Cæsar Augustus vidit, 1174.

EGINHARDUS. — Historia translationis SS. martyrum Marcellini et Petri, et varia miracula quæ eam secuta sunt in surdis et mutis, contractis et aliis ægris, CIX, 537-590. Miracula intercessione SS. Pröti, Hyacinthi et Hermetis in ecclesia SS. martyrum Marcellini et Petri, CIV, 590-594.

HILDUINUS. — Passio SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii, et miracula de iisdem relata, CVI, 23-50.

DUNGALUS. — Ante sanctorum reliquias rugiunt dæmones, CV, 474. Cæcus sanatur virtute corporum SS. Gervasii et Protasii, 475. Miraculum quod Mediolani factum est Augustini et Ambrosii temporibus, 477.

AGNELLUS. — In libro Pontificali continente Vitas Pontificum Romanorum qui floruere a S. Apollinari usque ad S. Georgium, hoc est, SS. Apollinaris, Aderiti, Eleucadii, Martiani, Caloceri, Proculi, Probi, Dathi, Liberii, Agapiti, Marcellini, etc., etc., multa referuntur miracula seu per vitam, seu post mortem ab illis patrata, CVI, 475-750.

JOSEPHUS SACERDOS.— In Historia quam iste dedit de translatione corporum SS. Ragnoberti et Zenonis sunt relata multa miracula, CVI, 891-904.

RABANUS MAURUS. — Per reliquias S. Alexandri et quorumdam aliorum sanctorum fiunt miracula, CVII, 44-68. Ipse fecit multa miracula, nam suis precibus refertur duos cæcos illuminasse, quatuor claudos gressibus formasse, de humanis etiam corporibus plures ejecisse dæmones, et multis aliis claruisse miraculis, in ipsius Vita, 94. S. Maximinus, Aquensi Ecclesiæ præsidens multis et diversis miraculorum virtutibus effulsit, CXII, 1494. De miraculis sororum Mariæ et Marthæ, 1495-1508.

WALAFRIDUS STRABUS. — In Vita S. Galli abbatis per vitam et post mortem innumera refert miracula, CXIV, 979-1030. Item in Vitis SS. Othmari, Blaitmaici, Mammæ, 1031-1062. Angelorum et dæmonum visiones in Wettini Vita metrica, 1068-1082. De S. Leodegarii miraculis, 1143-1151.

OLDRICUS Cenomanens. episc. — In illius Vita reperiuntur multa miracula, CXV, 29 106.

S. EULOGIUS.—Triginta sex distincta miracula evolvit facta in translatione bina sanctorum martyrum Georgii, Aurelii et Nathaliæ, CXV, 948-960.

HAYMO Halberstatens. episc.—Dicitur quod de desiderio Augari, regis Edissenorum, implendo, aliquatenus Dominus faciem suam linteo panno impressit, et misit ad eum, ut qui in propria forma videri non poterat, saltem per impressam imaginem videretur. Tunc ergo Tatthæus ille discipulus qui missus est ad Edissam, prædictam ibi Dominicam deportare meruit imaginem, quæ per longa ibi tempora perduravit, donec Constantinopolim cum cæteris reliquiis est asportata, CXVIII, 825. Agapus unus ex prophetis de fame futura sub Claudio prophetavit, 826.

Cum ultio divina perurgeret Judæos, Pilatum quoque qui in morte Christi iniqui judicis officio functus est, non sinit esse impunitum. Hic ergo a Caio multis malorum cladibus excruciatus, tandem propria manu se transverberans damnat in mortem, 827. Herodes, interfector Jacobi, fratris Domini, apud Cæsaream faciens spectacula in honorem Cæsaris, arrogantissime indutus veste mirabiliter auro et argento contexta, a populis stupentibus ex metalli radiantis fulgore deus subito appellatur atque ut fiat propitius exoratur. Sed quia appellationem et fastum non repressit, mox percussus ab angelo et incredibili dolore ventris et inflatione correptus, respiciens ad amicos: En ego, inquit, deus vester; ecce percellor confestim et detrahor e vita, 828. Fraus Simonis Magi a S. Petro detecta et exstincta, 828. Nero, crudelissimus imperator, qui in tantum sceleris progressus est quod et in matrem et in fratres, et in uxores et omnis sanguinis proximos parricida exstitit, et incestus fecit, Christianos maxime persequitur, 830. In subversione Hierosolymitana a Tito Vespasiano, Ecclesia fidelium quæ Hierosolymæ fuerat congregata, divino accepto responso, prævenit subversionem, et oppidum Pellam nomine trans Jordanem, emigrat. Tunc incredibilis fit cædes Judæorum, et primo quidem diræ et inauditæ famis exitio plaga intolerabilis divinitus mittitur, in tantum ut bella et cædes inter parentes et liberos committerentur, dum non solum e manibus, sed ex ipsis faucibus invicem capere cibum decertant. Ad ultimum quidem nec loris, vel cingulis, aut etiam ipsis calceamentis abstinent; nonnulli et feni veteris festucas edunt. Porro geritur ibi facinus exsecrabile, neque adhuc apud Græcos, neque apud Barbaros auditum: Mulier quædam, Maria nomine, cum famis ingravescente periculo, et hostis deprædatione omnino jam fame deficeret, pessimis usa consultoribus, parvulum filium qui ei erat sub uberibus jugulat, igni suppositum torret; dimidium quidem consumit, dimidium vero reservat. Prædonibus autem mox, odore carnium comperto, ingressis partem offert, Meus, inquiens, hic partus est; nolite efficiaut matre religiosiores, aut femina molliores; edite, nam et prior comedi. Illico universa regio tam nefarii sceleris nuntio repletur. Nec multo post magnifica et famosissima civitas Hierosolymorum capitur, cujus quanta fuerit vastitas, vix scripto comprehenditur; ubi undecies centena millia fame et ferro peremptorum computantur, exceptis quibusque juvenibus electis, qui propter decorem corporis ad triumphum reservantur, cæterisque aliis qui ad opera Ægypti, vel ad secanda marmora, vel ad extrahenda metalla destinantur, vel per provincias vincti in servitutem distrahuntur, quorum fit numerus usque ad nonaginta millia, 832, 833. Vitula quoque tunc in subversione Hierosolymitana, sacrificiis admota in die festo Azymorum, inter manus ministrorum enixa est agnum. Porta vero in interioris ædis area, cum tanti ponderis esset, ut vix a viginti viris clauderetur, vectibus et seris munita, nocte ultro patefacta est. Visi etiam currus et armatorum cohortes in aerem ferri, et alia multa, 833. Verba S. Ignatii martyris referuntur, 837. De S. Polycarpo insigni martyre, 840. M. Aurelius, bella infert Sarmatis et Germanis; cujus exercitus dum siti periclitatur, quidam milites Christiani qui aderant, Deum supplicant: quorum supplicationibus et pluvia large de cœlo perfusa reficit exercitum, et fulmina crebro coruscantia fugant eminus hostes, 845. Narcissus, episcopus Hierosolymorum, aquam in oleum convertit quando forte in solemni die vigiliarum Paschæ oleum deesset luminaribus, 846.

S. ANSCHARIUS.—Multa refert miracula S Willehadi post mortem patrata, et post talem renumerationem ait: Ne prolixior narratio onerosa fiat legentibus, hæc et alia multa intermisimus, quæ tamen plurimorum ore vulgata in populis habentur. Corpus ejus, magnifice collocatum in basilica innumeris claruit virtutum indiciis, et de die in diem meritis beati viri multiplicia inibi crescunt miraculorum signa, CXVIII, 1022-1032.

S. LUPUS Ferrariens.—Quædam sunt miracula in Vita quam scripsit de S. Maximino, CXIX, 665-680. Multa vero in Vita S. Wigberti, 680-694

PASCHASIUS RADBERTUS.—Quædam refert miranda in passione SS. martyrum Rufini et Valerii, CXX, 1489-1507. Item in Vitis S. Adalhardi et abb. Walæ, 1508-1556 et 1557-1650.

WANDALBERTUS. — In Vita S. Goaris multa sunt relata miracula, CXXI, 639-658. Item, in Translatione reliquiarum SS. martyrum Chrysanthi et Dariæ, 673-682. Et in libro De miraculis S. Othmari. 779-795. Similiter in Vita metrica, Translatione et Elevatione S. Amandi, 931-977.

S. ADO Viennensis. — Quidam leprosus, inspectante populo, tactu S. Desiderii, Viennensis episcopi, mundatus est a lepra ab illo die quo S. Desiderius ingressus est insulam in qua exsilium subibat, cicindelam oleo plenam, quæ manu illius illuminata fuerat virtute divina permansit indeficiens, semper ardens et suam plenitudinem inexhaustam omnibus manifestans; et quicunque cujuslibet infirmitatis a sancto pontifice ex eodem liquore perunctus fuisset, illico sanatus abibat, CXXIII, 437. Vasculum vini vacuum, mox fiducia S. Desiderii in bonitatem Dei et largitatem Creatoris, plenum inventum est, 438. Brunnehildis regina, quæ immaniter interemi jussit S. Desiderium, ipsa justo Dei judicio, sub Clotario rege, indomitis equis religata brachiis, et cruribus divaricatis, membratim discinditur, 439. Ad sepulcrum S. Desiderii fiunt miracula. Quidam pauperculus, omnibus membris contractus, insuper trementibus membris gravi passione agitabatur: hic in qualo virgeo ad memoriam S. Desiderii deportatus, mox perfecta sanitate incolumis rediit, *ibid*. Claudius nomine habebat filiam multo tempore tibia claudicantem; accessit; filiam S. Desiderio sanandam commisit; oleo ipsius ut perlinita est, sanissima effecta, torturam claudicationis amisit, *ibid*. Dici non potest quot cæci ibi lumen inexpertum receperint, dæmoniaci purgati sint, claudi sanati et diversis infirmitatibus diversi curati. Sed et si qui cum fide tulerint asellam de fuste illo quo sanctum caput illius terebratum est, et quo obiit martyr, meritis illius liberantur sive a dolore dentium, sive a typo variarum febrium, sive ab aliis infirmitatibus... Mulier, multis annis a spiritu immundo vexata, illuc suorum manibus attracta, ut S. Desiderii locum attigit, illico virtute divina curata est. 439, 440, 441. Homo a nativitate cæcus, lumen inexpertum recepit ad tumbam S. Desiderii, in conspectu totius Ecclesiæ. Multaque postmodum ibi Dominus per servum suum operatus est, quæ si universa quis scribere voluerit, volumen longi operis consummabit, 441, 442. S. Theuderius cellam ædificat facto miraculo, 446. Angelus apparuit S. Theuderio, qui locum secretum ei designat ut construat monasterium, 447. Miraculis Dominus S. Theuderium clarificavit, ita ut plures a malignis spiritibus vexati et variis languoribus detenti ejus orationibus sanarentur, 448. Cum corpus S. Theuderii in feretro positum deferendum fuisset ad sepulcrum, moveri a loco non potuit; ut vero statutum fuit ut deferretur ad suum monasterium et non ad alium locum, ut primo definitum fuerat, illico tanta facilitate est motum, ut nullius ponderis esse putaretur, 448. Cæcus, ut tetigit velamen feretri S. Theuderii, continuo ab oculis ejus sanguis profluxit, et lumen recepit, 449. Quidam membris contractus ita ut natibus ipsius plantæ inhærerent, suis pedibus rediit a sancto sepulcro, 450. In translatione S. Bernardi, cum a tumulo membra hujus sancti pontificis levarentur, visum est senioribus vino ablui, ex quo multa sunt officia languentibus præstita. Vidimus energumenos atque lunaticos hujus liquoris unda potatos, viribus convaluisse, sedata impulsione diabolica, 451, 452. Septem alia miracula referuntur cum suis indiciis et circumstantiis, 451, 452.

USUARDUS Sangermanens. — In ejus Martyrologio recensentur multa miracula, 599, etc.

ADREWALDUS.— Historia translationis S. Benedicti et de miraculis, CXXIV, 901-948. Vita S. Aigulfi, 956-968. Miracula S Germani, 1208-1270.

ADREWALDUS, monach. — S. Benedicti miracula, 905 et seqq. Miracula S. Aigulphi, 965 et seqq.

ODO Bellovacens. — Quomodo reliquiæ SS. Maximi et Juliani miraculis illustrentur, 1124.

HERICUS, monach. — Miracula S. Germani, 1161-1211 et seqq.

HINCMARUS, Remens. — Vita S. Remigii Remens., CXXV, 1130-1188.

S. BERTARIUS. — S. Scholastica, caput in manibus declinans et lacrymarum fluvios in mensa fundens, serenitatem aeris ad pluviam traxit ut S. Benedictus frater nondum discederet ab ea, et ait illi: Ecce te rogavi, et audire me noluisti; rogavi Dominum meum et audivit me, CXXVI, 983, 984. S. Benedictus ad monasterium reversus, vidit ejusdem sororis suæ animam de ejus corpore egressam, in columbæ specie, cœli secreta penetrare, 986.

S. REMBERTUS.— In ejus Vita ab auctore anonymo scripta quædam referuntur miracula ab illo patrata, 992-1010. Item, leguntur miracula in inventione sive translatione S. Vincentii martyris, et in libro De miraculis S. Germani, et in translatione S. Savini. 1014-1056.

ANASTASIUS Bibliothecarius. — Multorum Pontificum Romanorum Vitas consule et miracula, CXXVII et CXXVIII. S. Gregorii IV miracula, 1286; Miraculum a S. Maximo gestum, CXXIX, 686. De S. Petro Alexandrino, 699 et seqq. De S. Demetrio, 715 et seqq.

WOLFHARDUS. — Vita sanctæ Walpurgii virginis multa recenset miracula, 877-890.

S. ODILO. — In translatione SS. Sebastiani martyris et Gregorii papæ multa eorum intercessione patrantur miracula, CXXXII, 582-622.

S. STEPHANUS Leodiens. — In Vita S. Lamberti plura reperiuntur miracula patrata sive dum viveret, sive post mortem, 646-660.

HUCBALDUS.— Vita S. Rictrudis miraculis claruit, 848. Passio SS. Quirici et Julittæ martyr., 851. Vita sanctæ Adelgundis virginis, 857-873. Vita S. Lebwini, 875-878.

S. ODO Cluniacens.—Duæ Vitæ S. Odonis scriptæ, una ab Joanne, et altera ab Nalgodo monachis, habent diversa miracula ab ipsomet Odone patrata, sive dum viveret, sive post mortem, CXXXIII, 45-85.

SIGEHARDUS. — De miraculis S. Maximi Trevirens., 965-976.

FRIGEGODUS. — De vita S. Wilfridi, 979-1011.

UTHO. Vita S. Arbogasti, CXXXIV, 1003, 1008.

FLODOARDUS. — Paucæ leguntur paginæ tomi CXXXV, quæ non referunt miracula quædam, imprimis tractatus De triumphis Christi, 23-920.

RATHERIUS. — Quædam refert miracula in Vita S. Ursmari, CXXXVI, 345-352.

WOLSTANUS monach. — S. Ethelwoldi miracula, CXXXVII, 90 et seqq.

JOANNES abb. S. Arnulphi. — De sancta Glodesinde, 222 et seqq. De sancto Joanne abbate, 249 et seqq.

GEZO. — Quædam refert miracula in confirmationem veritatis corporis et sanguinis Christi in Eucharistia, 392-398, 399.

S. DUNSTANUS.—Ejus Vita ab Osberno scripta habet miracula dum viveret et post ejus mortem, 415-472.

S. FOLCUINUS. — Quoddam miraculum in ejus Vita narratur, 540, 541; item, multa ipse refert miracula in Gestis abbatum Laubiensium, 546-582.

ADSO. — Vitæ S. Frodoberti, S. Mansueti, S. Basoli; et de translatione et miraculis S. Basoli, Vita S. Bercharii et De miraculis S. Waldeberti 602-700.

S. MAIOLUS.—Vita ipsius Maioli, 779-780. Et miracula S. Maximini, 795 et seqq.

LETALDUS. — S. Juliani Vita, et liber miraculorum S. Maximini abb., 781-820.

S. ADALBERTUS. — Vita et Passio ipsiusmet et S. Adalberti a Joanne Canapario scripta, 859-890.

HROTSUITHA monialis. — Passiones S. Gangolfi et S. Pelagii metrice scriptæ referunt quædam miracula ab istis sanctis patrata, 1083-1102. De lapsu et conversione S. Theophili, 1102-1110. Historia metrica de conversione Desperati adolescentis, 1110-1150.

GERARDUS. — Vita S. Romani, CXXXVIII, 173-185.

ANONYMI IX sæculi. — Miracula in Vita S. Amalarii, 191 et seqq.; S. Clodoaldi, 203 et seqq; S. Bonifacii, 211-217; S. Hidulphi in Vosago, 217, 219.

GESTA EPISCOPORUM ANTISSIODORENSIUM. — Ibi reperiuntur passim miracula ab his sanctis episcopis patrata, 219 394.

BENEDICTUS monachus. — Miracula in monasterio S. Sylvestri, CXXXIX, 13 et seqq.

S. ABBO. — In ipsius Vita ab Aimoino scripta sunt relata miracula, 376-414. Miracula S. Edmundi, 515, 516.

HERIGERUS ET ANSELMUS. — In Gestis episcoporum Tungrensium, Trajectensium, et Leodiensium lector reperiet multa miracula a SS. episcopis patrata, 1003-1121. Vita sanctæ Berlendis, 1104-1110. Vita S. Landoaldi, 1110-1124. Vita metrica S. Ursmari, 1225-1229.

S. HENRICUS imperat. — In ipsius Actis et Vita, auctore Adelboldo et in Vita sanctæ Cunegundis imperatricis multa leguntur miracula, CXL, 44-223.

THANGMARUS.— Vita et miracula S. Bernwardi, 385-435

ADEMARUS S. Cybardi monachus. — Miraculum per lignum sanctæ Crucis injuste detentum, CXLI, 41; alia miracula, 68 et seqq.

BERNARDUS Scholasticus. — De miraculis sanctæ Fidis virgin. 127-162.

S. FULBERTUS. — Vita S. Autberti, 355-368.

MEGINFREDUS. — De vita et virtutibus S. Emmerammi, 974-986.

ARNOLDUS. — De miraculis S. Emmerammi, 991-1090.

WOLFERUS. — S. Godehardi Vita et miracula, 1165-1230.

ANGELRANNUS.—Ipsius Vita refert quædam miracula 1403-1421; et ipse refert miracula S. Richarii in illius Vita, 1421-1458.

OLIVA Ausonens. episc. — Miracula in conversione sanctæ Afræ et sociarum, CXLII, 594-598.

ODORANNUS. — Historia translationis SS. Saviniani, Potentiani et sociorum martyr., 788-790.

S. ODILO. — Ejus miracula per vitam, 915.

RODULFUS GLABER monach. Cluniacens.— Quædam miracula in Aureliana urbe, 634, 642. Corpus S. Guillelmi miraculis claret, 701-717. Vita B. Maiolis abbat., et Vita et miracula sanctæ Adhaleidæ, 943-983.

BERNO. — Vitæ sancti Meginradi et sancti Udalrici, 1176-1204.

WIPPO. — De quodam miraculo quod accidit in die Pentecostes, 1215.

S. LEO IX pap. — Sancti Leonis Vita, auctore Wiberto. CXLIII, 467-502. De obitu et miraculis S. Leonis, 505-536.

LEO Atinens. — Inventio corporis S. Marci, 1415-1424.

SS. ARIALDUS et HERLEMBALDUS martyres. — Eorum Acta coruscant miraculis, 1451-1616.

ANNO. — Ejus Vita refert multa ab ipso ve. ejus intercessione patrata miracula, 1517-1584.

PETRUS DAMIANUS. — In quatuor ejus Vitis quæ leguntur inter Prolegomena ejus operum multa recensentur miracula quæ mirum est legere, CXLIV, 115-181. Visio cuidam sacerdoti factæ super Hildebrandum comitem, 306. S. Hilarius Pictaviens. episc., post obitum B. abbati Fredelino apparet ut quædam mandet, 514. S. Hilarius puerum resuscitat, 515, 516. Columba super caput S. Severi sedens electionem ejus provocat ad episcopatum. S. Severi miracula, 533, 535. Miracula S. Benedicti, 546, 547. Vita S. Odilonis abb., 928-944. Vita S Mauri, 945-952. Vita S. Romualdi, 953-1008. Vita SS. Rodulphi et Dominici Loricati, 1008-1024. Passio sanctarum virginum Floræ et Lucilæ, 1026-1032. Expositio visionum sanctorum martyrum Mariani et Jacobi, 1032-1036. Passim in his Vitis multa referuntur miracula quæ ut citius inveniantur, legendus est index rerum, ut jam de aliis præmonuimus. De variis miraculosis narrationibus, variis apparitionibus, et miraculis, CXLV. 572, 587.

OTHLONUS monach. — Liber visionum tum Othloni, tum aliorum, CXLVI, 341-389. Vita S. Volfkangi, 380-421. Vita S. Bonifacii episc., 427-433.

ADAMUS, Bremens. canonicus. — Gesta Hamburgens. pontif., 451-619. S. Joannis Gualberti vita et miracula 765-961.

ARNULFUS, Mediolanens. cleric. — Gesta archiepiscoporum Mediolanensium, CXLVII, 286-344.

S. GERALDUS. — Liber miraculorum S. Adalardi abbat., 1064, 1078.

S. FORCALDUS. — Liber miraculorum S. Bertini, 1097, 1160.

ALPHANUS Salernitan. — Vita et passio sanctæ Christinæ, 1269, 1293.

GUAIFERIUS. — Quoddam miraculum refertur in Vita S. Secundini, 1295, 1302. Item, in Vita S. Lucii papæ et martyr., 1302-1318.

S. GREGORIUS VII, pap. — In ipsius Vita a Paulo canonico scripta multa sunt miracula ab illo patrata ante et postquam fuerit papa, seu dum viveret et post mortem, CXLVIII, 40-104. Vita S. Altmani Pataviens. episc., 870-894. Vita et passio S. Tiemonis episc., 894-906; vita S. Anselmi Lucens. episc., 906-940. innumera referunt miracula horum sanctorum intercessione patrata.

GESTA PONTIFICUM CAMERACENS. — In his leguntur passim miracula in Ordine rerum indicata, CXLIX, 22-195; 272-286.

GODEFREDUS. — In Triumpho S. Remacli leguntur miracula, 291-333. Item in Vita S. Elphegi episc. Cantuarens., 371-393.

S. ANASTASIUS monach. — Ejus miracula, 431 et seqq.

VICTOR III, pap. — Miracula a S. Benedicto et alia facta, in monasterio Casinensi facta, 963 et seqq., 1001 et seqq.

DURANDUS Troarnens. abb. — Miracula de corpore et sanguine Christi in sacramenta facta, 1418 et seqq.

GILLEBERTUS monach. — Historia miraculorum S. Amandi, CL, 1435-1446.

WILLELMUS Clusiens. monac. — Vita Ven. Benedicti monac. Clusiens., 1459-1489.

HEMMINGUS presbyt. — Vita S. Wulstani, 1489-1491.

RADBODUS TORNACENS. episc. — Vita S. Medardi, 1495-1499. Vita sanctæ Godebertæ virg., 1517-1527.

S. LANFRANCUS Cantuariens. archiepisc. — Ipsius miracula, CL.54 et seqq.

GUILLELMUS abb. — Miracula ab illo patrata, 910 et seqq.

URBANUS II pap. — Ipsemet Casini miraculo, dolore lateris nimio sanatur CLI, 34. Miraculis claruit, teste Guiberto Novigenti abbate, 261.

VALCANDUS monach.—Vita S. Hildulfi episcop., 587-604. Vita S. Deoduti monac., 605-635

ANONYMUS.—De revelatione, ædificatione et auctoritate monasterii Fiscannensis, 701-723.

ANONYMUS Fiscannensis.—Prodigia in constructione quarumdam ecclesiarum, et alia, CLI, 715, 717, 729

S. STEPHANUS, Hungarorum rex.—In ejus Vita a Carthuitio episc. scripta, multa sunt miracula, 1207-1233.

SANCTA MATHILDIS regina. — In ejus Vita quædam sunt miracula, 1511-1525.

STEPHANUS, Hungarorum rex.—Miracula in ejus sepultura, 1226. Item nova miracula in elevatione corporis ejusdem sancti, 1230 *et seqq.*

S. BRUNO Carthusianor. institutor, — Ejus conversio occasione mortui qui sese damnatum inter solemnes exsequias e feretro proclamat, 492-496, 525-535. S. Brunonis miracula post mortem, 605-632.

S. HUGO Lincolniens. episc.—Christus in hostia apparuit sub specie infantis post mysticam sanctificationem, CLIII, 1056. De stupendo valde miraculo inter manus indigni sacerdotis, de corpore Christi, 1039 1042. Quædam alia miracula, 1057-1115.

S. WOLPHELMUS abb.—In ejus Vita referuntur multa miracula, 407-434.

EKKEHARDUS Uraugiens.— Miracula S. Celsi, 1239-1245. Miracula S. Symeonis, 1245-1247. De Vita S. Agritii, 1247-1251. Vita et passio Conradi archiep., 1251-1267. Historia martyrum Treverensium, 1269-1275 Miracula S. Medoaldi, 1275-1279. Inventio et miracula sancti Mathiæ, 1279-1298.

EBERWINUS abb.—De miraculis S. Simeonis monachi, CLIV, 1245 *et seqq.* Item S. Agritii, B. Conradi, S. Medoardi, 1250, 1265 et 1275 *et seqq.*

GOSCELINUS, Cantuariens. monach.—Miracula sancti Augustini Anglorum, apostoli, in ejus reliquiarum translatione, CLV, 17—46. Miracula S. Swithuni, 48-80. Miracula S. Yvonis episc. Pers., 82—92. Miracula sanctæ Wereburgæ virg., 97-109. Miracula sanctæ Ladgithæ, virg., 111-116.

RADULPHUS ARDENS. — Visio S. Joannis evangelistæ facta diebus quinque ante obitum, 1322. Alia ejusdem apostoli visio, 1324. Miracula in sanctæ crucis inventione, 1375. Miraculum de corpore sancti Bartholomæi apostoli, 1435.

GUIBERTUS abb. de Novigento. — Miracula B. Mariæ Virginis intercessione patrata, CLVI, 564. Puer imaginem alloquitur, cui et ipsa dedit responsum, 617. Juge miraculum olim Jerosolymis de igne quotannis accenso, 827.

GOFFRIDUS VINDOCINENS. abb. — S. Sixtus S. Laurentium prævenit ad vitam æternam, CLVII, 42. Miracula quibus Deus in auxilium venit B. Patris Benedicti, 277, 278.

THIOFRIDUS abb. Efternacens. — Miracula de pace restituta, 306. De suavi odore quæ de tumba S. Willibrodi exivit in translatione corporis sui, 1031. Miracula facta per virgas, baculos, vestes et liquores aquæ, vini et olei sanctorum, et de S. Nicolao, 372-379. De clavis Dominicis et lancea militis, 394. De cruce S. Petri, S Andreæ et de catenis S. Pauli, 396. De lapidibus S. Stephani, et de craticula S. Laurentii, 397. De potestate mirabili sanctorum reliquiarum, 405.

S. ROBERTUS abb.—Ejus miracula, 1269-1287.

S. ANSELMUS Cantuariens. archiepisc. — Ejus miracula, auctore Eadmero, CLVIII, 49-112 et 119.

EADMERUS, Cantuariens. monach.—Miracula S. Wilfridi, CLIX, 714-752. Miracula S. Bregvini, 754-761. Item, SS. Oswaldi, Dunstani, 761-80.

HUGO Cluniacens. abb. — Ejus miracula, CLIX, 845-927. Ejus visiones, 954.

GUNDULFUS episc. — Ejus miracula, CLIX, 813-836.

SIGEBERTUS, Gemblacens. monach. — Quædam recensentur miracula S. Basilii Cæsariens. episc., CLX, 66. Miracula de capite S. Joannis Baptistæ, 69. Corpus S. Stephani protomartyris miraculis illustratur, 77. Constantinopoli terræ motus et signa plurima ostenduntur in cœlo, 84. Miracula per lignum sanctæ crucis, 85. S. Simeon Stylites miraculis claret, 87. Imago sacra quam quidam Judæus diripuerat et telo transfixerat, sanguinem emittit, 105. Hastæ igneæ in cœlo videntur, portendentes Langobardorum irruptionem in Italiam, 106. Grande miraculum prodit cum juramento Petrus diaconus de S. Gregorio pap. 114. S. Amandus Elnonens. per Gallias miraculorum et prædicationis gratia claruit, 115. Signa in cœlo Saracenorum invasionem prænuntiantia, 119. Audomarus qui senio cæcus erat, intercessione S. Vedasti illuminatus est, sed pro sua salute et suis precibus iterum obtinuit ut iterum cæcus fieret, 124, 125. S. Michaelis apparitio Autberto episc., 154. Miraculum sub Constantino imperatore, gestum in imagine a quibusdam Judæis profanata, quæ sanguinem emisit, 145. Miracula ad sepulcrum S. Medardi episc., 158 Plura portenta monstrantur per Italiam, 187. S. Uldaricus episc. miraculorum gloria claruit, 193. Prodigia videntur in cœlo, 194. S. Conradus episc. miraculis illustratur, 215. Anselmus episc. miraculis innotescit, 223. Miracula visa in cœlo in Italia, 230. Miraculum feminæ, cujus manus sanguine fluebant dum lavaret puerum, 242. Miraculum auxilio sanctæ Crucis gestum in civitatis Ascalon obsidione, 276, 277. Miracula S. Maclovii, 739. Miracula S. Theobardi episcop. et martyr., 754-758. Miracula S. Lamberti, 761-810.

FULCHERIUS Carnotens. — Victoria virtute sanctæ Crucis adepta, 907-910.

BERENGOSUS abb — Miracula de inventione sanctæ Crucis, 935-981; inter hæc reperitur quomodo apostoli Petrus et Paulus Constantino apparuere, 971.

B. ROBERTUS de Arbrissello abb. — Ejus miracula, CLXII, 1054-1056.

JOANNES. S. Audoeni abb. — Miracula in translatione S. Nicasii mart. yr., CLXII, 1164.

CALIXTUS II pap. — Miracula S. Jacobi apostoli, CLXIII, 1369-1376. Miracula S. Jacobi Tarentasiens., 1411-1414.

S. BRUNO Signiacens. episc. — Ejus sepulcrum miraculis insignitur, CLXIV, 135.

GUALTERUS canonic. — De vita et martyrio S. Caroli Boni comitis, CLXVI, 873-942.

RUPERTUS abbas.—De somniis et visionibus, CLXVII, 524, 550, 554, 603.

S. NORBERTUS archiepisc. — Ejus miracula, CLXX, 1257-1343.

Ven. HILDEBERTUS. — Ejus miracula, CLXXI, 88. Vita S. Radegundis, 968-986.

HONORIUS Augustodunens. episc. — Miracula S Basilii episc., CLXXII, 843, 844. Miracula S. Cypriani, Theophili, Mariæ Magdalene, Mariæ Ægyptiacæ, Thaidis, etc., 863-953. Item S. Benedicti, 978.

GAUFRIDUS GROSSUS. — Vita et miracula B. Bernardi fundatoris congregationis de Tironio, CLXXII, 1363-1339.

RODULPHUS abb. — Sepulcrum S. Trudonis quotidie coruscat miraculis, CLXXIII, 44-50.

LEO MARSICANUS monach. — Miracula S. Benedicti fundatoris monasterii Casinens., CLXXIII, 490 et 509 De miraculis S. Apollinaris abbat., 518. Alia miracula, 626, 630. 640, 641, 658, 665; et a 678 ad 1114.

GUALTERUS monach. — De miraculis B. Mariæ Virginis, CLXXIII, 1380-1386.

WILLELMUS monach. — Tradit miracula quædam Oswaldi Leonis III pap., CLXXIX, 1006, 1024; S. Martini, 1079; S. Eadwardi, 1130, S. Magni, 1146; Gregorii VI, 1187, etc.; S. Æthelredi, 1193, 1194; S. Cenelmi, 1195, 1196. S. Wintonii, 1196, 1197; S. Eadmundi, 1197; sanctæ Melburgæ, 1199; sanctæ Fadburrhæ. 1199, 1200; sanctæ Ædgithæ, 1200, 1201; et sancti Eædwardi, 1203.

S. BERNARDUS abb. — De vita et gestis S. Malachiæ episc., CLXXXII, 1073-1117. S. Bernardi vita et res gestæ, auctore Guillelmo monacho, CLXXXV, 225-267; auctore Ernaldo abbate, 267-301; auctore Gaufrido monacho, 301-367; auctore Philippo monacho, 374-386; auctoribus variis, 386-395; auctore Gaufrido monacho jam dicto, 395,415; ex libro: Exordium magnum Cisterciense, 416-454; ex libris: De miraculis Cisterciensium monachorum, 454-466. Alia S. Bernardi Vita, auctore Alano episcopo Antissiodorens., 469-524; alia Vita, auctore jam bis citato Gaufrido monacho, 524-530; alia Vita, auctore Joanne eremita, 532-550. Leguntur etiam miracula, 684-765, 880, 905, 943-977; et 995-1195. Unde in istis plus quam millibus columnis indicatis, fere millia reperiuntur miracula, cum vix quædam non habeat, dum aliæ multa, ut duo vel tria, aut plus habeant. Hic satietas nauset, nec pati posset nisi ista miracula essent cujusque generis et speciei, unde varietas nutrit lectionem et attentionem ea legentium. Adhuc in hoc volumine sunt tres libri miraculorum aliorum Patrum Cistercensium, 1271-1383. Lector percurrat hæc et illa et fidem in miracula suam consolidabit irrefragalibiter.

GAUFRIDUS monach. Clarævallens. — De spiritu

prophetiæ quo S. Bernardus claruit, CLXXXV, 325. De mirabilibus S. Bernardi, 335-410.
HERBERTUS abb — De libro miraculorum S Bernardi, CLXXXV, 415-439.
SUGERIUS S.Dionysii Parisiens. abb. — Miracula patrata in Cella quadam semiusta, CLXXXVI, 1225
ORDERICUS Vitalis monach. — Actus et miracula apostolorum, CLXXXVIII, 101-184. Miracula S. Martialis Lemovicens., 190. Miracula successorum B. Petri, 197 *et seqq*. Miracula et prodigia ad sepulcrum B. Guthlaci eremitæ, 482. Miracula plurima habentur ad corpus S. Nicolai Myrens. episc. post translationem, 539. Mirificus casus cujusdam presbyteri episcopatus Lexoviens., 607. Prodigia et flagella cœlestia, 939.
ANSELMUS, Haverbergens. episc. — Quomodo primitiva Ecclesia novitate miraculorum et prodigiorum crescebat, 110.
S. JOANNES CIRITA, abb. — Miracula in ejus Vita, 1662-1668.
PETRUS VENERAB. Cluniacens. abb. — Libri duo de miraculis, CLXXIX, 852-928. Inter tanta quæ refert miracula in his libris, unum nunc nos narrabimus, ut notetur virtus signi crucis. Ven. Petrus, morbo diurno fatigatus, in lectulo decumbebat. Et ecce subito velut in perturbatam vocem prorumpens, circumjacentes vocavit. Quibus astantibus, horribilem malignorum spirituum turbam sibi apparuisse, seque valde terruisse, narravit. Ita, inquit, mihi conspicui fuerunt, ut mirum mihi sit, si vos latere potuerunt. Qui, signo quidem crucis a me facto pavefacti, statim disparuerunt, pessimas tamen intolerandi fetoris reliquias recedentes reliquerunt, 930, 931. Visiones et revelationes, etc., 931-951.
S. THOMAS Cantuariens. archiepisc. et mart. — Vitæ ejus, auctore Edwardo Grim, CXC, 1-56; auctore Rogerio de Pontiniaco, 56-103; auctore Willelmo filio Stephani, 104-192; auctoribus Joanne decano et Alano abbate, 194-233; auctore Willelmo Cantuariens., 234-257; auctoribus Henrico abbate et Rogerio monacho, 258; auctore anonymo, 264-266; auctore Benedicto abbat., 268. Passio, auctoribus anonymis Lambertbiensi, 278-318; 318-328; 328-330; 330-335; 335-344; 344-352; adhuc et una Vita, anonymo auctore, 352-370, referunt innumera miracula, quæ sigillatim referre onerosissimum opus esset.
HERBERTUS de Boseham. — S. Thomæ gloriosa mors revelata, 1281.
GERHOHUS, præpositus Reicherspergensis.— De vita et virtutibus S. Wirntonis abbat., CXCIV, 1427-1473. De ejus obitu, 1433-1444.
ECKBERTUS abb., B. MATERNUS, Trevirens. episc. — De morte suscitatur per baculum S. Petri, CXCV, 23. S. Dionysii insigne miracul., qui post martyrium caput suum gerens perambulabat, 23. Visiones, signa, etc., in Vita sanctæ Elisabeth virgin., 126.
S. AELREDUS abb. — Ejus miracula, 200. Edwardi regis Anglor. miracula, 752-775. Quomodo monialis in carcere dejecta, miraculo liberata est, 791.
S. HILDEGARDIS abbatissa. — Natales, res gestæ et scripta, CXCVII, 9-84; Vita auctoribus Gaudefrido et Theodorico monachis, 91-139. Scivias seu visiones et revelationes, 384-738. Vitæ S. Ruperti, 1081-1094; et S. Disibodi, 1095-1116.
JOANNES Saresberiensis Carnotens. episc. — Vita S. Anselmi, CXCIX, 1010-1040.
PHILIPPUS DE HARVENG abb. Bonæ Spei. — Vita S. Augustini, CCIII, 1206-1234. Vita et miracula S. Amandi, 1234-1300. Passio sanctorum martyrum Cyrici et Julitæ, 1303-1311. Passio S. Salvii martyris, 1313-1325. Passio S. Foillani martyris, 1325-1337. Passio Gisleni confessoris, 1338-1350. Vita sanctæ Waldetrudis, CIII, 1375-1386. Passio S. Agnetis martyris, 1387-1392.
REINERUS monach. — Miracula in vita S. Thiebaldi monach., CCIV, 76. Revelationes et miracula duorum ducum, 81. S. Volbodonis miracula, 210.
S. STEPHANUS DE MURETO. — Ejus Vita, auctore Gerardo priore Grandimontensi, CCIV, 1011-1071. Innumera ibi describuntur miracula per vitam et post mortem a S. Stephano patrata.
GUILLELMUS DANDINA abb., Grandimontens — Vita Hugonis de Lacerta, CCIV, 1181-1222.
PETRUS BLESENSIS. — Quædam miracula narrantur, CCVII, 494.
S. MARTINUS Legionensis presbyt. — Ejus Vita, auctore Luco episcopo Tudensi, CCVIII, 9-22.
WILHELMUS abb, S. Thomæ de Paraclito. — Ejus Vita, auctore anonymo, CCIX, 589-636.
STEPHANUS Tornacens. episc. — Quidam Hugo a mortuis resurrexisse dicebatur, et finem mundi annuntiabat, CCXI, 500.
ADAMUS Perseniæ abb. — Per B. Mariam Virginem ægri curantur, CCXI, 703, 755, 760. Miraculum miraculorum, virginitas cum fecunditate, CCXI, 764, 765.
HELINANDUS monach. — Quomodo Petrus diaconus vidit columbam ad aurem B. Gregorii, verba quæ scriberet sugerentem, CCXII, 731. Mortui apparentes suis, 731-734. Visiones, apparitiones, etc., 771, etc.
SICARDUS Cremonens. episc. — B. Martinus miraculis coruscavit, CCXIII, 394.
INNOCENTIUS III pap. — Sacramenta Christianis sunt miracula quotidiana, CCXVII, 332. Majora sunt miracula quæ nunc fiunt spiritualiter quam illa quæ in veteri lege fiebant corporaliter, 336.

V. — *De falsis miraculis.*

Certum est Satanam se transfigurare in angelum lucis, signa facientem stupenda ad evertendos, si fieri posset, etiam Dei electos; dæmones, utpote spiritus tenues momento ubique esse; totum orbem illis locum unum esse; eos quod ubique geratur, tam facile scire quam enuntiant. Unde eorum velocitas ut quid divinum creditur. Auctores videntur esse eorum quæ annuntiant. De incolatu aeris, de vicinio siderum et de commercio nubium cœlestia sapiunt et quasdam temporum sortes repromittunt, delitescentes etiam sub nominibus et imaginibus mortuorum, quibusdam signis fidem divinitatis operantur et æmulantur ipsammet divinitatem dum furantur divinationem. Adhuc in templis se occultabant paganorum, et sub statuis et imaginibus, ut sic veritatem caligine obducerent, avium volatus gubernarent, sortes regerent, oracula efficerent falsis pluribus involuta et temperarent ambiguitates in eventus. Nec mirum olim illos scivisse dispositiones Dei, quia prophetis concionantibus eas exceperunt, et nunc etiam eos scire; quia lectionibus Scripturæ sacræ resonantibus eas carpunt. Eorum præstigias profani a veritate intelligere non valentes, ab illis attribui putabant imperia, victorias, opes, eventus prosperos rerum, et reipublicæ e periculis imminentibus liberationem. Inde Romani cæterique omnes ethnici veros esse deos suos contendebant, qui stupendis signis, miraculis, prædictionibus, oraculis, divinationibus ac factis quibusdam, quæ cunctas creaturarum vires superare videbantur, suam divinitatem et omnipotentiam sæpe sæpius comprobaverant. Et hæc certe quæ extra solitum naturæ ordinem acta esse opinabantur, illorum oculos et mentem sic fascinaverant ut persuasum omnino habuerint ea soli deorum potestati esse tribuenda; at in sequentibus ostenditur hanc argumentationem ab iis tantum proferri et urgeri qui veram ignorabant effectuum illorum causam. Semotis quippe inanibus præjudiciis agnoscere potuerunt ea omnia facta fuisse dæmonum agilitate maxima, malis artibus, dolis, fraudibus ac præstigiis quibus hi mendaces impurique spiritus incautis hominibus plane illudebant. Huc etiam accedit quod ethnici inficias ire nequibant plura extraordinariis deorum, uti putabant, suorum factis similia ab hominibus magiæ deditis eorumdem dæmonum dolis ac fraudibus edita fuisse. Quis ergo, nisi insaniat, hos idcirco veros deos esse dixerit? quæ porro ac quanti ponderis sint hæc argumenta quibus patres ea confutarunt videre est in operibus primorum Patrum, videlicet, Tertulliani, *Apologet.*, I, 404-432 et Dissertat., 874-899; Minucii Felicis, *Octav.*, III, 312-331 et Dissertat., 589-643; Cypriani. *De idolor. vanitat.*, IV, 568-575; lib. ad Demetrianum, IV, 544-564; Commodiani, *Carm. advers. Gentium deos*, V, 202 282; Arnobii, *Disputat. advers. gentes*, V, 714 1290; Lactantii, *Divin. Institution.*, VI, 330-344, et *Dissertat.*, 823-1016, etc.

TERTULLIANUS. — Crœsus Lydiæ rex misit ad varia deorum oracula nuntios qui ea consulerent et sciscitarentur quid ipse in Lydia ageret. Singulorum autem responsa cum accepisset, nullum probavit, nisi Delphici Apollinis qui ea, quæ ab illo revera agebantur, hoc responso edixit : « Testudinem pariter et agnum concisos in lebete aheneo coxit operculo aheneo imposito, » 409, 878. Idem cum cogitaret bellum inferre Persis, Apollinem Delphicum, cujus templum infinitis opibus et donariis exornaverat, de futuro hujus belli eventu consuluit, et hoc plane ambiguum responsum accepit : « Crœsus Halyn superans magnam pervertet opum vim, 409, 878. Item, Pyrrho consulenti fuit responsum ambigue a fatidico : « Dico te, Pyrrhe, vincere posse Romanos. » 409, 877, 878 Phantasma Castorum hoc est, quod dæmones induebant effigiem Castoris et Pollucis, ac sic innata velocitate celebrem Romanorum de Perseo rege victoriam Romæ eodem die annuntiaverunt quo reportata fuerat, 410. Tuscia aquam cribro gestans, 409 et 876. Claudia cingulo navem promovens, 410, 876.

Barba tactu irrufata, Castor et Pollux apparuerunt Lucio Domitio, ut nuntiaret populo et senatui victoriam et in fidem majestatis divinæ barba illius e nigro facta fuit rutila ærique assimilis, 410 et 876. De Romuli ascensu in cœlum, 402 et 863. Capræ et mensæ præstigiis dæmonum divinantes, 411. Æsculapius vitam prorogat Socordio, Thanatio et Asclepiodoto, 413, 414 et 883. Capræ et mensæ divinant, 410, 879, 880, 881, 882. Mercurius homines dæmonum incursione laborantes aptis remediis curare credebatur, 413, 887. Desperatio et perditio, in causa gloriæ et famæ, apud Romanos, vexillum virtutis. Empedocles totum sese Catanensium Ætnæis incendiis donavit; Dido, Carthaginis conditrix, rogo secundum matrimonium dedit, Regulus, ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur, Mucius dextram suam libens in ara reliquit, Attica meretrix, carnifice jam fatigato, postremo linguam suam comestam in faciem tyranni sævientis exspuit, ut exspueret et vocem, ne conjuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset, etc., 532, 533. Cleonymus Pyctes curatus est in somnis, II, 729. Visiones falsæ per somnia, 727-731.

MINUCIUS FELIX. — Miracula, oracula, auspicia, auguria, somnia et alia extraordinaria apud ethnicos gesta, non ex deorum suorum potestate, sed dæmonum fraudibus ac præstigiis profecta sunt, III, 297, 298. Mira monstrosa miracula ethnicorum, ut Scylla multiplex, chimæra multiformis, hydra renascens, Centauri, Jupiter, Apollo, Isis, Ceres, 299. De Romulo, Juba, Alexandro, etc., 301, 302, 310. Flaminius et Junius ideo exercitus perdidisse dicitur, quod pullorum solemnissimum tripudium exspectandum non putaverunt; nec Claudii consulis Romanorum temeritas primo bello Punico movebit, qui dum nullius boni ominis sortiretur auspicium columbas jejunio confectas, granis sparsis triticeis, in via qua iturus erat præferri jussit, ut vel earum omine auspicii duritiam sublevaret. Quæ cum diligentius a cibis abstinerent, eas præcipitari jussit in fluvium, ut biberent quoniam esse nollent; submersæque in flumine docuerunt consulem cum exercitu submergendum; hoc etenim secutus est eventus. Attamen Regulus Mancinus et Paulus religionem coluerunt, et male eventus eis cesserunt. Cæsar vero, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus, sprevit; et eo facilius navigavit et vicit.. at quæ vero et quanta de oraculis prosequar? 320, 321.. De Pyrrho, Crœso, etc., 610.

S. CYPRIANUS CARTHAGINENS. episc. et mart. — — Mulier cruda hieme nudis pedibus, inter nives asperas deambulans, non lædebatur, nec vexabatur illa discursione; detectum est quod talia ageret per spiritum nequam, III, 1162-1165. Somnia et ineptæ visiones, IV, 407. Per gentes et provincias singulas, varia deorum religio mutatur. De Alexandro Magno, etc., etc., 568-575. Dæmones efflatu suo vatum pectora inspirant, avium volatus gubernant, oracula efficiunt, falsa veris semper involvunt, falluntur et fallunt, vitam turbant, somnos inquietant, etc., 572-574.

COMMODIANUS. — Iste metrice tractat de ridiculosis miraculis quæ ab ethnicis admittebantur, verb. grat., quod Saturnus filios vorasset, et, nato Jove, lapidem pro infante, comedisset; de lapidibus in orbem vacuum a Deucalione et Pyrrha jactatis, etc., etc., V, 204 *et seqq.*

ARNOBIUS. — Ethnici objiciebant multa a diis patrata miracula, et reddita de futuris rebus responsa; editum fuisse miraculum propter Indos Circenses, in peste urbem depopulante; propter Æsculapii simulacrum, quo pestis adhuc sedata est, Capitolium fulmine ictum fuisse et simulacrum Jovis de sua sede deturbatum fuisse, etc. etc., V, 604, 605, 606, 607. De stupendis rebus attributis Æsculapio, Mercurio, etc., 964-971. De novacula ab augure concisa, de Junone, de Claudia, de Cerere, etc., 972. De Æsculapio, Epidauro, etc., 1278, 1279, 1280. Sol et Magna Mater, aiunt ethnici, accita ex Phrygio Pessinunte, jussis consimiliter vatum, salutaris populo et magnarum causa lætitiarum fuit. Nam et diu potens hostis ab Italiæ possessione detrusus est, et gloriosis illustribusque victoriis decus urbis restitutum est pristinum, et imperii fines longe lateque porrecti, et innumeris gentibus, civitatibus, populis libertatis jus raptum est, et jugum servitutis impositum; multæque res aliæ foris domique perfectæ ineluctabili firmitate gentis nomen majestatemque fundarunt, 1283, 1284.

LACTANTIUS. — Et sane multa enumerari possunt digna miraculo : in primis illud quod Occius Navius summus augur, cum Tarquinium Priscum commoneret ut nihil novi facere inciperet, nisi prius esset inauguratus, eique rex, artis ejus elevans fidem, diceret, ut consultis avibus renuntiaret sibi, utrumne fieri posset id quod ipse animo concepisset, affirmaretque Navius posse : Cape igitur hanc, inquit, cotem eamque novacula dissice. At ille incunctanter accepit ac secuit. Deinde illud quod Castor et Pollux, bello Latino, apud lacum, Juturnæ visi sunt equorum sudorem abluentes cum ædes eorum quæ juncta fonti erat, sua sponte patuisset; iidemque bello Macedonico equis albis insidentes, Publio Vatieno Romam nocte venienti se obtulisse dicuntur, nuntiantes eo die regem Persen victum atque captum, quod paucis post diebus litteræ Pauli verum fuisse docuerunt. Illud etiam mirabile quod simulacrum Fortunæ muliebre non semel locutum esse traditur; item Junonis Monetæ, cum, captis Veiis, unus ex militibus ad eam transferendam missus, jocabundus ac ludens interrogavit utrumne Romam migrare vellet, respondit velle. Claudia quoque proponitur in exemplum miraculis. Nam cum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, et in vado Tiberini fluminis, navis qua vehebatur hæsisset, nec ulla vi commoveretur, Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deam submissis genibus orasse, ut si se castam judicaret, suum cingulum sequeretur, ita navim quæ ab omni juventute non voluit commoveri, ab una muliere esse commotam. Illud æque mirum quod, lue sæviente, Æsculapius Epidauro accitus, urbem Romam diurna pestilentia liberasse perhibetur. Sacrilegi quoque numerari possunt, quorum præsentibus pœnis injuriam suam dii vindicasse creduntur. Appius Claudius Censor, cum adversus responsum ad servos publicos sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est, et Potitiorum gens, quæ prodidit, intra unius anni tempus exstincta est. Item, Censor Fulvius, cum ex Junonis Laciniæ templo marmoreas tegulas abstulisset, quibus ædem Fortunæ equestris, quam Romæ fecerat tegeret, et mente captus est, et amissis duobus filiis in Illirico militantibus, summo animi mœrore consumptus est. Præfectus etiam M. Antonii Turullius, cum apud Coos, everso Æsculapii luco classem fecisset, eodem postea loco a militibus Cæsaris est interfectus. His exemplis adjungitur Pyrrhus qui, sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis pecunia, naufragium fecit, ac vicinis deæ littoribus illisus est, ut nihil præter eam pecuniam incolume reperiretur. Ceres quoque Milesia multum sibi apud homines venerationis adjecit; nam cum ab Alexandro capta civitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent, omnium oculos repente objectus fulgur ignis exstinxit. Reperiuntur etiam somnia quæ vim deorum videantur ostendere. Tiberio namque Attinio, homini plebeio, per quietem obversatus esse Jupiter dicitur et præcepisse, ut consulibus et senatui nuntiaret, ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod Antonius Maximus quidam diverberatum servum sub furca medio circo ad supplicium duxerat, ideoque ludos instaurari oportere; quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse, ipse autem gravi morbo esse correptus; et cum rursus eamdem imaginem cerneret quærentem, satisne pœnarum pro neglecto imperio perpendisset, lectica delatus ad consules, et omni re in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum rediisse. Illud quoque somnium non minoris fuit admirationis quo Cæsar Augustus dicitur esse servatus. Nam cum bello civili Brutiano, implicitus gravi morbo, abstinere prælio statuisset, medico ejus Artorio Minervæ species observata est, monens ne propter corporis imbecillitatem castris se contineret Cæsar. Itaque in aciem lectica perlatus est, et eodem die a Bruto castra capta sunt. Multa præterea exempla similia afferri possent; at hæc de his sufficiant, VI, 288, 289, 290, 291, 292. Magorum ars omnis ac potentia dæmonum aspirationibus constat, a quibus invocati, visus hominum, præstigiis obcæcantibus fallunt ut non videant ea quæ sunt, et videre se putent illa quæ non sunt. Hi spiritus contaminati et perditi per omnem terram vagantur et solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur. Itaque omnia insidiis, fraudibus, dolis, erroribus complent; adhærent enim singulis hominibus et omnes ostiatim domos occupant et sibi geniorum nomen assumunt. Qui quoniam sunt spiritus tenues et incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, et occulte in visceribus operati, valetudinem vitiant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere, VI, 332, 333. Dæmones vagi et incesti spiritus, ut turbent omnia, et errores humanis pectoribus offundant, serunt et miscent falsa cum veris. Inde est quod ab augure lapis novacula incisus est, quod Juno Veiensis migrare se Romam velle respondit; quod Fortuna muliebris periculum denuntiavit; quod Claudiæ manum navis secuta est, quod in sacrilegos et Juno nudata, et Locrensis Proserpina et Ceres Milesia vindicavit, et

Hercules de Appio et Jupiter de Atinio, et Minerva de Cerere. Hinc quod serpens urbem Romam pestilentia liberavit, Epidauro accersitus, 337—341.

EUSEBIUS PAMPHILUS. — Spectra in urbibus quæ Licinio parebant visa, VIII, 58.

JUL. FIRMICUS MATERNUS. — Constans veterum Christianorum opinio sub statuis et imaginibus delitescere dæmones, XII, 1013. De Serapide, Palladio et aliis, XII, 1011—1024.

CASSIODORUS. — Licinius, contra Constantinum pugnaturus, spem victoriæ habebat per divinationes et sacrificia. Dicitur eum tunc expertum divinationem Mileti Geminique Apollinis, eique consulenti de bello respondisse per dæmonium his duobus versibus quos Græce scripsit Homerus :

O senex, valde te juvenes pugnatores observant
Tuaque vita soluta est, sævaque te senectus excipiet.

LXIX, 891. Juliani Apostatæ post mortem, compertæ sunt magiæ ; nam ingredientes in templum, invenerunt mira principis simulacra ; viderunt mulierem capillis appensam, extensas habentem manus, cujus uterum aperuerat, ut Persarum victoriam in jecore inspiceret. In Antiochia plurimas arcas in palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse compertas, et innumera in puteis demersa corpora mortuorum. Post ejus mortem, communiter clamabant omnes : Maxime fatue, ubi sunt tua vaticinia ? Vicit Deus et Christus ejus, 1003, 1004.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Quidam divitum Romanorum, relicta uxore fuerat a S Gregorio Romano pontifice communione privatus. Quod ille molestissime ferens, et auctoritatem tanti pontificis evacuare non prævalens, magorum suffragia requisivit. Qui, magnis muneribus persuasi posse se suis carminibus agere, ut immisso dæmone, tamdiu caballus pontificis vexaretur, quousque cum sessore suo, periclitaretur, fiducialiter promiserunt. Hoc incestus judex pollicitatione lætatus magos juxta viam qua pontifex ad stationem profecturus erat in edito stare permisit, ut videre transeuntes, non videri a transeuntibus possent. Cumque magi ex planctatorum mappulatorumque processionibus magnum pontificem cognovissent, immisso dæmone, tam fortiter ejus equum vexari fecerunt, ut nunquam a sessore sive a stratoribus teneri posse putaretur. Tunc S. Gregorius, revelante Spiritu sancto, dæmoniacam submissionem cognoscens, sancto crucis signaculo, tum caballum a præsenti rabie liberavit, quam maleficos ex latente culmine jubens deponere, perpetua cæcitate multavit, LXXV, 101.

ALCUINUS. — S. Vedastus quodam tempore visitavit equitando quamdam Deo devotam feminam, et ascenso equo ad propria remeare disponebat. Sed mulier prædicta, equitantis patris vestigia sequens, obtulit S. Vedasto filium. Eo accipiente itaque infantem, equus ferox factus est, et huc illucque dentibus frendens, pedibusque calcitrans, et toto corpore insaniens, inconsueto impetu per campum discurrere cœpit ; sed cum S. Vedastus orasset, puer non læsus fuit et equus redditus est mansuetudini suæ. Mater filium suum super terram sanum et ridentem suscepit in ulnas suas. Ipse tamen S. Vedastus non equo iter agere, sed asello mansuetissimo ex eo tempore voluit. Sic ergo, miserante Deo, tentatio maligni hostis illi versa est in laudis honorem, et superbia equi a dæmone fuit S. Vedasto humilitatis gratia et magistra CI, 687, 688.

HAYMO. (Ex S. Augustino, epist. 86.) — Quidam Simon Samaritanus, caput totius pravitatis, et principium totius hæresis, sub Claudio Cæsare magicis artibus et ope dæmonum sublevatus, in urbe Roma deus decernitur, et simulacri potitur honore, collocati inter duos pontes fluminis Tiberis, habens etiam titulum Latinis verbis : *Simoni deo sancto*. Sed non diu permanet, fraude divinitus detecta, CXVIII, 828. Apud Alexandriam ingens templum Serapidis dicitur, in quo tam vastum erat ipsius Serapidis simulacrum, ut dextera unum parietem, alterum læva perstringeret, quod monstrum ex omni genere metallorum signorumque compositum ferebatur. Hoc idolum dicebant statutis diebus salutari a sole, quoniam arte erat compositum, ut per fenestram exiguam, radius solis directus os et labia ejus populo inspectante illustraret. Sed et in eodem tempore signum solis ex subtilissimo ferro fabricatum, magnete lapide desuper laquearibus infixo, ipsumque trahentibus movebatur deorsum, et tanquam ad salutandum Serapim altius elevabatur. Sed cum ad subvertendum hoc simulacrum Christiani insurgerent, paululum territi retardantur, gentibus pro certo asserentibus, quod si humana manus illud tetigisset, terra dehiscens illico solveretur in chaos, cœlumque ruret in præceps. Tum ecce unus ex militibus, fide concalescens, correptam bipennem maxillæ veteratoris illidit... Exinde Serapis distrahitur et exuritur ; et tunc fraus comperta est : per subterraneos aditus simulacrum ingrediebatur vates dans oracula et aliæ multæ paganorum fraudes tunc deteguntur, 873, 874.

RATHERIUS Veronens. episc. — Quomodo diabolus quædam prodigia magicis artibus agere potest, CXXXVI, 153, 154. Quæ potestas ipsis ex Deo permittente venit, 154. Habes S. Augustini auctoritate multa posse dæmones per angelicam illam suam naturam, quæ etiam non possunt per prohibitionem divinam ; nihil vero posse, nisi data desuper potestate, vel ad fallendos fallaces, sicut Ægyptios, quorum similes sunt qui fallacias diaboli aut venerantur tanquam divinas, aut desiderant tanquam proficuas, cum multum etiam illis sint detestabiliores, qui eas exercent, imo per quos exercentur, tanquam virtutes, 157.

OLIVA Vicens. episcop. — Cum obsessiones dæmonum quamdam speciem habeant miraculi, etsi non fiunt, nisi Deo permittente, cumque nihil aliud quod pertineat ad miracula falsa adducitur post tertium Ecclesiæ sæculum, nisi stupenda quæ a corporibus a dæmonio vexatis aut possessis fiebant, ad ultimum sufficiat unum præclarum referre exemplum de audacia et astutia dæmonum ad decipiendum animas quæ sibi ipsæmet devovent ad malum ; est exemplum sanctæ Afræ et sociarum meretricum, quæ, pro eorum vita, etsi non visibiliter insanirent, ut solebant obsessi, nihilominus, diabolicis catenis vinctæ, veræ obsessæ erant, ut apparebit, cum dæmon eas sibi in potestatem vindicabat, suumque bonum eas esse contendebat. — Erat Narcissus episcopus eodem tempore quo Diocletiani ferebatur insania. Nesciens ubi intraret, profugus ad meretricem ingressus est, Afram nomine, cum diacono suo Felice. Cum spes emendationis et conversionis Afræ et sociarum appareret, eumque Narcissus et Felix orarent, apparuit Ægyptius quidam nigrior corvo, nudus et vulneribus elephantiasis toto corpore plenus, qui dare mugitum cœpit et dicere : O sancte Narcisse episcope, quid tibi cum mea chara Afra ? Quid tibi cum ancillis meis, quas ego semper in amicitia mea habui ? Deus tuus mundas animas et munda corpora diligit, istæ jam meæ sunt, alius esse non possunt. Numquid ego intro ubi castitas regnat ? Numquid locum invenio ubi est spiritus castitatis ? Hic tu quid intrasti, ubi inquinata sunt corpora et pollutæ sunt animæ ? Tunc Narcissus dixit ei : Jubeo te, immunde spiritus, ut des in responsum quod te interrogavero. Dic mihi, damnate : Scis Dominum meum Jesum Christum Nazarenum tentatum, flagellatum, etc. ? Respondit dæmon et dixit : Utinam mihi hoc nescire licuisset ! Nam ea hora, qua crucifixus est, Princeps noster fugiens a facie ejus in templum Dei se misit, et ideo velum templi scissum est, tunc saxa, etc., quod princeps noster ab eo crucifixus est, tentus est et catenis igneis est religatus. Respondit Narcissus et dixit : Quod nomen est principis vestri ? Dixit ei dæmon : Satan nomen est illi. Dicit ei Narcissus : Dic mihi, quid peccavit Dominus noster Jesus Christus, ut tanta pateretur ? Dicit ei dæmon : Numquid peccavit ? Dicit ei Narcissus : Et qui nunquam peccavit, quare tanta passus est ? Respondit dæmon : Non pro suis peccatis passus est, sed pro alterius. Dicit ei Narcissus : Ex ore tuo te condemnas, immunde spiritus. Cum ergo scias Dominum meum Jesum Christum non pro suis, sed pro alienis peccatis occisum, discede ab iis mulieribus, quia pro illis passus qui ad fidem ejus et gratiam confugerunt. Dicit ei dæmon : Quare docet lex sancta, et jubet ut res alienas non tollat aliquis, tu qui sanctus es, res meas quid tollis ? Quid mihi tollis animas quas mihi lucratus sum ? Dicit ei Narcissus : Et fractor et fur es tu, ab initio damnate et inveterate ; nam istas animas a Creatore suo et Domino tu separasti ; ego modo te furem teneo, et Creatori creaturam suam restituo. Respondit ei dæmon dicens : Et ego creatura ejus sum, ergo et me Creatori meo restitui. Dicit ei Narcissus : Tu ipse ore tuo confessus es Christum pro peccatis hominum passum ; etsi quomodo pro peccatis hominum passus est et pro dæmone passus esset, te restituerem Creatori tuo ; nunc autem sic passus est pro peccatis hominum ut et vestrum principem ligaret in infernum et principatum diriperet. Dicit ei dæmon : Modo jube me hic manere ista nocte. Dicit ei Narcissus : Si potes nobiscum manere, mane. Dicit ei dæmon : Si expendis manus tuas ad cœlum et flectis genua tua et psallis Deo tuo, non possum hic manere. Dicit ei Narcissus : Nunquam tibi sit bene, immunde spiritus ; non solum autem ego, sed et isti omnes tota nocte mecum Domino nostro flectent genua et laudes ei una nobiscum canent. Tunc dæmon diræ vocis teterrimum ululatum emittens nusquam comparuit, CXLII, 593-597.

S. GREGORIUS VII pap. — In Vita seu Passione S. Tic-

monis legitur : Tiemone martyre inter tormenta immaniter excruciato et defuncto, ut homines conati sunt sancti martyris membra de terra levare, Deus ponderavit illa, quasi maxima montium fundamenta, et nec minimum digitorum membrum ullo poterat artificio levare gentilis turma. Ut autem rex audivit hoc factum miraculum, perterritus est cum suis quod tam inauditum perpetrasset homicidium. Et, concilio inito, misit ad suum consiliarium, nefandissimum idolum Machmit nominatum. Quæ gesta sunt nuntiavit; quæ adhuc facienda essent inquisivit. Cui statim idolum tale fertur dedisse responsum : Magnus et potens est Deus Christianorum; nam suis testibus post mortem dat vivere in regno cœlorum. Ecce manifestum est, quem occidistis, suum esse familiarissimum, et ideo potestatem habere non potestis in illis membris. Ergo quia vos non potestis date licentiam Christianis quatenus illum honorifice, et maximum Patrem studeant sepelire, et quem episcopum meruere viventem, post mortem dignum patronum se habere gaudeant. Et reversi nuntii quæ audierant regi suo detulere responsa, CXLVIII, 903, 904.

JOANNES SARESBERIENS., Carnot. episc. — Vespasianum Judææ vastatorem, patremque Titi Hierosolymorum pii eversoris, ut quibusdam scriptoribus placuit miraculorum signis ad faciendam vindictam in nationibus Dei digitus excitavit (nos vero hæc miracula ficta vel falsa potius putamus). Ipsum namque necdum imperatorem, quidam e plebe luminibus orbatus; itemque alius claudus crure debilis, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudini, eo quod sibi foret in quiete monstratum, oculos restituendos, si eos ille inspiceret, et crus debili roborandum, si illud dignaretur calce contingere ; orantibus amicis, licet invitus, utrumque tentavit ; nec defuit eventus, CXCIX, 426. Quid de necromanticis, quorum impietas, Deo auctore, per se ipsam ubique jam viluit, nisi quod morte digni sunt, qui a morte conantur scientiam mutuare? Nam de auspicibus, auguribus, ariolis, pythonissis, aruspicibus et aliis, quorum præ multitudine tædiosa est enumeratio, productiorem sermonem texere, cum nemo istorum jam progrediatur in lucem, sed in latibulis, si quis est exerceat opera tenebrarum, supervacuum est. Aruspices pro parte in extis animalium divinare prædictum est. Chiromantici quoque vera, quæ in rugis manuum latent, se nosse gloriantur. Pythonicorum vero eo perniciosior est consultatio quo fallacia malignorum spirituum in his est manifestior, qui sive mentiantur, sive non, in proposito semper habent ut noceant. Fallunt autem interdum studio fallendi, interdum cæcitatis suæ errore decepti; id tamen agunt assidue, ut futurorum conscii per omnia videantur. Inde est quod ambiguitate verborum obnubilare student oracula, ut cum mendaces, aut fallaces inventi fuerint, aliquo rationis velamento suam quærant tueri fallaciam. Sic utique fallere non desistunt, donec auditores suos præcipitent in ruinam. Cui enim a sæculo vatum profuere responsa? Crœsone, an Pyrrho, aut præcedentium, aut subsequentium cuiquam? Dux Thebanus, dum de oraculo sperat victoriam, fratris mucrone perfoditur. Et tamen avus Laius successus belli visus est polliceri. Quid enim aliud significaret, quod post multas ambages intulit :

Certa est victoria Thebis?

Cæterum ne, interemptо duce, mendacii arguatur, ut fallaciam ambigua veritatis nota obduceret, quo malitiam tueatur, subjecit :

Hei mihi! per gladios vicit pater.

... Crœsus maxima regna, si Halin transgrediatur, de oraculorum fide sibi subjectum iri confidit. Sed cum res in contrarium cesserit, fallax Apollo, se unius verbuli æquivocatione absolvit ab invidia mentiendi. Quid Pyrrhus? Romanis victis, quos sæpe in acie virtute fuderat, beneficio Phœbi sibi promittit imperium, sed irreparabiliter stratus, in se ipsum retorsit culpam, qui amphibologiam oraculi minus utiliter intellexit, etc., 461, 462.

S. MARTINUS, Legionens. presbyt. — Huic quæstioni De falsis miraculis antequam finem imponamus, testimonium præclare digestum, ut finis coronet opus, adducemus, quo bene intellecto, ut jam annotavimus in operibus primorum Patrum, mire elucebit quod ad dæmones referenda sunt perplura miracula paganorum, hæreticorum, schismaticorum etiam; nec tunc iis fidem adhibendam esse, quidquid velint probare. Unde S. Martinus Legionensis ait : Boni angeli per gratiam ita sunt confirmati, ut peccare non possint; et mali ita vitio obscurati, ut bene vivere nequeant. Licet mali angeli per malitiam ita sint obstinati, vivaci tamen sensu penitus non sunt privati. Nam, ut tradit S. Isidorus, triplici acumine scientiæ vigent dæmones, scilicet subtilitate naturæ, partim experientia temporum, partim revelatione superiorum spirituum, quorum scientia etiam magicæ artes exercentur, quibus tamen tam scientia quam potestas a Deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel ad admonendum fideles, vel ad exercendam probandamque justorum patientiam. Unde B. Augustinus, Video, inquit, infirmæ cogitationi, quid possit occurrere, cur scilicet, ista miracula magicis artibus fiant. Nam et magi Pharaonis serpentes fecerunt, etiam et alia plura. Sed illud est amplius admirandum quomodo magorum potentia, quæ serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas, id est, sciniphes, ventum est, omnino defecit. Cur ergo magi non potuerunt facere sciniphes, nisi quia major aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum sanctum. Quod et magi confessi sunt dicentes : *Digitus Dei est hic*, Dei scilicet manifesta virtus operatur hæc miracula.

Hæc vanitas magicarum artium, ut ait B. Isidorus, ex traditione angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis sæculis valuit per quamdam scientiam futurorum et infernorum, et evocationes eorum. Inventa sunt etiam aruspicia, augurationes, et ipsa quæ dicuntur oracula et necromantia. Nec mirum de magorum præstigiis quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi simillimis resisterent signis, vertentes virgas in dracones et aquas in sanguinem. Magorum primus Zoroastres, rex Bactrianorum fuit, quem Ninus, rex Assyriorum, interfecit in prælio; de quo Aristoteles scripsit quem vicies centum millia versuum ab ipso condita indiciis voluminum ejus declarentur. Hanc artem multa post sæcula Democritus ampliavit, quando et Hippocrates medicinæ disciplina effloruit. Fertur et quædam maga famosissima Circe quæ socios Ulyssis mutavit in bestias (Virgil. Eglog. VIII, 70). Legitur et de sacrificio quod Arcades deo suo Licio immolabant, ex quo quicunque sumerent, in bestiarum formas convertebantur. Hinc apparet non esse in toto dubium quod nobilis ille poeta scribit de quadam femina, quæ magicis artibus excellebat; ait enim :

Ecce se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit; ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro;
Nocturnosque ciet Manes. Mugire videbis
Sub pedibus terram et descendere montibus ornos.
VIRG. *Æneid.*, IV, 487.

Quid plura? si credere fas est, Pythonissam, prophetæ Samuelis animam de inferni abditis evocare, et vivorum præsentare conspectibus, si tamen animam prophetæ fuisse credamus, et non aliquam phantasmaticam illusionem, Satanæ fallacia factam.

Prudentius quoque de Mercurio ait :

Traditur hinc exstinctas assumpto moderamine virgæ
In lucem revocasse animas.....
Ast alias damnasse neci.

Et post paululum adjecit :

Murmure nam tenues magico excitare figuras,
Atque sepulcrales scite incantare favillas,
Vita itidem spoliare alios, ars noxia novit.

In omnibus ergo supra dictis (et nos idem dicimus), ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum et malorum angelorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a Christianis, et omni penitus exsecratione repudianda atque damnanda, CCVIII, 566, 567.

VI. — INDEX ALPHABETICUS

PATRUM QUI CHRONOLOGICE TANTUM IN PRÆCEDENTIBUS QUÆSITIS COLLECTI SUNT.

Abbo (S.), CXXXIX.
Adalbertus, CXXXVI.
Adamanus (S.), LXXXVIII.
Adamus Brem., CXLVI.
Adamus Pers., CCXI
Ademarus, CXLI.
Ado (S.), CXXIII.
Adrewaldus, CXXIV.
Adso, CXXXVII.
Ælredus, CXCVIII.
Agobardus (S.), CIV.
Agnellus, CVI.
Alcuinus, CI.
Aldhelmus (S.) LXXXIX.
Aldricus, CXV.
Alphanus, CXLVI.
Ambrosius (S.), XIV.
Anastasius Bibl., CXXVII.
Angelrannus, CXLI.
Anno, CXLIII.
Anonymi, CXXXVIII, CLI.
Anscharius (S.), CXVIII.
Anselmus, CXXXIX.
Anselmus Cantuar., CLVIII.
Anselmus Haverb., CLXXXVIII.
Antonius, V.
Arialdus, CXLIII
Arnobius, V.
Arnoldus, CXLI.
Arnulfus, CXLVII.
Augustinus (S.), XXXII.
Augustinus (S.) Angl. ap. LXXX.
Balduinus Cant., CCIV.
Beda Ven., XCIV.
Benedictus (S.), CXXXIX.
Berengosus, CLX.
Bernardus, CXLI.
Bernardus (S.), CLXXXII
Berno, CXLII.
Bertarius, CXXVI.
Bonifacius (S.), LXXXIX.
Bruno (S.) Carth., CLIII.
Bruno (S.) Sign., CLXIV.
Cæsarius (S.), LXVII.
Calitus II, pap., CLXIII.
Cassianus, XLIX.
Cassiodorus, LXIX.
Clodovæus, XCVI.
Commodianus, V.
Constantinus Mag., VIII.
Cyprianus (S.), III, IV.
Dagobertus rex, XCVI.
Desiderius (S.), LXXXVII.
Dionysius Exig., LXVII.
Dionysius presb., XCVIII.
Dracontius, LX.
Dungalus (S.), CXXXVII.
Durandus, CXLIX.
Eadmerus, CLIX.
Eberwinus, CLIV.
Eckbertus, CXCV.
Eginhardus, CIV.
Ekkehardus, CLIII.
Eligius (S.), LXXXVII.
Eugyppius, LXII.
Eulogius (S.), CXV.
Eusebius Pamph., VIII.
Felicitas (sancta), III.
Firmicus Maternus, XII.
Flodoardus, CXXXV
Folcuinus (S.), CXXXVII.
Forcaldus (S.), CXLVII.
Fortunatus, IX.
Fridegodus, CXXXIII.
Fructuosus, LXXXVII.
Fulbertus (S.), CXLI.
Fulcherius, CLX.
Gaufridus Gross., CLXVII.
Gaufridus, mon., CLXXXV.
Geraldus (S.), CXLVII.
Gerardus, CXXXVIII.
Gerhohus, CXCIV.
Gesta episc. Autiss., CXXXVIII.
Gesta episc. Cam., CXLIX.
Gezo, CXXXVII.
Gillebertus, LI.
Godefredus, CXLIX.
Goffridus, CLVII.
Goscelinus, CCV.
Gregorius (S.) Turon., LXVI.
Gregorius Mag. (S.), LXXV.
Gregorius VII (S.), CXLVIII.
Gualterus, abb., CLXVI.
Gualterus, mon., CLXXIII.
Gualterus, CXLVII.
Guibertus, LXV.
Guibertus, CLV.
Guillelmus, abb., CI.
Guillelmus Dand., CCIV.
Gundulfus, CLIX.
Haymo, CXVIII.
Helinandus, CCXII.
Hemmingus, CL.
Henricus (S.), CXL.
Herbertus, CLXXXV.
Hericus mon., CXXIV.
Herlembaldus, CXLIII.
Herigerus, CXXXIX.
Hermannus, CLXX.
Hervæus, CLXXXI.
Hieronymus (S.), XXII.
Hilarius (S.) Pict., IX.
Hilarius Arelat., (S.), L.
Hildebertus, CLXXI
Hildefonsus (S.), XCVI.
Hildegardis (sancta), CXCVIII.
Hilduinus, CVI.
Hincmarus Rem., CXXV.
Honorius August., CLXXII.
Hrotsuitha mon., CXXXVII.
Hucbaldus, CXXXII.
Hugo Cluniac., CLIX.
Hugo (S.), episc., CLIII.
Hugo a S. Victore, CLXXVI.
Idacius, LI.
Innocentius III, CCXVII.
Isidorus (S.) Hisp., LXXX.
Joannes abb., CXXXVII.
Joannes mon., CLXII.
Joannes Cirita, CLXXXVII.
Joannes Saresb., CXCIX.
Jonas, LXXXVII.
Josephus sacerd., CVI.
Junilius, LXVIII.
Lactantius VI, VII.
Lanfrancus, CL.
Leo (S.) pap., LV.
Leo IX pap. (S.), CXLIII.
Leo Atinens., CXLIII.
Leo Marsican., CLXXIII.
Leodegarius (S.), XCVI.
Letaldus, CXXXVII.
Lucius Dexter, XXXI.
Ludgerus (S.), XCIX.
Lupus (S.), XCIX.
Maiolus (S.), CXXXVII.
Marcellinus, LI.
Martinus (S.) Legion., CCVIII.
Mathildis (sancta), CLI.
Meginfredus, CXLI
Minucius Felix, III.
Norbertus (S.), CLXX.
Odilo (S.), CXXXII.
Odilo abb. (S.), CXLII.
Odo Bellov., CXXIV
Odorannus, CXLII.
Oliva, CXLII.
Optatus (S.), XI.
Ordericus, CLXXXVIII.
Othlonus, CXLVI.
Pasch. Radbertus, CXX.
Paulinus (S.), XIV
Paulinus Nol., LXI.
Paulus Emerit., LXXX.
Perpetua (sancta), III.
Petrus Chrysolog. (S.), LII.
Petrus Ven., CLXXXIX.
Petrus Damian. (S.), CXLIV.
Philippus de Harveng, CCIII.
Pontius diac., III.
Prosper (S.), LI.
Prudentius, LX.
Rabanus Maur., CVII.
Radbodus, CL.
Radulphus Ard., CLV.
Ratherius, CXXXVI.
Reinerus, CCIV.
Rembertus (S.), CXXVI.
Robertus (S.), CLVII.
Robertus de Arbris., CLXII.
Rodulphus Glab., CXLII.
Rodulphus, abb., CLXXIII.
Rufinus Aquil., XXI.
Rupertus, CLXVII.
Sedulius Scotus, CIII.
Severinus (S.), LXII.
Sicardus, CCXIII.
Sigebertus monac., CLX.
Sigehardus, CXXXIII.
Sisebutus, LXXX.
Stephanus (S.) Leod., CXXXII
Stephanus rex, CLI.
Stephanus de Mureto, CCIV
Stephanus Tornac., CCXI.
Sugerius, CLXXXVI.
Sulpicius Sever., XX.
Sulpicius (S.), LXXX.
Taio, LXXX.
Tertullianus I, II.
Thangmarus, CXL.
Thiofridus, CLVII.
Thomas (S.) Cant., CXC
Urbanus II, pap., CLI.
Usuardus, CXXIII.
Utho, CXXXIV.
Valcandus, CLI.
Varnaharius (S.), LXXX.
Ven. Fortunatus, LXXII.
Victor Vitens., LVIII.
Victor III, pap., CXLIX.
Victorinus (S.), V.
Vitæ Patrum, LXXIII, LXXIV.
Walafridus Strab., CXIV.
Wandalbertus, CXXI.
Warnaharius (S.), LXXX.
Willelmus mon., CI.
Willelmus abb., CLXXIX.
Willelmus abb., CCIX.
Wippo, CXLII.
Wolferus, CXLI.
Wolfhardus, CXXIX.
Wolphelmus (S.), CLIII.
Wolstanus, CXXXVII.
Zeno (S.), XI.

LVII.

INDEX MYTHOLOGICUS,

SEU DE DIIS, DEABUS ET SUPERSTITIONIBUS PAGANORUM,

JUXTA ORDINEM ALPHABETICUM DISPOSITUS.

—

MONITUM.

In hoc Indice, omnes referimus, ordine nominum alphabetico, deos vel deas quibus olim Pagani exhibebant divinum cultum, quod sæpe sæpius illis exprobravere Patres. Numero Romano tomum, Arabico columnam revocamus, ubi variæ istæ superstitiones impugnantur vel etiam irridentur.

A

Abeona dea. Tertull., I, 600. — S. August., XLI, 128, 196.

Abroxan Basilides dixit esse summum Deum. Tertul., II, 62.

Accipiter cultus ab Ægyptiis. Lactant., VI, 786.

Acdestis ortus fabulosus. Arnob., V, 1089. — Acdestis contemptor deorum hominumque, *ibid.*, 1089, 1090, 1091, 1095. — Terrorem diis incutit, *ibid.*, 1089. — Atydem amat, *ibid.*, 1090, 1091. — Viro se spoliat, *ibid.*, 1091. — Ejus interitus, *ibid.*, 1110, 1113.

Achamot Æon Valentini. Tertull., II, 68, 564, 568, 571 *seqq.*

Acheron fluvius. Arnob., V, 831.

Acherusii aditus. Arnob., V, 1141.

Achivi dii. Achivorum et Trojanorum deorum bella. Tertull., I, 351.

Acinax. Acinacem Scythæ pro Deo colunt. Arnob., V, 1185.

Acrisius in arce Larissæ terræ mandatus est. Arnob., V, 1173.

Actæon, corniger venator. Arnob., V, 986. (*Texte et note*).

Adeona dea. S. Augustin., XLI, 128, 196.

Admeti regis greges Apollo pavit. Tertull., I, 352.

Adonis. Arnob., V, 1059, 1266; Adonis in aprum conversus a Marte. Fironic. Stolern. XII, 1004.

Adoratio principum. Arnob., V, 940.

Æacus. Arnob., V, 1167. — Æacus judex inferorum. Lactant., VI, 804.

Ægeria nympha, Pompilii conjux habita. S. Aug., XLI, 233.

Ægyptii dii. De Ægypto omnis superstitio provenit. Tertull., I, 640. — De superstitionibus Ægyptiacis auctores consulendi. Lactant., VI, 282. — Primi tradere metempsychosim, *ibid.*, 405. — De cultu animalium apud illos, *ibid.*, 620, 786. — Oves et bestias consecrabant. Tertull., I, 418; adorabant, *id.*, II, 596. — Eos capite damnabant qui unam occidissent, *id.*, I, 418. — Ægyptiorum dii ibis et crocodilus, *id.*, II, 302. — Ægyptii tauri antistites, *ibid.*, 928, 953. — Ægyptiorum hierophantæ, *ibid.*, 260. — Ægyptii superstitiosi. Arnob., V, 958, 959. — Lege prohibuerunt ne quis publicaret quo loco Apis jaceret absconditus, *id.*, 1176. — Ægyptii primi astra contemplare cœperunt et adorare. Lactant., VI, 328. — Solem colebant sub Jovis imagine, *ibid.*, 621.

Æneas quam immerito pius et deus dictus sit. Tertull., I, 599. — Patriam prodidit aut deseruit, *ibid.*, 598. — Ignavus post Laurentinum prælium non comparuit, *ibid.*, 599.

Æones Valentinianorum. Tertull., II, 47, 68. — Ophitarum, *ibid.*, 64.

Aer. Cultus aeris apud Assyrios et nonnullos Africæ populos. Firmicus Maternus, XII, 989.

Æsculapius. Æsculapii nativitas. Arnob., V, 760, 944. — Lactant., VI, 160. — Educatio, *ibid.*, 160. — Apollinis et Coronidis seu Pharonidis vel Arsinoes filius, incerto patre natus. Tertull., I, 352, Arnob., V, 1279. — Quibus factis divinos honores sit meritus. Lactant., VI, 160. — Deus sanctus. Arnob., V, 1279; Medicus. Arnob., V, 770, 1245; S. Aug., XLI, 128 — S. Isid., LXXXII, 314. — Herbarum repertor. Arnob., V, 760, 764. — Custos et præses sanitatis. Arnob., V, 770, 781, 912, 1279. — Ab Epidauro Romam advocatus. Arnob., V, 1279; S. Aug., XLI, 254. — Æsculapio naviganti Romam Epidaurius serpens comes adhæsit. S. Aug., XLI, 294. — Æsculapius homo idem et deus, *ibid.*, 254. — Cur fulmine ictus perierit. Lactant., VI, 160. — Ob medicinam et avaritiam a Jove ictu fulminis percussus. Tertull., I, 352; S. Cyprian., IV, 225; Arnob., V, 1018. — Æsculapium et matrem ejus adorabant Athenienses. Tertul., I, 605. — Templum Æsculapio consecratum in monte Libyæ. S Aug., XLI, 254. — Sacerdotes ejus induebantur pallio. Tertull., II, 1031. — Et crepidis crotalis, *ibid.* — Stantes ministrabant. Tertull., I, 612. — Æsculapio Gallus sacratus. Tertull., II, 648; Lactant., VI, 97. — A Christianis interrogatus dæmonem se esse fatebitur. Tertull., I, 413. — Æsculapius, alia die morituris Socordio, Denatio et Asclepiodoto, vitæ subministrat. Tertull., I, 413. — Æsculapius barbatus. Lact. VI, 273. — Æsculapii vindemia. Arnob., V, 1263. — Æsculapius cum baculo. Arnob., V, 1213. — Æsculapii tres, *ibid.*, 1031.

Afferenda dea. Tertull., I, 601.

Agdir vel Abdir, lapis sive dea culta in simulacro lapidis. Lact., VII, 496 (*n.*) Idme cum lapide quem Saturnus dicitur pro Jove devorasse. Lactant., VII, 497. (*n*).

Agdus deus lapis. Lactant. VII, 496.

Agenoria dea. S. Aug., XLI, 122, 125.

Αἰγιοχὸς Jovis cognomen. Lactant., VI, 240.

Alagabus deus lapis. Lactant., VII, 497 (*n*).

Albana dea. Tertull., I, 600.

Albunea sibylla. Lactant., VI, 144.

Alburmis deus. Tert., I, 290. — A Metello inventus, *id.*, II, 266.

Alcides. Arnob., V, 1266.

Alcmena. Arnob., V, 924, 1043, 1126.

Alecto furia infernalis S. Aug., XLI, 88.

Allegoriæ de diis. Arnob., V, 1147 *seq.*

Altaria profana. S. Cyprian., IV, 152

Amalthea nympha Jovem infantem aluisse creditur. Lact., VI, 240.

Amalthea Cumana Sibylla. Lactant. VI, 143.

Ambrosia cibus deorum juxta poetas. Lactant. VII, 282.

Ammundas. Commodianus Afer, V, 215.

Amphiaraus. Amphiarai oraculum apud Orapum Tertull., I, 730.

Amphilochus. Amphilochi oraculum apud Mallum. Tertull., II, 730.

Amphion. Amphionis fabula. S. Aug., XLI, 570.

Amphitrite. Arnob., V, 1054.

Amphitryo. Arnob., 1265.

Antæus Antæi fabula. S. Aug., XLI, 570.

Antelii dæmones. Tertuil., I, 684; II, 97.

Antinous deus. Tertull , I, 600 ; II, 266.

Antiquitas plerosque auctores etiam deos existimavit. Tertull., II, 649.

Antrum (Jovis) in Creta. S Cyprian., IV, 225.

Anubis deus. Tertull., I, 597. S. Aug., XXXII, 750. — Anubis deus canina cum facie. Arnob., V, 1214.

Apis, tertius rex Argivorum. S. Aug., XLI, 563. — Apis factus est Serapis maximus Ægyptiorum deus. Tertull., II, 261; Arnob., V, 761; Lactant., VI, 235; S. Aug., XLI, 563. S. Isid., LXXXII, 323. — Apis bovis caput habet. Lactant., VI, 472. — Bovem in honorem Apis colebat Ægyptus. S. Aug., XLI, 563. — Apis fuit symbolum Josephi. Lactant., VI, 235. — Ubinam cultus, *ibid.*, 621. — Apis ædificia in Ægypto. Tertull., II, 261. — De eo auctores quinam consulendi. Lactant., VI, 621. — Lunæ symbolum fuit apud Memphitas, *ibid.*

Apollo duplex. S. Aug., XXXII, 983. Apollo levis et

imberbis. Tertull., I, 574. — Admeti regis greges pavit. Tertull., I, 352; S. Cyprian., LV, 225; Arnob., V, 1054; S. Aug., XLI, 571. — Apollinem apud Græcos πυραῖον legimus. Tertull., I, 684; II, 97. — Apollinis oracula ambigua et fallacia, *id.*, 408. — Delphis colebatur ob interfectum draconem, *id*, II, 85, — Ejus sacerdotes non nubent, *id.*, 1284. — Delphos non defendit de manu Pyrrhi, *id.*, 607. — Apollinares ludi, *id.*, 658. — Apollo. Arnob., V, 747. — S. Isidor., LXXXII, 314, 319. — Locupletatus fefellit homines ambiguitate responsi. Arnob., V, 1028. — Spoliatur a prædonibus, *ibid.*, 1209. — Apollo Clarius, Didymæus, Philesius, Pythius, *ibid.*, 747, 748. — Latonius, *ibid.*, 1054. — Pythius, *ibid.*, 748, 968, 985. — Sminthius, *ibid.*, 985. — Divinus, *ibid.*, 1209. — Musicus, *ibid.*, 1245. — Non semper Romæ cultus, *ibid.*, 929. — Apollo, Liber, Sol, unum numen, *ibid.*, 985. Apollinis Milesii testimonia pro divinis habebantur ab Ethnicis. Lactant., VI, 138. — Ejus de Deo testimonium, *ibid.*, 149. — Unde Smynthius appellatus, *ibid.*, 151. — Pastoricium munus cur exercuerit, *ibid.*, 161. — Cum Neptuno muros Trojanos condidit, *ibid.*, 161. S. Aug., XLI, 79. — Hyacinthum quomodo occiderit, *ibid.*, 161. — Milesius quare dictus, *ibid.*, VI, 484. — Illius de Christo testimonium, *ibid.*, 485. — Apollo Colophonius, *ibid.*, 148. — Apollo cultus a Milesiis. Lact., VII. 443. — Apollinis flagitia. Lactant., VI, 160, 161. — Apollo frater Dianæ qui et Sol esse dicitur. S. Aug., XLI, 207. — Apollo ignarus futuri, *ibid.*, XLI, 79. — Oraculum de Pyrrho, *ibid.*, 94 — Apollinis oraculum Christum vituperabat, *ibid.*, 620, 653. — Apollo Cumanus quatriduo flevisse fertur, *ibid.*, 86. — Quid de Apollinis fletu aruspices dixerunt, *ibid.*, 86. — Apollo pro Trojanis pugnabat, *ibid.*, 79. — Apollo quare sagittas tenet, *ibid.*, 207. — Apollini Delphico quare instituti ludi musici, *ibid.*, 569. — Apollo Ephebus pingitur, *ibid.*, XLI, 184. — Apollo deus medicinæ cum Æsculapio, *ibid.*, 129. — Divinator et medicus, *ibid.*, 207. — Apollo filius Latonæ Admeti regis armenta cum Hercule pavit. *ibid.*, 571. — Alter ab illo qui reddebat oracula, *ibid.*, 571.

Apollonius Thyaneus. S. Aug., XXXIII, 383, 514. — Multo major quam Jupiter, *ibid.*, 535. — Apollonium Thyanæum conferre Christo vel etiam præferre quidam conati sunt, *ibid.*, 533.

Apotheosis, pompa solemnis. Tertull., I, 451. — Ejus origo. Lactant., VI, 192 *et seq.* — De ejus ritibus quinam auctores consulendi, *ibid.*, 193.

Aqua. Aquam religione medicari existimabant ethnici. Tertul. I, 1205. — Eorum aquæ viduæ, *id.*, 1204. — Eis incubat diabolus in rivis, in fontibus.... res Dei æmulans, *ibid.*, 1205. — Villas, domos, totasque urbes aspergine circumlatæ aquæ expiabant ethnici, *ibid.*, 1204 *et seq.* — In ludis Apollinaribus et Eleusinis aqua se tingebant in regenerationem et impunitatem suorum perjuriorum, *ibid.*, 1205. — Aquæ cultus apud Ægyptios. Firmicus Maternus, XII, 984.

Aquila, unde Jovi dicata. Lactant., VI, 183. — De ejus cultu apud Ægyptios, *ibid.*, 787.

Aquilicium Jovi immolatum. Tertull., I, 487.

Arabum dii, qui. Tertull., I, 418. — Arabes lapidem pro deo coluerunt. Lactant., VII, 494.

Aræ deorum. Tertull., I, 347. — Tituli eorum quibus dedicabantur aris inscripti, *ibid.* — Aris inhalantes, qui, *ibid.*, 413. — Inter ipsas aras gentilium lenocinia tractabantur, *ibid.*, 363.

Arbores circa deorum templa plantata. Tertul., I, 315.

Argentinus deus, dei Æsculani filius. S. Aug., XLI, 103.

Argius deus. Tertul., 606.

Argus filius Apis rex Argivorum. S. Aug., XLI, 564. — Argus post obitum ut deus haberi cœpit, *ibid.*, 564.

Ariadna inter sidera delineata. Tertull., II, 142. — Ariadnæ sertum ex auro et indicis gemmis, *ibid.*, 83.

Arcitenentes Diana et Apollo Arnob., V, 760.

Arquitenens Delius. Arnob., V, 1042.

Arsinoas. Arnob., V, 1055.

Aruspices Tertull., I, 495. — Aruspices et deorum et mortuorum, *ibid.*, 347. — Aruspices de Cæsarum morte consulti, *ibid.*, 459. — Comparantur magis et ariolis, *ibid.*, 495, 642.

Asinos adorabant ethnici cum Epona et Iside. Tertull., I, 577.

Assyriorum regimen dii ipsorum non sunt tutati. Tert., I, 608.

Astaroth et Astarte nomen Junonis. S. Aug., XXXIV, 797.

Astarte seu Atagartis Syria dea. Tertull., I, 418.

Astrologi. Astrologorum artes, siculi Aruspicum et Augurum et Magorum ab angelis desertoribus proditæ et a Deo interdictæ. Tertull., I, 459. — Astrologi notantur, *ibid.*, 268; II, 671. — Consultabant dæmones de futura Cæsarum morte. Tertull., 459.

Astronomi. Astronomus Volaticam spectat. Tertull., II, 1020.

Atabyrius Jupiter. Lactant., VI, 248.

Athenæ. Atheniensium deus Numentinus. Tertul., I, 1596. — Athenas Minerva a Xerxe non defendit, *ibid.*, 607.

Athus filius cœli et terræ et Saturni pater. Tertull., I, 601.

Atlantea progenies. Arnob., V, 965.

Atlantica Neptuni. Arnob., V, 727.

Atlas astrologus, rex Mauritaniæ. S. Aug., XLI, 599. — Quare cœlum portare fingitur, *ibid.*, XLI, 565. — Atlas mons cultus quasi deus ab accolis. Lactant., VII, 404.

Attalas rex e Phrygia Romam misit lapidem qui pro Magna Matre susceptus est. Arnob., V, 1283, 1284.

Attica idololatria, quæ. Tertull., 255, — Attica mysteria. Tertull., I, 474.

Atys vel Attis deus ex Pessinunte in scena repræsentatus. Tertull., I, 576. — Attis sol Arnob., V, 1157. — De eo fabula, *ibid.*, 1095. — Ejus nativitas, *ibid.* — Atys speciosus., *ibid.*, 1063, 1093. — Amatus a matre deum, *ibid.*, 1095. — Abcissus. *ibid.*, 771. — Virilibus orbatus, *ibid.*, 1095, 1154. — Atys quinam fuerit. Lactant., VI, 265. — De ejus cum Cybele et Sangaride nympha amoribus, *ibid.* — Atys formosus adolescens abscissus. S. Aug., XLI, 185. — Atys fabula, *ibid.*, 215.

Augures, eorum origo. Lactant., VI, 615. — S. Isidor., LXXXII, 312.

Auguria irridet Cicero. — S. Aug., XLI, 136. — Auguria et Auspicia Romanorum. Marcus Minucius Felix III, 253. — Quam vana, *ibid.*, 320. — Auguria vetita. S. Cyprian., IV, 325. — Auguria in pretio apud ethnicos. Lactant., VI, 287. — Eorum repertor, *ibid.*, VI, 288.

Aulea mala ab Hesperibus sumpta. Arnob., V, 1122.

Auspicia vincendi. S. Cyprian., IV, 53. — S. Isid., LXXXII, 312.

B

Baal, nomen Jovis. S. Aug., XXXIV, 797.

Babylonii ignes. S. Cyprian., IV, 120.

Bacchanalia sacra immania. Arnob., V, 1118 — Bacchanalia Libero patre instituta. S. Aug., XLI, 571. — A senatu in urbe Roma prohibita, *ibid.* — Tertull., I, 304, 306.

Bacchantes seu Bacchæ unde appellatæ. Lactant., VI, 163.

Bacchus et Apollo idem cum Sole. Arnob., V, 985. — Bacchus Δεοσάφης dictus apud Arabes. Lactant., VII, 494. — Qua forma ab iis colebatur, *ibid.* — Cultus aliquando sub figura columnæ, *ibid.*, 498. — Quibus factis divinos honores sit adeptus, *id.*, 164. — Ejus amores, *ibid.* — Indicus dictus, *ibid.* — Ipsius in expeditione Indica comitatus, *ibid.*, 164, 995. — Vini inventio non ipsi tribuenda, *ibid.*, 213, 327. — A quo sacra ejus in Græciam inducta, *ibid.*, 247. — Orphica et Orgia cur dicta, *ibid.* — De iis auctores quinam consulendi, *ibid.* — Bacchi orgia olim exterminata. Tertull., I, 304, 306. — Bacchanalium furiæ in quibus nec mortuis parcebant Christianis. Tertull., I, 461.

Baubo Cererem hospitio recepit eamque pudendis nudatis exhilarat. Arnob., V, 1133, 1134. 1135, 1150.

Belenus, deus Noricorum. Tertul., I, 419, 596.

Bellerophontis fabula. S. Aug., XLI, 570.

Bellona. Arnob., V, 751. — dea bellorum, *ibid.*, 972. — Conjux Martis. S. Aug., XLI, 191. — Templum Bellonæ constitutum Romæ, *ibid.*, 105. — Sacrorum illius celebrandorum ritus. Lact., VI, 234. — Bellonæ sacerdotes consecrabantur sanguine. Tertul., I, 321. — Hujus deæ initiatorum tenebrica vestis et tetricum super caput vellus, II, 1045.

Belus. Ejus sacra Edessæ quam antiqua. Lactant., VI, 229. — Trojano bello antiquior, *ibid.*, 250. — Saturno coævus quinam fuerit, *ibid.*

Berecynthia. Arnob., 1107.

Boetia habebat Trophonii oraculum. Tertull., II, 730, 1039.

Boetuli lapides apud Phœnices. Lactant., VII, 495. — Ipsis templum exstructum in Oriente, *ibid.*, VII, 469.

Bona dea eadem quæ Fatua Fauna. Tertull., I, 36. — Lactant., VI, 245.

Bos Ægyptiorum deus Apis. Tertull., I, 129; S. Aug., XLI, 564. — Ejus sacerdotes continentiam servabant. Tertull., II, 928.

Bromius idem ac Liber.

Bubona, dea boum curam gerens. S. Aug., XLI, 140.

Busiris et ejus bustuaria altaria. Tertull., II, 1041.—Busiris. S. Aug., XLII, 601.—Tyrannus filius Neptuni ex matre Libya, *id.*, XLI, 570. — Diis suis suos hospites immolabat, *ibid.*, 570.

Bythos Æon Valentini. Tertull., II, 68, 551, 666.

C

Cabiri dii, ubi culti. Lactant., VI, 194

Caca dea a Romanis culta. Lactant., VI, 226.

Cacabulus Saturni. Tertull., I, 344.

Caduceus Mercurii. Tertull., I, 576.

Cæculus deus. Tertull., I, 606.

Cæsares deos dicebant Romani et deridebant. Tert., I, 583.—Cæsari aræ, templa, sacerdotes, pulvinar juxta deos posita, *ibid.*, 247.—Cæsarum facta cur a Christianis non culta, *ibid.*, 452.

Calva dea Venus. Lactant., VI, 225.

Camillam Diana doluit. S. Aug., XLI, 86.

Camœna canere docet. S. Aug., XLI, 122.

Candelifera dea. Tert., I, 600.

Cantherios adorabant gentiles. Tertull., 365.

Caper immolatur Libero. Arnob., V, 1244.

Capitolium omnium dæmonum seu deorum curia et templum. Tert., I, 646. —Qui dii e Capitolio rejecti. Tert., I, 373.—Capitolinum templum, nisi soluto tributo ingredi non licebat, *ibid.*, 345, 574. — In calamitatibus Cœlum ad Capitolium implorabant Romani, *ibid.*, 487.

Cardea dea. Tert. I, 683; II, 97.—Cardea dea præfecta cardini ostii. S. Aug., XLI, 119.

Carmentes quæ fata nescientibus canunt. S. Aug., XLI, 122.

Casiniensium deus Delventius. Tert., I, 420

Castor et Pollux. Castor, Jovis filius. Tert., II, 578. Castori et Polluci equi a Mercurio distributi, *id.*, I, 541.—Castor et Pollux quare Tyndaridæ appellati. Lactant., V, 130.—Alienarum sponsarum raptores, *ibid.*, 161.—Poetarum de illis commentum, *ibid.*, 162. — Variæ eorum apparitiones, *ibid.*, 289. — Castor et Pollux in deos relati. S. Aug., XLI, 134.

Castores dii. Tertul., I, 606; Arnob., V, 761, 924.—Eorum tria genera, *ibid.*, 1051.—Castorum deorum phantasmata. Tert., I, 409.—Castorum honori ova ascribunt, *id.*, II, 659.

Catabolici spiritus. Tertull., II, 698.

Catius deus catos, id est acutos facit. S. Augustin., XLI, 128.

Cecropii. Arnob., V, 1132.

Cepheus inter sidera delineatus ab Arato. Tertull., II, 142.

Cerberus. Cerberi fabula. Arnob., V, 1142. — S. Aug., XLI, 570

Ceres in Trinacriæ finibus nata Arnob., V, 760.—Ceres frugum inventrix colitur. Tert., I, 334; Arnob., V, 764, 912; S. Isid., LXXXII, 320.—Ceres mammosa. Arnob., V, 950, 1213.—Fruges demonstravit, non instituit. Tert., I, 334.—Cereris currus ab anguibus ferebatur, *ibid.*, 341. —Cereri vestes tenebricosæ placent, *id.*, II, 1045.—Cereris sacra. Arnob., V, 909; S. Aug., XLI, 185, 210. —Cereri initiatorum cultus omnis candidatus, vittæ et galeri privilegium. Tertul., II, 1045. — Cereris sacerdotes, viris consentientibus, amica separatione viduantur. Tert., II, 955.—Feminæ Cereris Africanæ, sponte abdicato matrimonio adsenescunt, *id.*, II, 958. Cereales ludi, *id.*, I, 658. — Ceres Jasonem deperit. Arnob., V, 1059.—Cererem Matrem Magnam seu Terram et Junonem esse perhibent. S. Aug., XLI, 207.—Ceres cum Libero semnibus præponitur, *ibid.*, 207.— Ceres Milesia. Lact., VI, 291.

Obj. Anima non a Deo creata est, ut volunt Catholici, cum secundum philosophos ex semine aut ex traduce venit. — Resp. Tertull., II, 712, 682, 665, 858, 683; S. Cyprian., V, 84, 85, 86.

Obj. De exsistentia animæ dubitant plurimi, eo quod sedes illius nemini nota sit, nec nota esse possit. — Resp. Tertull., II, 651, 671.

Obj. Corporalis et mortalis est anima, quia philosophi veteres et etiam hodierni talem illam habent, et sic habendam esse recte demonstrant; et aliunde illius origo est omnino incerta et obscura. — Resp. Arnob., V, 851, 854, 833, 834, 892.

Obj. Circa animarum originem nonnisi incerta et obscura habemus, siquidem vix aliquid de illis reprehenditur in Scripturis — Resp. S. August., XXXIV, 355, 415; XLIV, 150, 506, 523, 525, 530, 532.

Obj. Anima non est a Deo creata, siquidem est vel a seipsa, vel ex nihilo, vel ex substantia Dei, vel ex igne, vel ex aere, vel ex atomis. — Resp. S. August., XXXIV, 361, 366, 372, 412; XXXVIII, 853; XL, 11; XLI, 326; XLII, 72, 93, 99, 117, 666, 669.

Obj. Anima corporea est, siquidem philosophi quidam eam esse sanguinem dixerunt, alii ignem, alii terram, et tandem nonnulli animas hominum et animalium communem habere originem dixerunt. — Resp. S. Ambros., XIV, 403, 404, 560, 365.

Obj. Duæ sunt in homine animæ, quia bonitas et malitia hominis explicari nequeunt aliter. — Resp. Gennad., LVIII, 984, 1021.

Obj. Unica non est in homine anima, quia sunt qui putant tres esse, scilicet, vitalem, sensualem et rationalem. — Resp. Dionys. Exiguus, LXVII, 370, 371.

Obj. Animæ vel insimul creatæ sunt, vel sunt ab initio, inter cæteras naturas intellectuales, ut vult Origenes; ergo singulæ non sunt pro singulis corporibus creatæ. — Resp. S. Isidorus, LXXXIII, 1231, 1232.

Obj. Immortalis non est anima, quia, ex Scriptura, unus interitus est hominis et jumentorum. — Resp. S. Gregorius, LXXVII, 321, 324, 328.

Obj. Animæ cruciatus non est credendus, quia cum incorporea sit, igne materiali cruciari non potest. — Resp. S. Julianus, CXVI, 482, 483.

Obj. Anima est pars Divinitatis, siquidem, ex Genesi, est ejus spiriculum. — Resp. Ivo, CLXIV, 160, 161.

Obj. Merito dicitur animam transire de corpore in corpus, quia omnimodo certa est de metempsychosi doctrina. — Resp. Rupertus, CLXVII, 536, 537.

Obj. Anima est ex traduce, sicut corpus, quia dici nequit quod Deus animas sigillatim creet, et sic de illis creandis continuam habeat occupationem. — Resp. Hildebertus, CLXXI, 1121, 1122.

ANTICHRISTUS.

Obj. Antichristi adventus in dubium revocari potest, quia multis abhinc temporibus appropinquare dicitur, et nondum advenit. — Resp. S. Cyprianus, III, 1015, 1032, 1033; IV, 330.

Obj. Absolute et semper dubitandum erit de tempore adventus Antichristi, siquidem Christus ipse de eo dicere nihil voluit. — Resp. Lactantius, VI, 788, 789.

Obj. Dubitandum est etiam de exsistentia Antichristi, siquidem alii contendunt quod idem futurus sit ac diabolus, et alii alium esse asserunt. — Resp. Lactant., VI, 1008, 1009.

Obj. Dubitare licet de adventu Antichristi, quia per-

secutionis ejus tempus omnibus incertum est et ignotum. — Resp. S Augustin., XLI, 616, 677, 678.

Obj. Dicitur quod Judæi in Antichristum credituri sint, postquam in Christum credere noluerunt; illud absurdum est, siquidem mala ipsius opera eum manifestum faciunt. — Resp. S. Ambros., XIV, 1100, 1101.

APOSTOLI.

Obj. Apostoli non sunt credendi quia apostolici viri contrariam docuerunt doctrinam. — Resp. Tertull., II, 34, 45, 363.

Obj. Apostoli diversa inter se prædicarunt; ergo non sunt credendi. — Resp. Tertull., II, 37.

Obj. Suspicanda est apostolorum doctrina, quia quædam palam et universis, secreto et paucis quædam demandarunt. — Resp. Tertull., II, 37, 38.

Obj. Apostoli reprehensibiles sunt, quod mulieres secum ducerent. — Resp. Tertull., II, 490.

Obj. Dubitandum est an baptizati fuerint apostoli, cum de illorum baptismate silet Scriptura ; atque tamen hoc illis ut cæteris necessarium erat ad salutem. — Resp. Tertull., I, 1213.

APPARITIONES.

Obj. Contendunt quidam nullas nunquam fuisse Dei ipsiusmet apparitiones, quia, juxta illos, eæ quæ referuntur in dubium revocari possunt. — Resp. S. Leo, LV, 1328, 1329.

Obj. Dei ipsiusmet apparitio Patribus in Veteri Testamento facta, credenda non est, siquidem, juxta quosdam, apparuerunt tantum angeli aut sancti. — Resp. S. August., XLII, 140, 853, 856.

ARBITRIUM.

Obj. De exsistentia liberi arbitrii multum controvertitur ; ergo, etc. — Resp. S. Hieronymus, XXVI, 401, 402.

Obj. Arbitrii libertas non est homini in utramque partem concessa, quia quandoque, ut ait Apostolus, vitare non potest homo malum quod non vult, nec facere bonum quod vult. — Resp. Tertull., II, 292, 916; S. Cyprianus, IV, 507, 760; S. Hieronym., XXX, 286, 575.

Obj. Si exsistat liberum arbitrium, amovenda est gratia Dei, quia hæc duo consociari non possunt. — Resp. S. Hieronym., XXIV, 745, 796; XXVI, 401; S. August., XL, 282; XLIV, 241, 342.

Obj. Falso dicitur quod gratia sit prævenieus, liberum vero arbitrium subsequens, quia sic adimeretur liberum arbitrium. — Resp. S Gregorius, LXXVI, 298, 809.

Obj. Vel liberum arbitrium vel gratia e medio tollenda sunt, quia se invicem tollunt. — Resp. Rabau., CVIII, 1204, 1205; CXI, 885.

Obj. Non exsistit liberum arbitrium siquidem per Adæ peccatum omnino sublatum est ; atqui. — Resp. S. Augustin., XXXIV, 133, 1268, 1275; XLI, 149 ; XLII, 451, 540; XLIV, 552, 564, 567.

Obj. De libero arbitrio prorsus dubitandum est, quia alii plus, alii minus ei tribuunt. — Resp. S. August., XXXVIII, 85, 877, 1268; XLIV, 373, 374, 441, 570, 879, 880, 885; XLV, 1290, 1520.

Obj. Adhuc objicitur quod liberum arbitrium conciliari nequeat cum gratia, siquidem illud tollunt qui gratiam prædicant. — Resp. S. August., XXXIII, 677, 974, 987; XXXIV, 156; XXXV, 2071; XXXVI, 208; XXXVIII, 903; XLIV, 253, 265, 383 ; XLV, 1110, 1115, 1298.

Obj. Liberum arbitrium non est in omnibus, siquidem illud amittit homo, cum spiritus Dei igitur, et cum diabolo voluntarie se dedit. — Resp. S. Prosper, LI, 654, 655.

Obj Nemo potest liberum arbitrium per se habere, quia ejus principia et profectus, et perseverantia in bonis usque in finem dona Dei sunt. — Resp. S. Prosp., LI, 264.

Obj. Post gratiam liberum arbitrium non manet in natura; ergo qui gratiam habet, liberum arbitrium non habet. — Resp. S. Prosp., LI, 264, 265.

Obj. Post gratiam non remanet liberum arbitrium, siquidem destruitur quando omnia ad Deum referuntur. — Resp. S. Prosper, LI, 983, 984.

Obj. Nemo sine gratia libero arbitrio bene utitur; ergo gratia liberum arbitrium tollit. — Resp. S. Prosp., LI, 209, 210, 685, 686.

Obj. Non habet omnis homo libertatem arbitrii, siquidem constat quosdam esse homines, qui in malum inviti et quasi coacti protrahuntur. — Resp. S. Anselmus, CLVIII, 490, 491, 493, 494, 496.

ARIANI.

Obj. Arianorum doctrina olim longe lateque diffusa est, siquidem, ex S. Hieronymo, universus orbis miratus est se esse Arianum ; porro quod fuit olim, potest esse et nunc, vel hæc fuit prima fides, ergo et nunc debet remanere; ergo Ariani non sunt hæretici. — Resp. Lactant., VI, 542, 543.

Obj. Arius asserit Christum ante B. Mariam et ante sæcula exstare; porro hoc videtur catholicum dogma, ergo. — Resp. S. Hilarius, X, 716, 204.

Obj. Hæretici essent Ariani quia contendunt Christum genitum et creatum esse, non esse sempiternum, nec omnipotentem, nec summe bonum, nec sapientem, nec scientem diem judicii : porro hæc constant ex Scripturis; ergo. — S. Ambros., XVI, 562, 685, 840, 841, 941, 1045, 1046.

Obj. Ariani docent Filium et Spiritum sanctum esse Patre minores, utpote ei subjectos et ab illo missos: porro hoc constat ex Scripturis ; ergo. — Resp. S. Fulgentius, LXV, 369, 370, 814, 815.

Obj. Ariani subscripserunt concilio Nicæno ; ergo non sunt hæretici. — Resp. Cassiodorus, LXIX, 925, 926.

ASINUS.

Obj. Christiani olim objurgabantur a paganis quod adorarent caput et superficiem asini ; porro hoc ridiculosum. — Resp. Tertull., I, 364, 372, 579.

Obj. Irrident quidam cum legant asinam loqui adversus Balaam; ergo ista locutio est fabulosa. — Resp. S. Cyprian., IV, 664, 665.

ATOMI

Obj. Admittendum est systema atomorum, quod sint rerum principia, hoc est quod ex illorum concursu, siquidem Epicurus optime probat eorum originem, fortuito et innumerabiles mundi, et animantia, et animæ, etc. fieri cœperunt. — Resp. Lactant., VI, 401 ; S. Augustin., XLI, 230; XXXIII, 444, 445.

AZYMUS.

Obj. Azymum panem merito improbant atque rejiciunt Græci in conficienda Eucharistia, quia non est proprie et vere panis. — Resp. S. Anselmus, CLVIII, 541, 542, 543.

BAPTISMUS.

Obj. Non legitur in traditione quandonam Christus baptismum instituerit ; ergo de illius exsistentia dubitare possumus. — Resp. Lact., VII, 616, 617.

Obj. Baptismus olim non dabatur infantibus ; ergo nec hodie dari debet. — Resp. S. Cyprian., III, 1015, 1018; IV, 473.

Obj. Parvuli non sunt baptizandi ob peccatum originale, nec propter vitam æternam, sed tantum propter regnum cœlorum, ut aiunt Pelagiani : quod tamen rejiciunt Catholici. — Resp. S. August., XXXIII, 761, 763; XXXVIII, 1336; XLIV, 142, 146, 377, 385, 394, 395.

Obj. Multi, etiam Christiani, non credunt quod infantes sine baptismo mortui damnentur, quia, inquiunt, hoc injustum esset, Nam et ipsi non sunt adeo culpabiles ut tale supplicium mereantur. — Resp. S. August., XLIV, 188, 189, 481, 505, 1330.

Obj. Parvuli sine baptismo mortui damnationem non habebunt, quia, juxta plures, in medio quodam loco erunt, ubi beate vivant. — Resp. S. Leo, LVI, 486, 497, 498.

Obj. Baptismus et circumcisio nihil differunt, siquidem ambo peccatum originale auferunt : ille in nova lege, et hæc in veteri lege ; detur ergo ratio discrepantiæ. — Resp. Hugo a S. Victore, CLXXV, 885, 886.

BEATITUDO.

Obj. Beatitudinem reponunt philosophi aut in non dolendo, aut in voluptate, aut in honestate, aut in bonis corporis, et Catholici in solo Deo , quibus credendum? — Resp. S. Ambros., XVI, 103, 104.

Obj. Beatitudinem tantum in altera vita ponendam esse negant plurimi, quia, inquiunt, in hoc mundo inveniri potest. — Resp. S. Ambrosius, XVII, 678, 679.

Obj. Beatitudo in voluptate, juxta Aristippum; in animi virtute, juxta Antisthenem; in bonis gulæ vel fortunæ, juxta alios; ergo non in solo Deo consistit beatitudo. — Resp. S. August., XLI, 601 ; XLII, 101, 549, 551 ; XLIV, 852.

Obj. Immerito dicitur quod beati esse non possumus in hoc mundo, quia potentes et divites vere sunt beati. — Resp. Philippus de Harveng, CCIII, 310, 311, 349, 450.

BELLUÆ.

Obj. Belluæ habent intelligentiam, ac futuri providentiam ; porro nihil amplius habet homo, et quidam non

habent; ergo bellnæ non distinguuntur ab hominibus. — Resp. Lactant., VII, 94, 95.

Obj. In usum et commodum hominis belluas creatas esse dici non potest, si quidem multæ sunt homini noxiæ et nocivæ, ac valde perniciosæ. — Resp. Lactant., VII, 117, 118.

Obj. Admittenda est sententia eorum qui belluis dant animam animæ hominum similem, quia belluæ habent rationem et scientiam, ita ut sensum hominum superent, quia cognoscunt, sentiunt, intelligunt, reminiscuntur, appetunt, etc. — Resp. S. August., XXXII, 1018, 1063, 1066, 1067, 1368, 1370, 1371; XXXVI, 480; XXXVII, 1939; XLI, 240; XLII, 975, 999, 1057, 1061.

BELLUM.

Obj. Bellum non potest esse sine peccato, quia semper peccatum est sese invicem trucidare.—Resp. Regino, CXXXII, 295, 296.

Obj. Omnia bella culpanda sunt, imo sunt omnino injusta, quia ob nullum bonum finem juste suscipi possunt. — Resp. Ivo, CLXI. 721, 724, 725.

BLASPHEMIA.

Obj. Non omnia peccata remitti possunt, siquidem blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis est. — Resp. S. August., XXXVIII, 448, 457, 458.

CAIN.

Obj. Immerito sacrificium Cain respuit Deus, quia bona intentione offerebatur. — Resp. Tertull., II, 611, 612.

Obj. In Scripturis Cain dicitur ædificasse civitatem; atque illud non est possibile, siquidem tunc temporis tres tantum aut quatuor homines erant in terra. — Resp. S. August., XXXIV, 548; XLI, 445, 446.

CARO.

Obj. Non credenda est carnis resurrectio, quia difficilior, impossibilis, et rectæ rationi prorsus repugnans. — Resp. Tertull., II, 800, 810, 835, 868; S. Cyprian., III, 1113, 1114, 1115.

Obj. Carnis resurrectionem negant Archontici, Gaiani, Carpocrates, Cerdon, etc., ergo rejicienda carnis resurrectio. — Resp. S. August., XLII, 27, 29, 39; XXXVI, 752; XXXVIII, 848; XLI, 783.

Obj. Caro Christi fuit tantum apparens et phantastica, aut, si vera fuit, a viro assumpta fuit, et non ex sola Maria Virgine, quia virgo generare nescit. — Resp. S. Gennad., LVIII, 984, 1007, 1008.

CASTITAS.

Obj. Castitatem in ministris Ecclesiæ vituperant nonnulli, et illam e medio tollendam esse contendunt, quia, inquiunt, non legitime præscribitur. — Resp. S. Leo, LV, 1331, 1332

CASUS.

Obj. Magna casui inest virtus, siquidem omnia casu fiunt. — Resp. Boetius, LXIV, 513, 1153, 1154.

CATHOLICI.

Obj. Falso asseritur Catholicos solos possidere id quod a Christo fuit institutum, quia plures alii sibi eamdem prærogativam adscribunt. — Resp. Tertull., II, 23.

Obj. Catholicam traditionem rejiciunt plurimi, quia illis non videtur tuta et secura. — Resp. Tertull., II, 931.

CHARITAS.

Obj. Immerito laudatur charitas mutua Christianorum, quia ethnici illam passim vituperant. — Resp. Tertull., I, 704.

Obj. Charitas omnino in hoc mundo deleta est, siquidem in praxim a paucis redigitur, et ab aliis in hypocrisim vertitur et contemnitur. — Resp. S. Hilarius, IX, 951, 952; X, 300, 301.

CHRISTIANI.

Obj. Christianorum nomen infestum est gentibus, quia improbi sunt Christiani. — Resp. Tertull., I, 277, 288, 566.

Obj. Olim ob illorum mala opera vexabantur Christiani; ergo improbi erant. — Resp. Tertull., I, 277, 278, 285.

Obj. Quicunque vult, non potest esse Christianus, quia Christianus non fit, sed nascitur. — Resp. Tertull., I, 378.

Obj. Non fit, sed nascitur Christianus, siquidem anima naturaliter Christiana est. — Resp. Tertull., I, 377.

Obj. Christianorum mores corrupti erant, quia hoc illis ab ethnicis exprobrabatur. — Resp. Tertull., I, 472, 473, 564.

Obj. Christiani merito accusabantur rei læsæ majestatis humanæ, quia imperatorum legibus obedire nolebant. — Resp. Tertull., I, 427, 436, 457, 450, 700.

Obj. Christiani merito factio illicita, et desperata dicebantur, quia omnium scelerum rei erant, et inimici deorum, imperatorum, legum, morum ac totius naturæ. — Resp. Tertull., I, 310, 311, 459, 464, 468, 699, 700.

Obj. Evidenter mali sunt Christiani, siquidem trium horrendorum criminum accusabantur, nempe infanticidii, stupri, adulterii et incesti; acclamatio communis contra eos erat hæc : Christiani ad bestias, Christiani ad leones; insuper si rei non fuissent Christiani, Deus non permisisset illos tanta pati tormenta. — Resp. Tertull., I, 306, 307, 341, 480, 488, 571, 580, 581, 651, 825.

Obj. Christianos mundus odit, quia criminosi ab omnibus habentur. — Resp. S. Cyprianus, IV, 426, 537, 554, 665, 752.

Obj. Christianus apprehensus et castigatus non reluctatur, quia sentit atque confitetur se esse culpabilem et omni pœna dignum. — Resp. S. Cyprian., IV, 293, 557; III, 832, 833.

Obj. Christiani sunt pejus omnium hominum genus, siquidem causa sunt omnium malorum quæ mortalitatem nostram perturbant. — Resp. Arnob., V, 719, 720, 723, 726, 727.

Obj. Christiani ab omnibus sunt appellati hebetes, stolidi, fatui, etc., athei etiam, etc. — Resp. Arnob, V, 703, 704, 750, 751, 816, 817, 829, 863, 958, 976.

CHRISTUS.

Obj. Christi adventum credere nolunt multi, quia nimis humilis fuit et abjectus et ignominiosus. — Resp. S. Cyprianus, IV, 352, 707, 708.

Obj. Rejicienda est Christi incarnatio, quia repugnat, aiebant infideles, quod Deus induat miseram et informem mortalitatem nostram. — Resp. Lactant., VI, 475, 517, 521, 524.

Obj. Christus non est filius Mariæ, siquidem ante Mariam exstitit. — Resp. S. Hilarius, X, 513, 514.

Obj. Christus debet esse bellipotens et non paciferus, ex Scripturis. — Resp. Tertull., II, 340, 351; 617, 618, 620.

Obj. Nondum venit Christus, quia non talis probatur, qualis annuntiabatur. — Resp. Tertull., II, 331, 349, 609, 610.

Obj. Christus dicitur primogenitus omnis creaturæ; ergo fuit creatus. — Resp. S. Hilarius, IX, 273, 274, 653, 654.

Obj. Christi miracula non ejus probant divinitatem, quia magicis virtutibus tribuenda sunt. — Resp. Tertull., I, 400; Lactant., VI, 485, 491.

Obj. Dici nequit Christum sponte sua mortuum fuisse, siquidem carnificis officio necatus est. — Resp. Tertull., II, 401.

Obj. Christus non distinguendus fuit a diis paganismi, siquidem deorum numero eum adscribi voluit Tiberius. — Resp. Tertull., I, 290.

Obj. Christi jugum immerito dicitur leve, quia pluribus est omnino intolerabile. — Resp. S. Cyprian., IV, 780, 781.

Obj. Christus post resurrectionem, ab oculis repente evanuit; ergo erat phantasma et umbra. — Resp. S. Hieronymus, XXIII, 387, 388.

Obj. Si Christus vere resurrexisset, signa resurrectionis suæ certa et evidentia dedisset; atqui. — Resp. S. Hieronymus, XXIII, 310, 311, 387, 388.

Obj. Si Christus liber fuit a peccatis actualibus, non sic dici potest liber a peccato originali. — Resp. S. Aug., XXXIV, 733, 867; XXXV, 1696, 1847; XXXVI, 591; XXXVIII, 442, 823, 824, 928; XL, 255.

Obj. Christi generatio falsa est, quia aliam Matthæus, aliam Lucas recensuit. — Resp. S. August., XXXVIII, 530, 531; XL, 49; XLII, 214, 216.

Obj. Christum e sepulcro a discipulis sublatum fuisse apud Judæos fama est; ergo vere non resurrexit. — Resp. S. August., XXXVIII, 261, 262.

Obj. Si Christus resurrexisset, in conspectu omnium resurgere debuisset, sicut in conspectu omnium passus et mortuus est. — Resp. S. August., XXXIII, 833, 942, 943; XL, 188, 945; XLII, 41, 42.

Obj. Christus non est coæqualis Patri, quia in Scripturis contrarium legitur. — Resp. S. Prosp., LI, 315, 316, 482.

Obj. Christus non genitus est ex Maria, quia ante Luciferum genitus est. — Resp. S. Prosp., LI, 319, 320

Obj. Pro damnandis non passus nec mortuus est Christus, siquidem nihil eis prodest. — Resp. S. Prosp., LI, 164, 165, 177, 178, 702, 703.

Obj. Nemo ad Christum venit nisi trahatur auxilio Dei; ergo non omnes volentes ad Christum venire possunt. — Resp. S. Prosp., LI, 233, 234.

Obj. Christus merus fuit homo excellens, ut volunt philosophi, vel, ut placet aliis, sanctus, ut Abraham, Moyses, etc., nec ut Deus habendus est. — Resp. S. Gregorius, LXXV, 87, 88; LXXVI, 83; LXXIX, 66, 67.

Obj. Christus non est filius unicus Mariæ B. Virginis, siquidem illius primogenitus appellatur. — Resp. S. Bruno, CLXV, 76, 77.

Obj. Christus non fuit a conceptione plenus gratiæ et veritatis, siquidem, sapientia et ætate proficiebat, ex Scripturis. — Resp. Hugo a S. Victore, CLXXVI, 73, 74.

Obj. Christi corpus consecrari deberet in pane fermentato, ut fit apud Græcos; nam hæc discrepantia displicet omnibus. — Resp. Algerus, CLXXX, 827.

Obj. Ratio non est cur panis in corpus et vinum in sanguinem consecrentur, siquidem Christus in utraque specie continetur. — Resp. Algerus, CLXXX, 825.

Obj. Christus, nequidem angelis æqualis est, siquidem paulo ab eis minoratus est, ex Scriptura. — Resp. Petrus Lombardus, CXCII, 416, 417.

CIRCUMCISIO.

Obj. Semper durare debuisset circumcisio et nunquam cessare, quia gratiam et salutem Judæis dabat. — Resp. Tertull., II, 601, 602.

Obj. Immerito abolita est circumcisio, siquidem idem erat ac baptismus, hoc est peccatum originale purgabat et a morte æterna liberabat. — Resp. S. August., XXXIII, 93, 309, 415; XXXVIII, 1548; XLI, 506; XLII, 309; XLIV, 450, 685, 720, 834; S. Gregorius, LXXV, 634; Ivo, CLXI, 80; Alanus, CCX, 256; Petrus Pictav., CCXI, 1140, 1141.

COENA.

Obj. Cœnæ Domini adesse possumus non jejuni, quia discipuli corpus et sanguinem Christi non acceperunt jejuni, et de hoc jejunio nihil definire audet S. Augustinus. — Resp. S. August., XXXIII, 202, 203

COLUMBA.

Obj. Spiritus sanctus dicitur in columba apparuisse; atque talis apparitio rejicienda videtur. — Resp. S. Aug., XL, 302; XXXIII, 747.

COMMUNIO.

Obj. Communio fieri debet sub utraque specie, quia sic olim fiebat, et nunc adhuc in usu est apud Græcos. — Resp. S. Anselmus, CLIX, 255, 256.

Obj. Comprobatur quod in acceptione corporis Christi, in Missa, sacerdos solum corpus Christi suscipit in susceptione panis et sanguinem solum in susceptione vini; ergo in communione fidelium sub sola specie panis. solum Christi corpus suscipitur; ergo mancum est sacramentum. — Resp. S. Anselm., CLIX, 255.

CONCUPISCENTIA.

Obj. Deus concupiscentiam nobis auferre debuisset, quia concupiscentiæ resistere non valemus, ut ait Apostolus, qui ipse facit quod non vult. — Resp. S. Aug., XXXVIII, 716; XLIV, 150, 433, 560, 679, 682, 815, 829, 855.

Obj. Concupiscentiis quidam resistere non valent, quia Deus concupiscentiis suis quosdam tradidit, ex Scriptura. — Resp. S. Aug., XXXIV, 400, 829; XXXVIII, 391, 719, 816; XLIV, 793, 1343.

Obj. Nullatenus valent quidam concupiscentias suas vincere, siquidem justi ipsi eas penitus exstirpare non possunt. — Resp. S. Aug., XXXVIII, 189, 815, 820, 892.

CONFESSIO.

Obj. Publice esse facienda confessio, quia sic nos vehementius ad humilitatem provocaret, et cæteros ædificaret, ut in usu erat apud primos Christianos. — Resp. Tertull. I, 1222.

Obj. Sufficit confessio Deo facta, et non externe sacerdoti; ergo sola retinenda. — Resp. S. Anselm., CLVIII, 866, 867, 877, 878, 1125, 1126: Adamus Scotus, CXCVIII, 168, 169, 175.

CONFIRMATIO.

Obj. Confirmationis sacramentum non admittunt hæretici, quia, juxta illos, non fuit a Christo institutum. — Resp. Alanus, CCX, 369, 370.

Obj. Confirmationis minister necessario non est episcopus, quia, juxta plures, fuit olim a sacerdotibus collata. — Resp. Alanus, CCL, 369, 370.

CONJUGIUM.

Obj. Conjugatis permittitur divortium facere fornicationis causa; ergo dimissa uxore fornicante, viro licitum esse debet alteram ducere; hoc consequens est quod ei licet dimittere fornicantem: attamen hoc Ecclesia prohibet. — Resp. S. August., XL, 100, 451, 452: Abælardus, CLXXVIII, 1546.

Obj. Verum non fuit conjugium inter Mariam Virginem et B. Josephum, siquidem non fuit corporum commistio. — Resp. Petr. Pictaviens., CCXI, 1256, 1257.

CONSTANTINUS MAGNUS.

Obj. Falso dicitur Constantinum orbi justitiam, sapientiam et pacem attulisse, siquidem Maxentio bellum injuste, impie et crudeliter intulit. — Resp. Lactant., VI, 116; VII, 261, 367.

Obj. In quibusdam historiis legitur crucem Constantino ostensam fuisse in cœlo, in qua vinceret; atqui illud est inventionis opus. — Resp. Lactantius, VII, 261, 262.

Obj. Constantinus immerito a Christianis ut sanctus habetur, quia multa in ejus vita vituperanda sunt. — Resp. S. Philastrius, XII, 1179, 1180.

CONTINENTIA.

Obj. Continentia conjugio non est anteponenda, quia votum castitatis societati non prodest, imo est ei nocivum. — Resp. Tertull. II, 486, 487, 905, 925, 931.

Obj. Antiquitus et ante adventum Christi insolita erat continentia; ergo non semper bona fuit. — Resp. S. Aug., XL, 455; XLIV, 422, 423.

Obj. Ut bona sit continentia, requiritur ut sit voluntaria et procedat ex libero arbitrio; atqui non ita fit, siquidem nemo potest esse continens, nisi Deus det, ex Scriptura. — Resp. S. August., XXXII, 729, 796; XL, 444, 445: XLIV, 297, 236, 886.

CONVERSIO.

Obj. Inquirenda non est conversio, siquidem viribus humanis obtineri non valet, sed ex solo Dei dono procedit, siquidem ait Scriptura: *Converte nos, Deus*, etc. — Resp. S. August., XXXIII, 591; XXXVI, 48, 51, 137; XXXVII, 119, 1073; XLIV, 169, 888.

Obj. Impossibilis est conversio, siquidem dicitur difficiliorem esse conversionem peccatorum, quam resurrectionem mortuorum. — Resp. S. August., XXXII, 751; XXXVII, 1123.

CONVICIUM.

Obj. Convicium pro convicio reddendum est, quia oculum pro oculo, dentem pro dente. — Resp. S. August., XXXIII, 136; XXXVII, 1185, 1434; XXXIX, 1584.

CORPUS.

Obj. Æterna beatitudo corporibus non erit, siquidem, juxta plures, non convenit quod corpora eamdem habeant felicitatem quam animæ. — Resp. S. Hilarius, IX, 763, 944, 945.

Obj. Sæpe dicitur quod corpus hominis ad imaginem Dei sit factum; atqui hoc videtur absurdum. — Resp. S. August., XL, 32; XLIV, 710.

Obj. Admittendum non videtur corpus futurum fuisse immortale et angelicam formam accepturum fuisse si non peccasset Adamus; hoc enim valde incertum est. — Resp. S. Aug., XXXIV, 283, 354; XL, 332; XLV, 200, 354, 355, 1599.

CRASTINUM.

Obj. Præceptum non cogitandi de crastino ad ignaviam et imprævisiones aut futuri incuriam hominem ducit; ergo rejiciendum. — Resp. S. August., XXXV, 1803; XL, 508, 509; XLII, 167.

CREATURA.

Obj. Deo simillima est creatura intelligens, illique omnino æqualis, quia ubique legitur et dicitur hominem esse alterum Deum, et factum omnino fuisse ad imaginem Dei. — Resp. Constantin., VIII, 437, 440.

Obj. Falsum videtur quod dicitur, Deum de nihilo fecisse omnia valde bona, quia, juxta Manichæos, multæ creaturæ sunt malæ. — Resp. S. August., XXXII, 745; XXXVII, 1878; XLII, 538, 580, 607, 743; XLV, 1557.

Obj. Creaturæ omnes dici nequeunt utiles, quia sunt animalia infima, inutilia et noxia. — Resp. Alanus, CCX, 311, 312.

CRUX.

Obj. Crucis signum in fronte mera est superstitio, quia nulla lege præscribitur. — Resp. S. Cyprian., IV, 514, 515. 715, 716.

Obj. Si crucis signo esset aliqua virtus, et si per illud dæmones, ut dictum fuit, fugarentur, hoc evidentissime probari deberet; porro, etc...; ergo. — Resp. Lactant., VII, 210, 216, 314, 671; Rabanus Maur., CXII, 293, 294; S. Bernard., CLXXXIV, 749, 750.

CYPRIANUS (S.)

Obj. Vituperatur S. Cyprianus, quod acriores cum Sce-

phano habuerit disputationes et contentiones. — Resp. S. Cyprian., III, 1133, 1134, 1116, 1117.

Obj. Hæreticos denuo baptizandos docuit S. Cyprianus; porro hoc ab Ecclesia damnatur; ergo erravit S. Cyprianus, ac proinde sanctus dici non debet. — Resp. S. Aug., XXXIII, 340, 341, 409; XLIII, 124, 131, 159, 340, 341, 409, 490, 606, 607.

Obj. Si non errasset voluntarie et si unitatis Ecclesiæ fuisset, ut dicitur, amantissimus, exemplum submissionis statim sponte sua dedisset; porro hoc non fecit; ergo, etc. — Resp. S. August., XXXIII, 88, 89, 187, 188, 191, 198, 201, 203, 219, 226, 234, 244, 310, 340, 496, 497, 566.

DÆMONES.

Obj. Dæmones aliquid habent divinum, dum furantur divinitatem. — Resp. Tertull., I, 408.

Obj. Dæmones scientiam habent divinam, cum pluvias venturas agnoscunt, res quæ supra sunt naturæ ordinem patrant, sub personis defunctorum delitescunt, etc.; porro hoc faciunt dæmones; ergo, etc. — Resp. Tertull., I, 409, 646, 700, 748, 1175; II, 748.

Obj. Absurdum est dicere pene nullum hominem dæmonio carere, quia illud repugnat benevolentiæ Dei erga homines; ergo hoc non est verum. — Resp. Tertull., I, 748.

Obj. Credendum non est quod Christiani potestatem habeant in dæmones, ita ut eos ejiciant ex obsessis. — Resp. Tertull., I, 413, 434, 463, 534, 535, 677, 700, 703, 937.

Obj. Magnam saltem habent dæmones potentiam, quia se in lucis angelos transfigurant, auctores et rectores sunt hujus mundi, multa patrant miranda, morbos et mortem in homines immittunt, magnas artes edocent, hominesque invitos tentant; ergo aliquid divinum habent dæmones. — Resp. Tertull., II, 748; S. August., XXXIII, 383; XXXIV, 630; XXXV, 1854; XL, 292, 684, 586; XLI, 70, 251, 634, 717; XLII, 651, 663, 875, 876, 878.

Obj. Gratiam et mysterium adventus Domini certe agnoverunt dæmones, tanta scientiæ potentia præditi. — Resp. Philipp. de Harveng, CCII, 305, 306, 721, 722.

DAMNATIO.

Obj. De damnatione ob peccatum originale dubitant plurimi, quia, inquiunt, talis damnatio repugnat bonitati divinæ. — Resp. S. August., XXXII, 217; XLIV, 160, 230.

Obj. Nulla erit æterna damnatio, quia plures inter quos Origenes, supplicia damnatorum non semper duratura existimant. — Resp. S. August., XLI, 731, 733; XLIV, 525; Cassiodorus, LXX, 461, 548, 584, 657.

Obj. Justæ pœnæ æternæ non sunt, quia pro transitoria culpa imponendum non est æternum supplicium. — Resp. S. Gregorius, LXXV, 912, 913; S. Bruno, XCVI, 903, 904.

DETRACTIO.

Obj. Non semper mala est detractio, quia aliquando de vero est. — Resp. Petr. Cantor, CCV, 56, 57.

Obj. Detractio est aliquando levissima et fere nulla, quia occulta est et nullatenus manifesta. — Resp. Petr. Cantor, CCV, 57, 58.

Obj. Detractio si non est facienda, saltem audienda est, quia illius auditio prodesse potest. — Resp. Petr. Cantor, CCV, 57, 389, 390.

DEUS.

Obj. Dei patientia non extollenda est, ut perfectio, quia nihil tale apparet in pœnis ac cruciatibus damnatorum. — Resp. Tertull., II, 813; I, 1252.

Obj. Falso asseritur Deum a nemine unquam ignorari potuisse, quia philosophi Deum inventu et enarratu difficilem dixerunt. — Resp. Tertull., II, 256, 265, 325, 285; I, 509.

Obj. Deo inutilia sunt templa, quia Dei templum totus est mundus. — Resp. S. Cyprian., IV, 576, 577, 578.

Obj. Precandus non est Deus, quia precatione nostra non indiget. — Resp. S. Cyprian., IV, 241, 242.

Obj. Personam accipit Deus, siquidem uni bona terræ concedit, alteri vero mala semper impertitur. — Resp. S. Cyprian., III, 1016, 1017; Lactant., VI, 120, 569, 626, 627.

Obj. Dei providentiam negant plurimi, quia, inquiunt, indigna est Deo humanarum rerum cura et sollicitudo. — Resp. S. Hilarius, IX, 856, 857, 871, 872.

Obj. Corporeus est Deus, quia in Scripturis et ambulans et loquens, etc., nobis repræsentatur. — Resp. S. Ambros., XV, 130, 308, 1120, 1121.

Obj. Invisibilis et incorporeus non est Deus, siquidem pluribus olim apparuit in forma corporea. — Resp. S. August., XXXIII, 604, 605, 618; XXXIV, 448; XXXVIII, 59, 60, 477; XL, 662; XLI, 291.

Obj. Si Deus omnia præsciat; ergo nostrum adimit liberum arbitrium. — Resp. S. August., XXXII, 1276, 1277.

Obj. Contendunt quidam quod præscientia Dei nos urget necessitate peccandi, quia, inquiunt, præscientia a parte Dei fit in nos coactio. — Resp. S. Prosper, LI, 297, 387, 619, 620.

Obj. Dei misericordiam reprehendunt quidam, quia aliis conceditur, aliis pro arbitrio Dei negatur. — Resp. S. Prosper, LI, 129, 409, 410, 530, 531, 683, 684.

Obj. Deus, juxta quosdam, intentator est malorum, siquidem legitur in Scripturis quod converterit cor Ægyptiorum, ut odissent populum suum. — Resp. S. Prosp., LI, 299, 300, 301; Alcuinus, C, 919.

Obj. Justitia et clementia in Deo simul admittenda non sunt, quia hæc duo inter se repugnant et sibi invicem adversantur. — Resp. S. Prosper, LI, 169, 170, 171.

Obj. Dici nequit quod Deus testimonium suæ agnitionis in hominibus cunctis collocaverit, quia inveniuntur qui de Deo nullum sensum habent. — Resp. S. Fulgent., LXV, 771, 772.

Obj. Deus, septimo die, mundo creato, quievisse dicitur, ergo admittit fatigationem. — Resp. Rabanus Maurus, CVII, 465, 466.

Obj. Deum arguunt nonnulli, quod alios divites, alios pauperes esse velit. — Resp. Petrus Damianus, CXLV, 210, 211.

DIABOLUS.

Obj. Hyperbolice, non vere, dici potest quod diabolus fuerit in paradiso terrestri sub figura serpentis, animalis. — Resp. S. Ambrosius, XIV, 277, 278, 279.

Obj. Tam potens est diabolus quam Deus, siquidem uno temporis puncto omnem perlustrat mundum atque circuit, ex Scriptura. — Resp. S. Hilarius, IX, 507, 849, 850.

Obj. Non credendum quod Deus ad diabolum loquatur et diabolus ad Deum. — Resp. Ivo, CLXI, 988, 989.

Obj. De divinatione diaboli non dubitandum est quin sæpissime a pluribus experientia probata fuit. — Resp. Ivo, CLXI, 766, 768.

Obj. Diabolus effector est animalium, tonitruum et cæterorum calamitatum. — Resp. Isidor., CXXX, 564, 565, 894, 895.

Obj. Diabolus internas videt hominum cogitationes, quia nihil in homine nescit. — Resp. Ivo, CLXI, 766, 767.

DIES.

Obj. Rectus non est loquendi modus dicere quod creatio facta fuerit intra sex dies, siquidem impossibile est dies primos creationis enumerare, cum dies et noctes esse non possent ante solis creationem. — Resp. S. August., XXXIV, 183, 235, 258, 275, 314, 317, 319; XLI, 322; XLII, 295, 309, 314, 323, 338.

Obj. Dies boni et mali ab omnibus agnoscuntur; ergo virtus quædam inest diebus. — Resp. S. August., XXXVII, 1204; XXXVIII, 123, 168, 245, 909, 1051, 1363.

Obj. Diei Dominicæ sanctificationem contemnunt plurimi, quia, juxta ipsos, nec ab apostolis instituta est, nec in Scriptura fundata est talis sanctificatio. — Resp. Rabanus, CVIII, 76, 355.

Obj. Quod adsit obligatio Missam die Dominica audiendi, negatur, quia non fundatur Scripturis, etc. — Resp. Isidorus, CXXX, 402, 403; Ivo, CLXI, 508.

DILUVIUM.

Obj. De diluvio silent scriptores antiqui; ergo non admittendum. — Resp. S. August., XL, 334; XLI, 569; XLII, 631.

Obj. Diluvium exstitisse aut saltem universam terram occupasse non omnino certum est, quia conchæ et buccinæ in montibus repertæ illud non probant. — Resp. Tert., I, 481; II, 1033.

Obj. Diluvium non fuit universale, quia fuerunt urbes diluvio anteriores. — Resp. Tert., I, 482.

DIVITES.

Obj. De societate hominum evellendi sunt divites, siquidem omnia bona omnibus fieri debent communia, sicut omnibus communia sunt mundi elementa. — Resp. S. Ambros., XIV, 263, 264.

Obj. Divites semper mali, siquidem eos contemnit Christus, cum difficillime in regnum cœlorum admittendos asserit. — Resp. S. Aug., XXXIII, 494; XXXIV, 882; XXXVII, 1751; XXXVIII, 216, 521; S. Leo, LIV, 164, 165, 436, 437; LVII, 526, 731, 732.

ECCLESIA.

Obj. Ecclesiæ ministris in tempore persecutionis semper fugere licet, quia nemo tenetur periculo sese exponere. —Resp. Tert., II, 115, 144.

Obj. Falso sancta appellatur Ecclesia, quia multi sunt in ea improbi.—Resp. Tert., I, 1286.

Obj. Vera non est Ecclesia catholica, quia in ea frumentum cum zizania miscetur et confunditur.—Resp. S. Cypr., III, 791, 792; IV, 344, 345

Obj. Sunt martyres extra Ecclesiam; ergo et salus extra Ecclesiam haberi potest. — Resp. S. Cyprianus, III, 783, 1224; IV, 511, 512.

Obj. Falso asseritur Ecclesiam nunquam perituram, siquidem, juxta multos, jam mortua est vel saltem imminenti morti proxima. — Resp. S. Ambros., XVI, 466, 476, 477, 807. 879. 880; S. Hieronym., XXIII, 506.

Obj. Contemni et rejici potest Ecclesia, quin a Deo recedatur, siquidem Deus et Ecclesia duo sunt diversa, nec uno eodemque fundamento nituntur. —Resp. S. August., XXXV, 1998; XXXVI, 175, 223, 508; XXXVII, 1103, 1297, 1681; XXXVIII, 448; XXXIX, 1615; XL, 668.

Obj. Pelagiani et Cœlestini Ecclesiam hic esse debere sine macula probant; ergo de sinu Ecclesiæ ejiciendi sunt mali. — Resp. S. Aug., XXXIV, 336, 356, 998; XXXVIII, 981, 982, 1169.

Obj. A pluribus vituperatur Ecclesia, eo quod ad dominationem suam stabiliendam recurrat ad potestates sæculares.—Resp. S. Leo, LIV, 873, 874, 1040.

Obj. Immerito dicitur Ecclesiam Veteris et Novi Testamenti unam esse, siquidem diversa sunt illarum præcepta, diversa fides ac spes, et diversa sacramenta.—Resp. Hincmar., CXXV, 454, 455, 458, 459.

ECLIPSIS.

Obj. De celebre eclipsi in morte Christi visa tacent scriptores; ergo non admittenda.—Resp. Tertullian., I, 401.

ELECTI.

Obj. Rejicienda est electio bonorum et reprobatio cæterorum, quia sub justo Deo hoc inintelligibile est.—Resp. S. Aug., XXXV, 1831, 1851; XXXVIII, 177; XL, 121, 122, 127, 275.

Obj. Electio non supponit meritum, sed e contra præcedit omnia merita; ergo inintelligibilis. — Resp. S. Aug., XXXIII, 821, 822, 827, 887; XXXV, 1851, 1852; XXXVII, 1744; XL, 620; XLIV, 582, 924; XLV, 1133, 1140, 1142.

Obj. Si non ex meritis procedit electio; ergo personarum acceptor est Deus, et est, ut apparet ex Esau et Jacob. — Resp. S. Aug., XXXIII, 887; XXXVIII, 587; XLIV, 580, 987.

ELEEMOSYNA.

Obj. Falso dicitur exiguam eleemosynam magnam habere remunerationem apud Deum, quia debet esse proportio præmium inter et donum.—Resp. S. Maxim., LVII, 818, 819.

Obj. Eleemosynæ prosunt illis qui eas faciunt ut impune peccare possint, quia omnia omnino peccata redimunt eleemosynæ. — Resp. S. Fulgent., LXV, 507, 508.

EPICURUS.

Obj. Nec mundus totus, nec anima hominis opus Dei sunt, siquidem, juxta Epicurum, ex atomis proveniunt.—Resp. Tertull., II, 703, 564, 653.

Obj. Admittendi sunt atomi Epicuri, quia apprime creationem rerum producunt. — Resp. S. August., XXXIII, 61, 445.

EPISCOPI.

Obj. Episcoporum electiones ex suffragiis populi fieri deberent, ut olim, juxta vetus axioma: Populus errare nescit.—Resp. S. Cyprian., III, 768, 769, 1025, 1026, 1027.

Obj. Contendunt nonnulli episcopatum non esse presbyterio majorem, quia non invenitur in Scripturis distinctio inter utrumque. — Resp. S. August., XXXIII, 290, 780, 784.

Obj. Episcopi non sunt presbyteris dissimiles, quia alias presbyteri dicti sunt.— Resp. Raban. Maurus, CXII, 597, 598.

Obj. Episcopi nulla tenentur obligatione erga reges, quia potestates utrorumque valde dissimiles sunt. — Resp. Hincmarus, CXXV, 739, 740.

EUCHARISTIA.

Obj. Eucharistia non admittenda videtur, quia panis non potest nec debet esse corpus Christi, sed tantum ejus figura et memoria passionis, et repugnat quod corpus Christi incorruptibile dentibus atteratur, et etiam a soricibus corrodatur. — Resp. Tertull., II, 348, 460, 461; Guibertus, CLVI, 708, 709, 710; Anselmus, CLVIII, 910, 911, 915, 922; CLIX, 253, 254, 255.

Obj. Solum vinum in Eucharistia, vel solus panis offerendus est, quia in solo vino et in solo pane corpus et sanguis Christi pariter essent. — Resp. S. Cyprianus, IV, 383, 384, 385.

Obj. Eucharistia non est sacramentum præstantius quam erat manna, siquidem utrumque de cœlo datum est ad cibum hominum. — Resp. S. Ambrosius, XVI, 403, 404, 444.

Obj. A non jejunis accipi potest Eucharistia, siquidem discipuli primum non jejuni eam acceperunt. — Resp. S. August., XXXIII, 203, 204.

Obj. Eucharistia pro hominibus non constituta est, siquidem panis est angelorum. — Resp. Petr. Lombard., CXCI, 417, 418.

EVANGELISTÆ, EVANGELIUM.

Obj. Inspiratio divina evangelistarum a pluribus controvertitur. — Resp. S. Ambros., XV, 1531, 1554, 1555; XIV, 787.

Obj. Pluribus in locis inter se non concordant evangelistæ, ut in texenda Christi genealogia et in aliis; ergo non fuerunt inspirati. — Resp. S. Ambros., XV, 1587, 1830, 1833; S. August., XXXV, 1947; XXXVIII, 1117, 1130, 1135; XLII, 217, 515.

Obj. Evangelium rejiciunt quidam, quia non omnia narrat quæ prænuntiabant prophetiæ. — Resp. S. Leo, LIV, 312, 313, 314.

EXCÆCATIO.

Obj. Credendum non est quod in Scripturis legitur, scilicet Deum excæcasse unum et alterum illuminasse, quia talis agendi ratio esset a parte Dei injusta et omnino iniqua. — Resp. S. August., XXXV, 1777; XXXVI, 116, 790, 794; XLII, 389, 394.

EXORCISMUS.

Obj. Ad nihil valet exorcismus; ergo rejici debet. — Resp. S. Cyprianus, IV, 203, 204, 558, 559; III, 1151.

FEMINÆ.

Obj. In luxum feminarum, istæ non peccant quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. — Resp. Tertull. I, 1325; S. August., XLII, 438; XLV; 1551, 1552.

FIDES.

Obj. Non tantum valet fides quantum asseritur, siquidem sine operibus mortua est. — Resp. S. Hilarius, IX, 960, 961, 977, 978, 1040, 1041.

Obj. Fides in Christo dici non potest necessaria, quia in Veteri Testamento non habebatur, et tamen antiqui justi fide salvi facti sunt. — Resp. S. August., XXXVII, 1396; XL, 287; XLIV, 249.

Obj. Fides in Christo non est necessaria, quia sine illa potest homo juste vivere, et quia fidei anteponenda sunt legis opera. — Resp. S. August., XXXVI, 257, 258, 261; XXXVIII, 236; XL, 204, 621.

Obj. Dici non potest fidem esse donum Dei, alioquin nullatenus penderet ex libero arbitrio, et sic ille qui credere vellet, credere non posset; quod est absurdum. — Resp. S. August., XXXIII, 984, 987; XXXV, 1778; XXXVIII, 787; XLIV, 209, 235, 976.

Obj. Fidei initium homini tribuunt quidam; ergo non a solo Deo est. — Resp. S. Prosper. LI, 116, 117, 313, 314, 376, 377, 389, 390, 671, 672, 968.

Obj. Ad salutem non requiritur ut fides operibus adjungatur, siquidem fides sola justificat, ex Scriptura. — Resp. Ildefonsus, XCVI, 189, 190.

Obj. Fidem non admittunt quidam, quod discussionem repellat et rationem, et quod rationabile proinde non sit credere quod non intelligimus. —Resp. S. Guibertus, CLVI, 24, 25, 353, 1153; S. Anselmus, CLVIII, 255, 256, 262, 263, 264.

FILIUS.

Obj. Filius Dei non est Patri coæqualis, siquidem, ex Scriptura, a Patre exivit. — Resp. Tertull., II, 161, 176, 183, 422, 802.

Obj. Filius non est ejusdem æternitatis ac Pater, quia de natura est ut filius sit patri posterior. — Resp. Tertull., II, 162, 176, 183, 422.

Obj. Plures dicti sunt filii Dei; ergo non unicus. — Resp. S. Hilar., X, 434, 435.

Obj. Filius Dei immerito dicitur primogenitus et unigenitus, quia hæc duo sibi adversantur. — Resp. S. Ambros., XVI, 549, 550.

Obj. Capere impossibile est quomodo Filium Pater genuerit. — Resp. Rufinus, XXI, 341, 342.

Obj. Filius Dei non est Patri similis, siquidem est tantum imago Patris. — Resp. S. August., XXXIV, 159; XXXV, 1819, XLII, 688, 691, 701, 774, 777, 780, 788, 818, 931.

Obj. Omnipotens non est Filius, siquidem legitur in Scriptura, non posse Filium a se facere quidquam, etc.— Resp. S. August., XXXVIII, 701, 705, 746, 747, 860.

Obj. Filius Dei Patri consubstantialis, coæqualis et coæternus dici nequit, quia a Patre genitus est. —Resp. S. Leo, LIV, 208, 233, 234, 769; S. Fulgentius, LXV, 366, 367, 750; Eugyppius, LXII, 904, 905, 910, 913.

Obj. Filius Dei diem judicii scire debet, atque tamen nescit, ex Scriptura. — Resp. Raban. Maurus, CXI, 436, 1437.

FLAGELLUM.

Obj. Accusandæ sunt Dei justitia et providentia, quod boni cum malis ab ipso flagellentur.— Resp. S. Augustin., XXXVI, 255 274; XXXVII, 1180, 1945; XXXVIII, 276; XL, 701.

FURTUM.

Obj. Furtum aliquando licitum est, siquidem filii Israel Ægyptios furto spoliaverunt, in fuga sub Pharaone. — Resp. S. August., XXXIV, 608, 609; XXXVII, 1400.

Obj. Nec nocturnus nec diurnus furtum perpetrans occidendus est, quia nunquam licitum est homicidium.— Resp. S. August., XXXIV, 627, 628.

GENTILES.

Obj. Multi ex gentilibus omnes habent virtutes, scilicet misericordiam, sobrietatem, patientiam, charitatem, etc.; ergo tam valent quam Christiani. — Resp. S. Ambros., XIV, 943, 944.

Obj. Gentes Deum verum sufficienter cognoscebant, siquidem legem in cordibus scriptam habebant, eamque naturaliter implebant. — Resp. S. August., XXXIV, 227, 228, 749, 750; XXXVI, 785, 786.

GRATIA.

Obj. Vel gratia vel liberum arbitrium e medio tollendum est, quia sibi invicem opponuntur. — Resp. S. Cyprian, IV, 507, 653; M. Mercator, LVIII, 671; S. Prosper, LI, 86, 87, 649, 650; S. Anselmus, CLVIII, 521, 522, 527, 528.

Obj. Si gratuita sit gratia, laudandi non sunt martyres, quia illorum constantia in tormentis tota gratiæ Dei tribuenda est. — Resp. S. Cyprianus, IV, 247, 291, 790, 802, 803.

Obj. Si gratuita sit gratia, jam non valet vetus axioma : Adjuva te, et ego te adjuvabo. —Resp. S. Cyprianus, IV, 528, 529, 536.

Obj. Gratia non est necessaria; nam si esset necessaria, nemini negaretur petenti, vel cuilibet gratuito tribueretur; porro neutrum est. — Resp. S. Hilarius, IX, 409, 410, 569, 570, 685; X, 74, 75.

Obj. Non omnes homines gratiæ cooperari valent, siquidem plures inviti ad malum pertrahuntur, teste Apostolo, qui malum agit quod non vult. — Resp. S. Hilarius IX, 555, 557, 597, 598.

Obj. Gratia munus est largientis; ergo illam nequaquam obtinere possumus. — Resp. S. Ambros., XVI, 349, 350, 507, 508.

Obj. Gratia non est necessaria ad operandum, siquidem datur ex abundantia ad facilius operandum. — Resp. S. August., XXXIII, 354, 775, 829; XXXVIII, 174, 856; XLIV, 264, 370, 584.

Obj. Gratia secundum opera datur, siquidem viribus nostris vitare peccata sufficientes sumus.— Resp. S. August., XXXIII, 771, 772; XXXIV, 416; XLIV, 259, 274, 281, 693.

Obj. Si homo non posset viribus suis vitare peccata, admittendus esset iniquitatis in hominem dominatus ante gratiam; atqui... — Resp. S. August., XXXIV, 406; XXXVI, 233, 895, 898; XXXVII, 1224; XXXVIII, 108, 187, 855.

Obj. Deus cujus vult miseretur; ergo gratia tollit liberum arbitrium. — Resp. S. August., XXXIII, 984, 985; XXXVIII, 179, 180; XL, 127, 128, 278; XLV, 1505.

Obj. Non omnes gratiam recipiunt; ergo injustus est Deus et personarum acceptor. — Resp. S. August., XXXIII, 882, 974; XXXVII, 1890.

Obj. Nil tandem certum de gratia et libero arbitrio dici potest, siquidem Apostolus defecit animo in his quæstionibus, sese exclamans : O homo, tu quis es? o altitudo! Resp. S. August., XXXIII, 564, 565; XXXV, 2061; XXXVIII, 179, 905; XL, 278; XLIV, 241, 621; XLV, 1008, 1010.

HÆRESES, HÆRETICI.

Obj. Non reprobandæ sunt hæreses, quia eas esse oportet ex Scriptura. — Resp. Tertull., II, 12, 13, 14, 17; Lactant., VI, 540, 541.

Obj. Hæretici suam doctrinam Scripturis sacris probant; ergo legitimo innituntur principio. — Resp. S. Hieronymus, XXIII, 181, 182; S. August., XXXII, 272; XXXIII, 459; XXXIV, 360; XLII, 400; S. Paulinus, XCIX, 289, 290, 552.

HERODES.

Obj. Culpabilis non fuit Herodes in occidendo Joanne Baptista, quia suum jusjurandum tenere debebat. — Resp. S. Ivo, CLXI, 795, 798.

HOMO.

Obj. Non bonus creatus est homo, quia homines quidam sunt ita mali, ut ab improbitate nullatenus revocari valeant. — Resp. S. Cyprian., III, 811, 812.

Obj. Homo non est a Deo creatus, siquidem, juxta philosophos, vel ex atomis, vel ex fortuitu casu, vel ex terra formatus est. — Resp. S. Hilar., IX, 458, 459; X, 356.

Obj. Si ad imaginem Dei homo factus fuisset, vel Deus esset, vel quamdam divinitatis prærogativam haberet; atqui neutrum dici potest; ergo, etc. — Resp. S. August., XXXII, 626, 858; XXXIII, 26, 186, 244; XXXIV, 243, 292, 347, 366, 409; XXXVI, 218; XXXVIII, 362; XLII, 1001, 1003.

HUMILITAS.

Obj. Humilitatem frustra profitentur Christiani, quia Deo non placet. — Resp. Tertull., I, 1326; II, 911.

Obj. Negligenda est humilitas, quia contemnitur in hoc mundo et a plerisque irridetur. — Resp. S. Ambros., XV, 1236, 1237, 1776, 1777.

IDOLOLATRIA.

Obj. Idololatriam defendunt non pauci, quia dicunt a se non simulacra coli, sed quod simulacris significatur. — Resp. S. August., XXXIII, 801; XXXVII, 1244, 1245, 1788, 1789; XXXVIII, 1023; XLI, 221, 222; XLII, 290, 462.

Obj. Bona erat idololatria, siquidem clades Romana ex eversis idolis accidit. — Resp. S. August., XXXVIII, 623, 624; XLIII, 45.

IGNORANTIA.

Obj. Ignorantia semper excusat a peccato, quia voluntate caret. — Resp. Tertull., I, 261, 262; II, 27, 648.

Obj. Voluntaria non sunt peccata ex ignorantia, quia peccare non potest nesciens sicut sciens. — Resp. S. August, XXXIII, 883; XLI, 665; XLIV, 315, 884, 885; XLV, 1118, 1120.

Obj. Falso dicitur ignorantiam semper esse peccatum, quia melior est ignorantia quam temeraria scientia. — Resp. Petr. Lombard, CXCI, 95, 96, 237.

IMAGO.

Obj. Negant perplures hominem ad imaginem Dei creatum fuisse, quia, inquiunt, nec in corpore nec in mente Deo similis est homo. — Resp. S. August., XXXII, 640; XXXVI, 480, 564, 629; XL, 332, 628; XLII, 1038, 1040.

Obj. Imaginum usus semper est damnandus, quia semper idololatriam sentit et exprimit. — Resp. Tertull., I, 667; S. Ivo, CLXI, 206, 294, 298.

Obj. Prohibendæ sunt imagines, quia olim Judæis illas Deus prohibuit. — Resp. Tertull., I, 430, 696; II, 310.

IMPOSSIBILITAS.

Obj. Impossibilia jubet Deus, quia plures ipsius præcepta implere non valent. — Resp. S. August., XXXV, 1778 1779; XLIV, 271, 288.

INCARNATIO.

Obj. Admittenda non est incarnatio, quia incomprehensibilis est, et majestati divinæ rectæque rationi repugnat. Resp. Lactant., VI, 517, 518; S. Hilarius, IX, 33, 34, 73, 74, 397, 398; S. Anselmus, CLVIII, 368, 369.

Obj. Contendunt plures incarnationem nec esse necessariam, nec sapientem, quia, inquiunt, alius modus liberandi homines a Deo adhiberi potuisset. — Resp. S. August., XXXIV, 134; XXXVI, 898; XXXVIII, 573, 710, 945, 951, 1006, 1016; XLI, 220, 222, 308; XLII, 1024; XLIV, 174.

Obj. Incarnatio Christi non fuit absolute necessaria, quia sufficiens fuisset ad redimendum mundum hominis aut angeli incarnatio. — Resp. S. Fulgent., LXV, 215, 216, 456, 457.

INFERNUS.

Obj. Inferni æternitas a quibusdam in dubium revocatur. — Resp. S. Hieronym., XXIV, 354.

Obj. Inferni exsistentiam admittere renuunt plures, quia, inquiunt, nemo ab inferis unquam reversus est ad nos edocendos. — Resp. S. Petrus Chrysolog., LII, 536, 537, 540, 541.

Obj. Inferni supplicia nec vera nec æterna erunt, siquidem asserunt plures quod transitoria vel phantastica

tantum erunt. — Resp. S. Gregor., LXXV, 911, 912; LXXVI, 737, 738.

INIMICI.

Obj. Diligendi non sunt inimici, nec pro eis orandum est, quia præceptum hoc est impossibile, nimis durum, et in veteri lege non invenitur. — Resp. Tertull., I, 446, 608. — S. Cyprian., IV, 759, 760; S. August., XXXVI, 631, 447, 1274; XXXVII, 1518, 1524; XXXVIII, 120, 807, 1433, 1436.

Obj. Si diligendi essent inimici, inimicorum interfectio Judæis non licita fuisset, nec sancti et spirituales interfectionem fecissent. — Resp. S. August., XLII, 158, 159.

INIQUITAS.

Obj. Iniquorum operibus Deus aliquo modo communicat, siquidem quod iniquus inique agit, hoc inique Deus permisit.—Resp. S. August., XXXVI, 745; XXXVIII, 993. — S. Fulgentius, LXV, 167, 168.

Obj. Falso asseritur brevem iniquorum vitam tormentorum æternitate puniri, quia justus Deus æternam pœnam culpæ temporali et momentaneæ imponere nequit. — Resp. S. Fulgent., LXV, 572, 573.

INTERITUS.

Obj. Homo justus ab injusto non distinguendus est, quia unus est hominum et jumentorum interitus.— Resp. Hugo, CLXXV, 197, 249, 250.

IRA.

Obj. Mala non est ira, siquidem Deus ipse irascitur, ex Scriptura. — Resp. Lactant., IV, 693, 694; VII, 89, 92, 125, 126.

ISAAC.

Obj. Audire nolunt plurimi quod jusserit Deus Isaac a patre occidi, quia, inquiunt, crudelis est et iniqua hæc jussio. — Resp. S. August., XXXVI, 244, 245; XXXVIII, 27, 133; XLI, 511.

Obj. A mendacio excusari nequit Isaac, eo quod uxorem suam sororem esse affirmaverit, ex Scriptura. — Resp. S. August., XXXVIII, 427, 428.

Obj. Isaac benedicendo Jacob omnino deceptus fuit; ergo non valuit ipsius benedictio. — Resp. Hugo, CLXXV, 630, 631.

JACOB.

Cum in Christo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tunc atque hominis discerne sermonem. S. Eutychianus, V, 170. — Christus Deus simul et homo, aliquando quæ Dei, aliquando quæ hominis sunt loquitur. S. Hilarius, IX, 348. — Dictis ad duplicem naturam suam coaptatis utitur et in Evangeliis et in prophetiis *ibid.* 816. Quomodo Dominus majestatis dicatur esse crucifixus. S. Ambrosius, XVI, 571. — Quem Patrem naturaliter habet, Deum appellat, propter suscepti corporis sacramentum, *ibid.*, 272.—Quasi altissimus donat, quasi homo precatur, *ibid.* — In Christo propter unitatem personæ quælibet natura vocabulum alteri impertit, et divina humanæ et humana divinæ. S. Augustinus, XLII, 257. — Christus Patre minor et æqualis, *id.*, XL, 250. — Christus et Uniginitus et Primogenitus, quomodo, *id.*, XLII, 581, 583. — Christus propter formam Dei dicitur principium, primogenitus, Dominus gloriæ, propter formam servi sponsus, caput corporis Ecclesiæ, *ibid.*, 835. — Deus crucifixus recte dicitur de Christo, *id.*, XXXIII, 746. — Deus recte dicitur mortuus, etsi divinitas ejus non moriatur, *id.*, XXXVI, 433. — Filius Dei vere dici natus et passus sine divinitatis suæ mutatione, *id.*, XL, 303. — Conjunctio hypostatica fecit ut ea quæ carnis sunt in Christo, Deo tribuantur. Cassianus, L, 184. — Licet in Christo solus homo traditur, propter unitatem personæ, totus Christus traditus fuisse dicitur. S. Fulgentius, LXV, 291. — Nonnunquam per Christum deitas significatur, nonnunquam solus homo, vel utrumque simul, vel solum corpus. Junilius, LXVIII, 22. — De communicatione idiomatum in Christo. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 89, 90. — Impassibilis pati, immortalis mori, et æternus ante sæcula temporalis dici potest. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 565. — De communicatione idiomatum in Christo. S. Paulinus, XCIX, 388. — Cum naturæ non sint partes personæ, inde constat, quod altera illarum prædicatur de persona. Hugo de S. Victore, CLXXV, 433. — Nomina naturarum de se prædicantur, Deus est homo, et homo est Deus, *ibid.* — Natura divina non debet dici caro facta. P. Lombardus, CXCII, 766. — De his locutionibus Deus factus est homo, Deus est homo, *ibid.*, 768.—De communicatione idiomatum. Petrus Pict., CCXI, 1168, 1169. — Quidam dixerunt quod nomina convenientia Christo secundum humanitatem in masculino genere ad hypostasin referuntur, in neutro ad essentiam Dei, *ibid.*, 1178. — De aliis locutionibus quæ prædicari possunt vel non possunt in Christo, *ibid.*, 1177 *et seqq*, 1180.

XIV. — *De Christi conceptione.*

Christum nasci ex semine humano non competebat. Tertullianus, II, 781 *et seqq.* — Delapsus est in Virginem et in utero ejus caro figuratus, *id.*, I, 399. — Nullam de impudicitia habuit matrem, ut Jupiter, *id.*, I, 396 *et seqq.* — Sine patre, sine matre quomodo fuerit. Lactantius, VI, 483. — Christi conceptionis dignitas. S. Hilarius, X, 67, 68. — Christus natus lege hominum, non lege hominum conceptus, *ibid.*, 380. — De conceptione Christi, *id.*, IX, 30. — S. Zeno, XI, 413, 416. — Christus quomodo saltu quodam venit in mundum. S. Ambrosius, XIV, 513. — Matrem in divina generatione nescivit, patrem in Virginis partu ignoravit, *id.*, XVI, 1202. — Natus de Spiritu sancto et de Virgine immaculatum corpus suscepit, *ibid.*, 470, 791. — Christus sine viro de Spiritu sancto factus de virgine, *id.*, XVII, 142. — Christi conceptio possibilis demonstratur. Rufinus, XXI, 349, 350. — Christi conceptio non habet exemplum. S. Augustinus, XXXIII, 707. — Christus sine concupiscentia conceptus, *ibid.*, 844; XXXIV, 422. — Christum non concupiscentia sed gratia mater concepit, *id.*, XXXVIII, 823. — Christi caro de nostra massa, non ex nodo concupiscentiæ hominis et feminæ, *ibid.*, 928. — Christus factus ex muliere, nullo interveniente concubitu, *id.*, XXXIV, 403. — Fide matris conceptus, *id.*, XL, 249. — Christum Virgo non carnaliter concupiscendo, sed spiritaliter credendo concepit, *id.*, XXXVI, 826. — Christus sine peccato conceptus ut solveret peccatum, *id*, XXXVIII, 817. — Sine peccato natus, quia sine libidine conceptus, *ibid.*, 442, 785, 825, 852. — Christus ex Adami semine non seminali ratione procreatus, *id.*, XLV, 1401. — Filius Dei æternus qua ratione concipi possit temporaliter natus, *id.*, XLII, 1166. — In Christi conceptione maritus sermo est, et uxor auricula, *id.*, XXXIX, 1991. — Adveniens divinitas in uterum Mariæ carnem sibi ex ipsius substantia fabricavit, *ibid.*, 2199. — Christus non de substantia sed de potentia Spiritus sancti conceptus, *ibid.*, 2178. — Deus sine matre, homo sine patre. S. Leo Magnus, LIV, 222. — Christi conceptio ex Virgine ab Isaia prædicta. S. Maximus Taurin., LVII, 255. — In utero sanctæ Mariæ cum Spiritus sanctus supervenit, cum obumbrat Altissimus, Christus generatur, *id.*, 236. — Christus sine matre ut Deus, sine patre ut homo. — S. Fulgentius, LXV, 251. — Verus Deus statim ac in utero conceptus. Alcuinus, CI, 183. — In conceptione Christi nec corpus animam, nec anima corpus præcessit. Hildebertus Cenom., CLXXI, 886. — Conceptio Christi innaturalis, et ideo ineffabilis, *ibid.*, 884. — Ejus conceptio nostram reformat. S. Bernardus, CLXXXIII, 327. — Ei soli reservata sanctitas conceptionis, *id.*, CLXXXII, 335. — Hujus conceptionis modus Deo tantum notus et Deiparæ, *id.*, CLXXXIII, 82.

XV. — *De Christi nativitate, ejus genere et infantia.*

Christus ex Mariæ carne est, dum ex semine est David. Tertullianus, II, 350. — Anno duodecimo Tiberii Cæsaris revelatus est, *ibid.*, 264. — An fabri aut quæstuariæ filius sit, *id.*, I, 662. — An Christus per omnes gradus infantiæ transierit, *id.*, II, 411. — Caro Spiritu instructa, nutritur, adolescit, affatur, docet, operatur, et Christus est, *id.*, I, 399. — De duplici ejus ortu. Lactantius, VI, 465. — Quando Christus in carne natus sit. S. Hilarius, IX, 1029. — Est de frutice Judæ, *ibid.*, 463. — Christi ex regio et sacerdotali genere ortus, *ibid.*, 917. — De Nativitate Domini. S. Zeno, XI, 407, 412, 413. — Quid de obstetrice sentiendum quæ fertur parturienti Virgini adfuisse, *ibid.*, 415. — Cur Lucas ad Deum putaverit generationem Christi esse referendam. S. Ambrosius, XV, 1593. — Cur Matthæus generationem Christi per Salomonem derivandam putarit, Lucas vero per Nathan, *ibid.*, 1594. — In genealogia Christi posse plures esse successiones, pauciores generationes, *ibid.*, 1608. — Quomodo Christus veri regalisque generis fuerit, si nullum ex semine Jechoniæ regnaturum Propheta prædixerit, *ibid.*, 1607. — Cur Matthæus computaverit inter majores Dominici generis peccatores plurimos, idque Lucas declinaverit, *ibid.*, 1604, 1610. — Nascens non mediocribus signis Deus probatur, *ibid.*, 1568. — Christus qua ratione in terris patrem fabrum habuerit, *ibid.*, 1589. — Honorabat Joseph et Mariam non naturæ debito, sed pietatis officio, *id.*, XIV, 973; XV, 1575, 1788. — Cur tempore pacis natus sit, *id.*, XVII, 608, 609. — Nativitatem ejus pastores ante cognoverunt quam principes, simplex rusticatio quam superba dominatio, *ibid.*, 613. — Quomodo pater Christi dicitur esse faber, *ibid.*, 616. — An indignum sit ut Dei majestas per genitales feminæ transeat egressus. Rufinus, XXI, 351. — Quibus consulibus Christus nascatur. Dexter, XXXI, 55, 56. — Christi generatio et nativitas duplex utraque mirabilis. S. Augustinus, XXXVIII, 260, 773, 1007, 1015, 1617, 1019, 1073; XXXIX, 1655, 1659, 1661, 1675, 1676. — Christi ex Virgine nativitas, *id.*, XL, 643 — Christus natus est illæsa matris virginitate, *id.*, XXXVIII, 999, 1004, 1005, 1011, 1068, 1075. — Incorrupta illius integritate, *id.*, XL, 186, 249. — Christi nativitas carnalis ideo secundum Ambrosium expers delicti quia non est de commistione sexus utriusque, *id.*, XLIV, 444, 1389. — Christi nativitas prodigiis plena, *id.*, XL, 663; XLI, 314. — Signa in Christi nativitate, *id.*, XL, 643. — Christus quo tempore natus, *id*, XLI, 109, 608. — Quo die quo consule natus sit constabat tempore Augustini, *id.*, XXXV, 1592. — Quot anni a nativitate ejus numerabantur, *id.*, XXXIII, 911. — Christus natus est quando dies jam incipiunt crescere, *id.* XXXVI, 1735. — Christus de regia stirpe et sacerdotali, *id.*, XXXIV, 809, 1072. — Christus quomodo filius Abraham et David, *id.*, XXXVIII, 337; XLII, 468, 469; XXXV, 1742. — Christus filius David merito appellatur, etiamsi Maria ex David nullam originem duceret, *id.*, XXXIV, 1072. — Christi generationem aliter Matthæus, aliter Lucas recensuit, quare, *id.*, XL, 49; XLII, 214. — Christi generationes cur Matthæus descendens numerat, Lucas ascendens, *id.*, XXXVIII, 351. — Quare per Joseph numerantur, non per Mariam, *ibid.*, 342, 350; XLII, 470; XLIV, 810. — Christus quare de tribu Levi nasci noluit, *id.*, XL, 50. — Genealogiæ Christi cur ordo diversus in Matthæo et Luca. S. Leo Magnus, LIV, 234, 791. — In Bethlehem civitate David ortus est Christus juxta prophetias, et pannis involutus in præsepi collocatur. S Maximus Taurin., LVII, 238. — Non fuit illi locus in diversorio, quare, *ibid.*, 246. — Ex semine Jacob, juxta prophetiam, et ex regio Davidis sanguine secundum carnem Christus natus est, *ibid.*, 264, 265. — Variæ chronologorum opiniones de tempore Christi nativitatis, *ibid.*, 481. — Cur nativitas Domini celebratur. Alcuinus, CI, 1173. — Cur in nocte natus, *ibid.*, 1175. — Ex stirpe sacerdotali et regia natus, itemque Virgo Maria. Rabanus Maurus, CVIII, 1176. — Christus cur de Juda nasci voluit, prætermissis tribus ejus fratribus. S. Paschasius Radbertus, CXX, 87. — Christus cur de desponsata nasci maluit, quam de simplice virgine, *ibid.*, 104. — Christus cur eo tempore natus, quo firma pax in omni terrarum orbe exsistebat, *ibid*, 122. — De Christi nativitate in Germania errores. Rationes affert auctor quare nasci ut cæteri debuit Christus. Ratramnus Corb., CXXI, 83. — Per vulvam exisse Christum probat auctor, *ibid.*, 85, *et seqq.* —. In natali Christi. Atto Vercell., CXXXIV, 835. — De nativitate Domini Salvatoris. S. Odilo Cluniac., CXLII, 991. — S. Petrus Damianus, CXLIV, 846. — Radulphus Ardens., CLV, 1696, 1707. — Goffridus, CLVII, 237 *et seqq.* — Ivo Carmel., CLXII, 568 *et seqq.* — Nativitatis Christi locus soli David et Michææ revelatus est. Rupertus Tuit., CLXVIII, 439. — De nativitate Domini. Hildebertus Cenom., CLXXI, 381 *et seqq* ; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 946. — Christi nativitas miranda. S. Bernardus, CLXXXIII, 87. — Christi nativitas dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ, *ibid.*, 91. — Nativitatis locus expenditur, *ibid.*, 112. — Nocte natus docet ostentationem fugiendam, *ibid.*, 123. — Remedia ex Christi nativitate allata, *ibid.*, 101. —. De nativitate Domini, *ibid.*, 116; CLXXXIV, 827; CLXXXV, 29 *et seqq.*; Amadeus Laus., CLXXXVIII, 1319; Ernaldus, CLXXXIX, 1615.; Aelredus CXCV, 220 *et seqq* ; Adamus Scotus, CXCVIII, 200 *et seqq.*; Garnerius, CCV, 599 *et seqq.*; Petrus Bles., CCVII, 575; S. Martinus Legion., CCVIII, 65 *et seqq;* Innocentius III, CCXVII, 451 *et seqq.*

XVI. — *De circumcisione Christi.*

Christus circumcisione non egens in templo oblatus est ut circumcideretur. S. Hilarius, IX, 503. — Christi circumcisio die octavo facta, ut ejus resurrectionem significaret. S. Augustinus, XXXIII, 680. — Christus natus ex Maria Virgine circumcisionis signaculo cur dedicetur. S. Maximus Taurin., LVII, 299. — Memoria circumcisionis Christi in Ecclesia sexto sæculo antiquior probatur, *ibid.*, 255. — Cur voluit circumcidi Christus. Alcuinus, CI, 1176. — In festo Circumcisionis Christus legalia suscepit, ut nos ab eis liberaret. Hildebertus Cenom., CLXXI, 399. — Christus cur circumcidi voluerit. S. Bernardus, CLXXXIII, 153. — Circumcisus propter quod natus et passus, *ibid.*, 136. — Ut caput circumcisionem pro membris suscepit, *ibid.*, 138. — Christi circumcisio veritatem humanitatis assumptæ probat, *ibid.*, 133. — Christi humilitas in circumcisione, *ibid*, 131. — Quid nos doceat,

ibid., 674. — In ea aliquid amandum, aliquid admirandum, aliquid imitandum, *ibid.*, 137.

XVII. — *De baptismo, tentatione, jejunio Christi.*

Christi baptisma. S. Cyprianus, III, 1124, 1168, 1176. — Dicunt hæretici eum compulsum fuisse a Maria ad baptismum, *ibid.*, 1202. — Quonam ætatis suæ anno fuerit baptizatus. Lactantius, VI, 977. — Christi humilitas in baptismo. S. Hilarius, IX, 795. — Qui lavacro propter se non eguit, sed propter nos, *ibid.*, 927. — Christus hominem et assumptione sanctificavit et lavacro, *ibid.* — Christus in Jordane baptizatus est, quando formam lavacri salutaris instituit. S. Ambrosius, XIV, 816. — Nullo magis opere quam mysterio sui baptismatis Deus probatur, *ibid.*, 1586. — Tria principaliter sunt in Christo quæ ad usum proficiunt salutis humanæ : sacramentum scilicet baptismi, desertum, jejunium, *id.*, XV, 1613. — Cur baptizatus, *id.*, XVI, 422. — Quam justum erat, ut Joannes eum baptizaret? S. Ambrosius, XVII, 680. — Christus venit ad lavacrum, ut nobis aquarum fluenta purificet, *ibid.*, 623. — Baptizatus est anno ætatis suæ tricesimo. S. Hieronymus, XXV, 414. — Baptisma ejus quinta die Januarii, non dies Natalis, *ibid.*, 18. — Christus quare voluit baptizari. S. Augustinus, XXXV, 1411, 1415, 1418; XXXVIII, 1322; XL, 255; XLIII, 77, 182, 290. — Cur baptizari voluit, qui sordes non habuit, *id.*, XXXVII, 1161. — Baptizatus est ut congrueret pœnitentibus, *id.*, XLV, 1376. — Ut humilitatis viam doceret, *id.*, XXXVIII, 1321. — Dum baptizari voluit, humilitatem suam altius commendavit, *id.*, XXXIII, 843. — Cur non solus baptizatus a Joanne, *id.*, XLIII, 238. — Christum annorum fere XXX baptizatum fuisse, auctoritate evangelica retinetur, *id.*, XXXIV, 55. — Baptismus cur ab eo susceptus fuerit. S. Leo Magnus, LIV, 701. — Venit Jesus anno tricesimo ætatis suæ ad Jordanem, ut baptizaretur a Joanne. S. Maximus Taurin., LVII, 290, 296, 654. — In Christi baptismate revelatio sanctæ Trinitatis facta est, *ibid.*, 298. — Christus regeneratione ac baptismo non indiguit. Alcuinus, C, 533, 158, 162. — Cur baptizari voluit, *ibid.*, 785; CI, 49, 238, 1179. — Ubi, quando et a quo baptizatus, *id.*, CI, 1179. — Christus cura Joannis baptizari voluit in aqua Jordanis. S. Paschasius Radbertus, CXX, 167. — Christus baptizatus. S. Anselmus Cant., CLVIII, 630, 751. — Non ut aqua mundaretur, sed ut aquas mundaret, *ibid.*, 751, 716. — Suo baptismo cœlum nobis aperuit, *ibid*, 631. — Et per ejus carnem mundatæ aquæ virtutem purgandi peccata assumerent, *ibid.*, 716. — In eum descendit Spiritus sanctus sub columbæ specie, *ibid*, 631. — Christi baptismus, Christiani nativitas. Hildebertus Cenom., CLXXI, 415. — Christus eodem die baptizatus quo a Magis adoratus. S. Bernardus, CLXXXIII, 145. — Christus baptizatus cum annos ferme triginta egisset in carne, *ibid.*, 150. — Christi baptizari volentis humilitas, *ibid.*, 146.

Christi tentatio in deserto. S. Hilarius, IX, 796. — Hominem suum diabolo obtulit ad tentandum, *ibid.*, 928. — Ut in homine vinceretur, *ibid.*, 929. — Usque in tentationem cibo hominis abstinens, Dei spiritu alebatur, *ibid.* — Jejunium, fames, et tentatio ejus cœlestis consilii effectibus plena sunt, *ibid.*, 927. — Christi jejunium quomodo ei in opprobrium factum sit, *ibid.*, 477. — Christus se a diabolo tentari patitur, ut in illo omnes vinceremus. S. Ambrosius, XV, 1613. — Diabolum et principem sæculi fefellit, *ibid.*, 1554. — Ita multis tentationibus se objecit, ut nulla tentationis nostræ certamina præteriret, *id.*, XIV, 942. — Solus ille nobis dux constitui poterat adversus illecebras sæculi, et versutias diaboli, *id.*, X, 1614. — Tria principaliter sunt in Christo quæ ad usum proficiunt salutis humanæ, sacramentum scilicet baptismi, desertum, jejunium, *id.*, XV, 1613. — Christus tentari debuit, compati mihi debuit; ut scirem quemadmodum tentatus vincerem, compassus evaderem, *id.*, XVI, 579. — Secundum carnem tentatur, secundum dignitatem ab angelis adoratur, *ibid.*, 596. — Christus cur se a diabolo tentari permisit. S. August., XXXVIII, 685. — Christus quando a Satana tentari voluit, nos transfiguravit in se, *id.*, XXXVII, 724. — Christi tentatio, nostra doctrina est, *ibid.*, 1149. — Tentatus est, ut suos doceret resistere tentatori, *id.*, XXXVIII, 685. — Christi tentatio tripartita est, propter tria viciorum genera, voluptatem carnis, superbiam et curiositatem, *id.*, XXXVII, 116. — Tentatio cur ab eo admissa. S. Leo Magnus, LIV, 264. — Ordo tentationis explicatus, *ibid.*, 278. — Quibus armis superata, *ibid.*, 265. — Cur lapides in panem noluit convertere, *ibid.*, 269. — Post jejunium quadraginta dierum, et quadraginta noctium Christus tentatur a diabolo in deserto. S. Maximus Taurin., LVII, 303. — Tripliciter tentatus, triplici triumpho tentatorem vicit, admonens unum Deum adorandum esse, et illi soli serviendum, *ibid.*, 323. — Cur diaboli tentationem sustinuerit Christus. Cassiodorus, LXX, 411. — Christus in tribus vitiis tentatus a diabolo. S. Paschasius Radbertus, CXX, 196, 197.

Jejunium, fames, et tentatio ejus cœlestis consilii effectibus plena sunt. S. Hilarius, IX, 928. — Christi jejunium quomodo ei in opprobrium factum sit, *ibid.*, 477. — Tria principaliter sunt in Christo quæ ad usum proficiunt salutis humanæ : sacramentum scilicet baptismi, desertum, jejunium. S. Ambrosius, XV, 1613. — Christus jejunavit, ut nobis exemplo esset ejus jejunium, *id.*, XVI, 1195. — Christus cur quadraginta diebus jejunavit. S. Augustinus, XXXVIII, 1211. — Esurivit post jejunium quadraginta dierum. S. Maximus Taurin., LVII, 323. — — Quando jejunaverit, et quo jejunio. Cassiodorus, LXX, 246. — Christi jejunium ejus victoria contra diabolum, ministerium angelorum. S. Anselmus Cant., CLVIII, 717. — Christus quomodo jejunavit. Hugo de S. Victore, CLXXVII, 308.

XVIII. — *De doctrina, miraculis et virtutibus Christi.*

Perfectio doctrinæ evangelicæ commendatur. Tertullianus, II, 388, *seq.* — Promissiones veteris legis terrenæ, Christi vero cœlestes, *ibid.*, 389. — Novam patientiam docet Christus, *ibid.*, 395. — Alia novæ legis excellentia, *ibid.*, — Post Christum Jesum, nobis curiositate non opus est nec inquisitione post Evangelium, *ibid.*, 21. — Christus illuminator et deductor generis humani, *id.*, I, 395. — Per Christum Deum novimus, *ibid.*, 617 — Doctis et indoctis, ætati omni et sexui præcepta salutis edidit. S. Cyprianus, IV, 538. — Christus lux est et dies, *ibid.*, 645. — Christus docuit quid sit Deus, quantus et qualis. Arnobius, V, 764. — Jesus ut homines erudiret primum facere debuit quæ docuit. Lactantius, VI, 521. — Docuit quod Deus unus sit, eumque solum coli oportere, *ibid.*, 490. — De virtute et justitia homines formavit, *ibid.*, 496. — Doctrina Christi doctrinæ philosophorum comparata. Constantinus, VIII, 421, 428, 441. — Dominationem omnino prohibet Christus, *ibid.*, 441. — Humilitatem vero exaltat, *ibid.* Scientia Dei a Christo nobis tradita. S. Hilarius, IX, 799. — Christi proprium fuit cognitionem Dei offerre, *ibid.*, 1046, 1047, 806, 807; X, 90, 91. — Christus non quasi homo, sed potius ut Deus videtur docere. S. Ambrosius Mediol., XVI, 577. — Omnis veritas in Evangelio ejus continetur. S. Ambrosius, XV, 1466. — In Novo Testamento novarum virtutum præcepta cognovimus et novos hausimus mores. S. Ambrosius, XIV, 1059. — Mirum principium doctrinæ cœlestis quæ non a terrore incipit sed a beatitudine. S. Chromatius, XX, 325. — Sublimitas evangelicæ doctrinæ, *ibid.*, 324, *seq.* — Excellentia doctrinæ Christi. S. Hieronymus, XXIV, 565, 566. — Christus jubet ut dimittamus debita, *ibid.* Qui calicem aquæ frigidæ porrexerit, habebit præmia, *ibid.* — Doctrinæ efficacia quæ penetravit gentium civitates et corda durissima, XXVI, 416. — Quare Christus locutus est in parabolis, *ibid.*, 85, 89, 91. — Christus aliquid amplius præcepit, quam præceptum est in Veteri Testamento. S. Augustinus, XLII, 129, 130. — Christus nihil egit vi, sed omnia suadendo et monendo. S. Augustinus, XXXIV, 135 — Christus attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut liberator, justitiam ut cognitor, *id.*, XXXV, 1648, 1649. — Christi doctrina non adversa reipublicæ, *id.*, XXXIII, 532, 533. — Legis Mosaicæ et novæ comparatio, *id.*, XLIV, 218. — Doctrina Christi præcipit humilitatem. S. Augustinus, XXXVIII, 876; XL, 413. — Morum corruptionem damnat, *id.*, XLI, 64, 74. — Doctrina evangelica salubris et vitalis. S. Prosper Aquit., L, 428, 501. — Doctrina Christi in charitate sita, *ibid.*, 341 — Doctrinam Christus quæ prius dura et rigida videbatur, unctione Spiritus sancti reddidit dulcem, *ibid.*, 327. — Evangelica volumina plenam omni pertectionis genere doctrinam continent. S. Salvianus, LIII, 58. — Evangelicæ doctrinæ et legis antiquæ differentia, *ibid.*, 193. — Doctrinæ Christi excellentia et quantum veteri legi præcellit. S. Paulinus Nolanus, XLI, 299. — Doctrina Christi cœlestis præsentem vitam bonis informat operibus, divinisque promissis plena. Boetius, LXIV, 1337. — Perfectio Christianæ doctrinæ in dilectione Dei et proximi. S. Gregorius Magnus, LXXV, 923. — De perfectione doctrinæ evangelicæ. Rabanus Maurus, CVII, 793, *seq.*; CXI, 715, 718, 723. — Lex evangelica multo perfectiora præcepta tradit quam lex Mosaica. S. Bruno Sign., CLXV, 110, 111. — Doctrina Christi fuit mirabilis. Rupertus

Tait., CLXVII, 1549, *seq.* — Pulchritudo ejus nihil est quam veritas sermonum, mansuetudo morum, et justitia judiciorum. S. Bernardus, CLXXXV, 204, 205.—Simplex doctrina Christiana omnia dialecticorum argumenta solvit, *id.*, CLXXXIV, 414. — Doctrina omni perfectione plena. Ordericus Vitalis, CLXXXVIII. 25 — Quid nobis Christi Evangelium aliud, nisi omnimodam perfectionem manifestat. Adamus Scotus, CXCVII, 510.

Christi miracula quot et quanta. Tertullianus, I, 400. — Iis se Deum probavit, *ibid.* Quanta impudentia dicebantur magicis facta virtutibus, *ibid.*, 400. — Christus ab hominibus, non a spiritibus immundis, volebat se Filium Dei agnosci, *id.*, II, 375. — De Jesu vita et miraculis. Lactantius, VI, 490. — Christi miracula unde. S Hilarius, X, 516. — An illius corpus per se habuerit virtutem ea patrandi. *ibid.*, 562. — Christus quasi lux tetigit cæcum natum et lumen infudit. S. Ambrosius, XVI, 1271. In Lazari resurrectione Dei virtus est, vita, lux resurrectio mortuorum, *ibid.*, 1337. — Mirabilia ejus non oblivione sepeliuntur, sed virtutibus innovantur, *id.*, XVII, 622, 623. — Christi miracula S. Hieronymus, XXV, 1090 — Cur Christus non potuit signa facere in patria sua, *ibid.*, 865. — Christi miracula. S. Augustinus, XLI, 608 — Alia sunt ei communia cum aliis : at proprium ipsi fuit nasci de virgine, a mortuis resurgere, in cœlum ascendere, *id.*, XXXIII, 522. — Christum magicis artibus fecisse quæ fecit calumniantur infideles, *id.*, XXXVIII, 256, 447. — Christi facta etiam aliquid significabant quasi verba, *ibid.*, 486. — Aliquid aliud quam quod præ se ferebant, *ibid.*, 592. — Quare Christus fecerit miracula. Cassiodorus, LXX, 195, — Melius prædicatione quam miraculis salutem operatus est, *ibid.*, 530. — Christi miracula Judæi cernentes et Deum credere nolentes quasi ebrii errarunt. S. Gregorius Magnus, LXXV, 968. — Christi mirabilia quanta, *ibid.*, 869. — Christi miracula duo nobis significant, *id.*, LXXVI, 1082. — Christus cur miraculum faciens taceri voluit nec potuerit, *id*, LXXVII, 192. — Quinque panibus hominum pascit quinque millia, *ibid.*, 309. — Christus se Deum incomparabilibus miraculis comprobavit, *id.*, LXXIX, 66, 67, 99. — Christi miracula. Rabanus Maurus, CXII, 1615.

De humilitate Christi. — Humilitas Christi in pedes discipulorum lavando. S. Cyprianus. IV, 253. — Humilitas ejus nostra nobilitas est. S. Eutychianus, V, 169. — Humilitas advenit in mundum ut humilibus et infimis opem ferret et omnibus spem salutis ostenderet. Lactantius, VI, 529.—Jesus semper se ostendit humilem, *ibid.*, 498. — Humiliavit se factus obediens usque ad mortem. S. Hilarius, X, 419. — Humilitatis præceptum præbuit et exemplum, *id.*, IX, 592. — Humilitatis præmium in Christo, *ibid.*, 594. — Christi humilitas, nostra nobilitas, *id.*, X, 67. — Se præbuit humilitatis auctorem cum discipulis ministraret. S. Ambrosius, XV, 1817. — Humiliavit se ut disceres quid sit humilitas, *id.*, XIV, 1126 — Dominus noster humilitatis magister. S. Hieronymus, XXII, 345. — Formam servi humiliter assumpsit, ut tunc demum aptior fieret humilitatis institutio. Paulus Orosius, XXXI, 1042. — Christi humilitas in incarnatione commendata. S. Augustinus, XXXVI, 302. — Humilitas Christi, *id.*, XXXV, 1590, 1681, 1787. — Christus vermis propter humilitatem carnis, fortassis etiam propter Virginis partum, *id.*, XXXIII, 385. — Cur tanta humilitate ad nos venerit Christus, *id.*, XLI, 221 ; XXXVI. 163, 302 ; XXXVII, 1239. — Christus exemplum magnum humilitatis nobis præbuit, *id.*, XXXV, 1631. — Christus monstravit humilitatis viam. Cassiodorus, LXX, 975. — Humilitate Christi superbia diaboli victa, *ibid.*, 891. — Humilitas Christi instrumentum redemptionis nostræ, *id.*, LXXVII, 741. — De humilitate Christi in lavando pedes discipulorum. Eligius Noviod., LXXXVII, 607, *seq.* — Humilitas ejus imitanda, 629. — Humilitas ejus valde commendabilis. Beda Vener., XCIV, 130, 131. — Gradus humilitatis in Christo describuntur. S. Paulinus Aquil., XCIX, 211, 212. — De humilitate Christi testimonia. Jonas Aurel., CVI, 235. Propter humilitatem Deus dedit ei nomen quod est super omne nomen. Lanfrancus Cant., CL, 115. — Humilis per omnia voluit Christus videri. Rupertus Tuit., CLXVII, 1320. — Christi exemplum est nostræ superbiæ medicamentum. Hildebertus Cenom., CLXXI, 799. Ejus gloriatio in humilitate sola. S. Bernardus, CLXXXII, 821. — Hæc humilitas confundit nostram vanitatem. *ibid.*, 146, 147. — Humilitatem Christus specialiter amavit et habuit Richardus. S. Victoris, CXCVI, 449. — Christi vita tota in humilitate fundata est. S. Petrus Cantor, CCV, 62, 63.

Patientia. — Christi patientia quanta. Tertullianus, II, 348. — Voluit saginari voluptate patientiæ, *ibid.*, I, 1254. — Patientia Domini in Malcho vulnerata est, *ibid.* Patientiam Christus non tantum verbis docuit, sed implevit et factis. S. Cyprianus, IV, 625, 626. — Christus monstravit patientiæ disciplinam. Cassiodorus, LXX, 975. — Christi patientia in passione pro persecutoribus orantis. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 816, 847. — Patientiam in injuriis acceptis suo exemplo nos docuit, *ibid.*, 1151. — Mirum in Christo patientiæ exemplum, *ibid.*, 1152 ; LXXVII, 69 ; LXXIX, 576, 577. — Christus vicit diabolum non potentia, sed justitia et patientia. Wildebertus Cenom.. CLXXI, 600.— Patientia Christi. S. Bernardus, CLXXXIII, 264, *seq.*—Richardus a S. Victore, CXCVII 380.

Misericordia. — Christi amor erga homines. Tertullianus, II, 772, *seq.* — Misericordiam Christus non tantum verbis docuit, sed implevit et factis. S. Cyprianus, IV, 625, 626. — Quanta in nos fuerit clementia et misericordia, in mysterio Incarnationis. Constantinus Magnus, VIII, 432, 433, 434. — Ubi gratia largienda est, Christus adest. S. Ambrosius, XIV, 440. — Christi misericordia. S. Hieronymus, XXIV, 65. — Christus tantæ clementiæ fuit ut pro trangressoribus imo pro persecutoribus suis rogaret in cruce, *id.*, XXV, 429. — Christi clementia qui non solum pro apostolis ante passionem oravit, sed pro crucifigentibus in cruce. S. Prosper Aquit., LI, 312, 313. — Christus quantum mundum dilexerit. S. Paulinus Nolanus, LXI, 677, 678. Pietas et compassio erga homines. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 179. — Christi benignitas erga suam sponsam Ecclesiam, quanta, *id*, LXXIX, 597, 598. — Christi erga peccatores et incredulos benignitas nobis veniæ obtinendæ spem facit, *ibid.*, 611. — Bonitas Christi in Incarnatione accepta. S. Bonifacius, LXXIX, 862, 863. — Nulla scientia comprehendere sufficit quanta sit charitas Christi. S. Bruno Carth., CLIII, 533. — Quantam erga nos dilationem, misericordiam et pietatem Christus habuerit. S. Bruno Sign., CLXIV, 345. — Summa Christi charitas qua reddidit bona pro malis. S. Hildebertus Cenom., CLXXI, 688.—Quantus fuerit in homines Christi amor, *ibid.*, 539.— Summa Christi misericordia. Godefridus, CLXXIV, 1125. — Christi benignitas et misericordia quanta. S. Bernardus, CLXXXIII, 142, 143, 144.

Paupertas. — Inops voluit Christus nasci ex Virgine, nostræ salutis causa. S. Hilarius Pictav., IX, 823. — Ut nos ditesceremus pauperem se præstitit, *ibid.*, 492. — Christi paupertas et dolor. S. Ambrosius, XIV, 954. — Dives in paupertate, *ibid*, 1060, 1070. — Christi inopia distat, sanat fimbria, fames satiat, mors vivificat, sepultura resuscitat, *ibid.*, 686. — Dominus fuit tantæ paupertatis ut unde tributa per se et apostolo redderet non habuerit. S. Hieronymus, XXVI, 128. — Christi paupertas summa. S. Augustinus, XXXVI, 844. — Christus pauper nasci voluit., *id.*, XXXIV, 696. — Christus cur egenus factus, *id.*, XXXVIII, 243, 916, 1120; XXXIX, 1591. — Christus egere voluit propter te, ut haberes ubi seminares terrena quæ dedit et meteres vitam æternam. *id.*, XXXVIII, 91. — Christus non dedignatus est pauper fieri. S. Prosper Aquit., LI, 315. — Pauper mundum Christus ingreditur. S. Petrus Chrys., LII, 397. — Christi paupertas ac nuditas in nativitate, in vita, in morte, post mortem in sepulcro. S. Anselmus Cant., CLVIII, 553, 554. — Dedit nobis exemplum, propter justitiam sustinendi incomparabilem contemptum et paupertatem, *ibid.*, 551. — Pauper ita fuit ut veniens in mundum non in sua, sed aliena domo nasceretur, *ibid.* — Christi paupertas. S. Bernardus, CLXXXIII, 289 ; CLXXXIV, 951.—Christi paupertas maxime in cruce apparuit. Petrus Cantor., CCV, 77.

Obedientia. — Semper se Patri subdidit et Filii honore et hominis conditione. S. Hilarius, X, 284. — Christi Dei subjectio pietatis est, *id.*, 518. — Christus Deus Patri et obsequio subjectus est et nomine, *ibid.*, 518. — Voluntati Patris in omnibus obedivit, *id.*, 540.—Christus pietate non pro infirmitate Joseph et Mariæ parentibus subditus. S. Ambrosius, XIV, 973 ; XV, 1575—Subjectio ejus non in specie quidem infirmitatis est, sed in operatione virtutis, *ibid.*, 1169. — Subjectus erat parentibus suis. S. Hieronymus, XXII, 954. — Christi mira obedientia. S. Bernardus, CLXXXIII, 866. — Christus obedientiæ forum, *id.*, CLXXXIV, 857. — Ejus obedientia habuit humilitatem in corde, patientiam in ore, perseverantiam in opere, *ibid.*, 949, 950. — De obedientia Christi. Balduinus Cant., CCIV, 431. — Ordinem obedientiæ et perseverantiæ et gloriæ, Christus ipse docuit, *ibid.*, 451. — Descendit de cœlo ex obedientia, *ibid.*

Mansuetudo. — Quod severum in aliis in Christo dulce est, in Christo suave est, quia ipse suavis est. S. Ambrosius, XV, 1266. — Christus mansuetudinem cum justitiæ districtione conjunxit. S. Gregorius Magnus, LXXV, 534. — Mansuetudine potius quam terrore nos Christus correxit, *ibid.*, 891—Injuriam acceptam non reddidit, sed

mansuete ferendo respondit, LXXVI, 1151. — Christus mansuetudine, non austeritate nos rexit. *ibid.*, 894. — Christi mansuetudo, S. Bernardus, CLXXXIII, 880. 881. — Christi suavitas attrahit omnes, *ibid.*, 454.

Christi præclaræ virtutes. S. Isidorus Mercat., CXXX, 49, 50, 51. — Christus habet in se omnes virtutes, S. Guibertus, CLVI, 503. — Christus pius, humilis, dulcis, benignus, *id.*, CLVII, 246. — Christus quibus virtutibus nos redemit. S. Bernardus, CLXXXIII, 391.

XIX. — *De Christi passione.*

Christi passionem et ipse et prophetæ prænuntiarunt. Tertullianus, I, 401. — Christi passio describitur, *ibid.*, 1252, *seq.* — Nisi ignoratus nihil pati posset, *id.*, II, 327. — Quo anno passus, *ibid.*, 612, *seq.* — Christum pati oportuit non ut sentiret mortem sed ut vinceret, *id.*, IV, 580. — Christus passus est ut nos Dei filios faceret, *ibid.*, 354. — Christi passio, *ibid.*, 715, 802. — Ethnici Christi passionem Christianis objiciebant. Lactantius, IV, 496. — Quæcunque gessit aut passus est, figuram et significationem magnam habent, *ibid.*, 525. — Quo anno ætatis suæ passus sit, *ibid.*, 967. — Quo die passus putaretur tempore. Lact., *ibid.*, 386, 437; VII, 194, 393, 608, *seq.* S. Hilarius, IX, 472, 473, *seq.* — Christi passio voluntaria est, non coacta, *id.*, X, 381. — Christus passione sua infirmitates nostras absorbuit, *id.*, IX, 936. — Passus est quæ homines pati possunt, *id.*, X, 394. — Flevit et doluit, *ibid.*, 388. — Flet interdum et ingemiscit et tristis est, *id.*, IX, 477 — Lacrymæ ejus pro nobis erant, *ibid.*, 360. — De sudore sanguinis et adventu Angeli nihil exstat in pluribus libris. S. Hilarius, X, 375. — Christus ideo passus est quia bene facere eum delectavit non quia incrementum gloriæ ex sua passione quærebat. S. Ambrosius, XIV, 849. — Christi passio adjutorio non eguit, *id.*, XVI, 319. — Plenitudo fidei in sacramento est Passionis, *ibid.*, 806. — Manus Domini affixæ cruci, *ibid.*, 296. — Clementer pro suis orat persecutoribus, *ibid.*, 1570. — Acetum accepit ut absolveret omnes tentationes, *ibid.*, 1226 — Lancea vulneratus est ut nos sacri vulneris cruore sanaret, *ibid.*, 201. Mysterium aquæ et sanguinis ex latere Christi defluentium. Rufinus, XXI 361. — Quo anno Christus reus ad Pilatum actus sit. Dexter, XXXI, 69. — Qua die crucifixus, *ibid.*, 71. — Christus, propinquante hora passionis, potestate turbatus est. S. Augustinus, XXXV, 1797, 1799. — Turbatus est quia voluit, *ibid.*, 1755. — Turbatus est ne nos desperemus, *id.*, XXXVIII, 1399. — In Christo turbatur nostra infirmitas, *id.*, XXXV, 1799. — Humana voluntas in Christo mortem refugiens, *id.*, XXXIX, 1515. — Christus sanguinem sudans de toto corpore quid significet, *id.*, XXXVII, 1817. — Christi traditio et a Juda et a Deo, *id.*, XXXVIII, 1583. — Quod Judas vendidit, Judæus emit, Christianus acquisivit, *ibid.*, 1474. — Auctor calicis passionis suæ ipse est qui bibit, *id.*, XXXV, 1932. — Cur Christus percutienti maxillam alteram non præbuit, *ibid.*, 1934, 1935. — Christi passio, *id.*, XLI, 585, 588, 591. — Quidquid passus est homo non potest dici non passus Deus, *id.*, XXXVII, 1711. — Christi manus extensæ in cruce quid significent, *id.*, XXXVI. 735. — Christus cur in passione tacebat, *ibid.*, 173, 407; XXXVII, 1339. — Christus noluit descendere de cruce quia patientiam docebat, *id.*, XXXV, 1397, 1675; XXXVI, 462, 767, 882. — Christus non merito iniquitatis sed officio misericordiæ suæ passus est, *id.*, XLII, 543. — Christi passio non ex indigentia, sed ex misericordia, *ibid.*, 542, 547. — Hymnus de passione Domini. Claudianus, LIII, 786. — Cur in solemnitate paschali pati Christus elegerit. S. Leo Magnus, LIV, 331. — De passione Domini, *id.*, LVI, 1133; LVII, 339, *seq.* — De sacramento Dominicæ passionis. S. Fulgentius Rusp., LXV, 257, *seq.* — De passione Domini. Theodulfus, CV, 375. — Rabanus Maurus, CVII, 1097, *seq.* Haymo Halberst, CXVIII, 358, 392. — Christus cur feria sexta passus. S. Damianus, CXLIV, 772. S. Anselmus Cant., CLVIII, 675, 761; CLIX, 271. — Quare Deus passus sit. Ivo Carnot., CLXII, 562 — Christi passio describitur, in qua verum hominem se ostendit. Ivo Carnot, CLXIV, 746. — Liber de passione Christi et doloribus ejus matris. S. Bernardus, CLXXXII, 1134. — Sermones de passione Domini; CLXXXIII, 263, *seq*; CLXXXIV, 741, *seq.* 953. — Passio Christi. Ordericus, CLXXXVIII, 51, *seq*; Ernaldus, CLXXXIX, 1636. S. Martinus Legion., CCVIII. 761. Absalon abbas. CCXI, 137, 148.

XX. — *De Christi morte.*

Christus sponte sua mortuus. Tertullianus, I, 401. — Non ex divina, sed ex humana substantia illum mortuum dicimus, *id.*, II, 194. — In Christi morte extraordinaria solis defectio prædicta, et descripta in arcanis seu archivis, *id.*, I, 401. — Quo anno passus, *id.*, II, 612 *et seq.* — Christi passio Tiberio Cæsari, a Pilato relata, *ibid.*, 403. — Christus spiritum sponte dimisit. S. Cyprianus, IV, 580. — Qua hora exspiraverit. Lactantius, VI, 910. — Christi morientis clamor divinitatis recedentis contestans dissidium, IX, 1072. — Morti se subjecit et cur, *ibid.* 345. — Verbum a carne in morte non recessit, *id.*, X, 286, 391, 392. — Christi mortis effectus, *ibid.*, 288. — Pro omnibus mortuus, *id.*, IX, 384. — Christi mortis prophetia, *ibid.*, 473. — Christus mortem gustat ut mortem devincat. S. Zeno, XI, 158. — Solus Christus tali dignus electus est morte qua tolleret peccatum mundi. S. Ambrosius, XIV, 860. — Christum moriturum nec sancti crediderunt, *id*, XV, 1662, 1663. — Christus potuit non mori, sed noluit, *ibid.*, 1611. — Crucis locus ubi fuerit, *ibid.*, 1832. — Crucifixus est pro fide nostra, crucifixus est pro cupiditatibus nostris, *ibid.*, 1662. — Christi mors solvit ænigmata prophetarum, *ibid.*, 1115. — Mors Christi vita est omnium, morte ejus signamur... mors ejus victoria est, *id.*, XVI, 607, 1327. — Mortem suam pro morte omnium obtulit, *ibid.*, 1115. — Christus Filius Dei in se ipso vita quomodo mortuus sit. S. Augustinus, XXXVIII, 710, 1061. — Christus mortuus est cum caro mortua est, *id.*, XXXV, 1817. — Mors illi dignatione non conditione, *id.*, XXXVIII, 1110. — Christi mors mortem occidit, *id.*, XXXV, 1490; XXXVIII, 1114. — Christus mortuus est quando voluit, *id.*, XXXV, 1638, 1673, 1674 *et seq.*, et quia voluit, *id.*, XXXIV, 301; XXXV, 1674, 1736; XXXVIII, 54. — Christus passus est et mortuus potestate et voluntate, non necessitate, *id.*, XXXVII, 1104; XXXVIII, 1083; XLIV, 256. — Mors voluntate obedientiæ a Christo suscepta, *ibid.*, 180, 182. — Christus non debuit mori nisi quando opportunum fuit, *id.*, XXXV, 1457. — Tempus mortis Christi, *id.* XLI, 619. — Conciliantur evangelistæ super hora qua Christus crucifixus est, *id.*, XXXVI, 763. — Christi morte quasi tropæo suo diabolus victus est, *id.*, XXXVIII, 1209. — Christus cur mortem suscepit, *id.*, XLV, 1181. — Morte Christi seminatum est nomen ejus, *id.*, XXXVI, 453. — De morte Christi cur non erubescendum, *id.*, XXXVIII, 1278, 1279. — Christus horam nativitatis et mortis elegit. S. Prosper Aquitanus, LI, 490. — Pro omnibus impiis mortuus est Christus, *ibid.*, 702. — Christus voluntate passus et mortuus, *ibid.*, 294. — De vestimentorum Christi divisione post ejus crucifixionem et de veste desuper contexta quæ indivisa fuit, *id*, LVII, 331, 332. — Christi mors unica duabus mortibus nostris saluti fuit. Eugyppius, LXII 590. — Christi mortem qui magis perpetrarunt, *ibid.*, 829. — Per Christi mortem reconciliati sumus. S. Fulgentius Rusp., LXV, 424. — Christus quomodo sine Deo gustavit mortem, *ibid.*, 284. — Christus ex infirmitate humanitatis suæ mortuus, ex virtute deitatis suæ vivit, *ibid.*, 290. — Christus solus mori desideravit. Cassiodorus, LXX, 148. — Cur Christus crucis mortem potius elegerit, *id.*, 160. — Exitus mortis Christi illi singularis fuit, *id.*, 470, 471. — Cur inscriptio tituli in passione non fuit delata, *ibid.*, 394. — Mors Domini describitur, *ibid*, 402. — Mors Salvatoris sessio vocatur, *ibid.*, 984, 985. — Morte Christi cognoscimus quid sequatur post mortem. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 490, 491. — Christus moriens inferni vires comminuit, *id.*, LXXIX, 23. — Christo injunctum a Patre moriendi præceptum, *ibid.*, 29. — In cruce moriens Ecclesiam suscitavit, *ibid.*, 541. — De simpla morte Christi et dupla nostra. Taio Cæsar., LXXX, 783. — Quando occurrerit mors Christi. S. Leo Magnus, LIV, 1086. — Cur mortuus in Paschate, *ibid.*, 332. — Christus et Judæi eamdem mortem diverso fine quærebant, *ibid.*, 380, 381. — Quare mortem crucis elegerit Christus. S. Hildef., XCVI, 131; Alcuinus, CI, 1207. — Christus plures mortuus quam vivens salvavit *id.*, CVIII, 1197. — Christus quomodo ad tempus mortuus est. Lanfrancus, CL, 119. — Ad quid mortuus, *ibid.*, 259. — Mortuus est ut testamentum conderet, *ibid.*, 396. — Extra civitatem, sub nudo cœlo nudus crucifigitur. S. Anselmus Cant., CLVIII, 554. — Christus mortem suscepit non in natura Deitatis, sed in natura humanitatis, *ibid.*, 920. — Deus Pater non Christum invitum occidi permisit, aut ad mortem coegit. *ibid.*, 369. — Filius cum Patre et sancto Spiritu disposuerat se non aliter quam per mortem omnipotentiam suam mundo ostensurum, *ibid.*, 372. — Quo sensu Pater dicitur voluisse mortem Filii, *ibid.*, 373. — Christus poterat mortem vitare si vellet, *ibid*, 375. — Christus sponte sua mortem sustinuit, *ibid.*, 370. — Necesse fuit necessitate sequenti non præcedenti Deum hominem fieri, pati, mori, etc., *ibid.*, 423. — Christus sua voluntate non potuit non mori, et sua voluntate mortuus est, nulla necessitate, sed sua potestate, *ibid.*, 420. — Christus ex Judæis natus, a Judæis crucifixus,

ibid., 738. — Qua hora crucifixus Christus. Hildebertus Cenom., CLXXI, 511. — Una sua morte duplici nostræ medelam attulit. S. Bernardus, CLXXXII, 933. — Christi mortis magis quam vitæ recordatio ad pietatem nos movet, *ibid.*, 932.

XXI. — *De Christi sepultura.*

Christi corpus sepulcro conditum. Tertullianus, I, 401. — In quo nihil repertum nisi exuviæ, *ibid.*, 402. — Sepultura Christi quomodo e medio ejus sublata, *id.*, II, 629. — De ejus morte, sepultura et resurrectione. Lactantius, VI, 510.—Quale sepulcrum illius fuerit, VI, 512. Quot dies in sepulcro remanserit, VI, 535.—Christi corpus morti debitum, sed corruptioni non obnoxium. S. Hilarius, IX, 820. — Christi sepultura, *ibid.*, 935. — Quomodo Christus tribus diebus et tribus noctibus fuerit in corde terræ, *id.*, XIV, 802, 803, 1122, 1123.—Sepulturæ Christi et Moysis comparatio, *ibid.*, 520. — Christi sepulcrum miraculo non caret, novo opere quodam ipse defunctus defunctorum sepulcra reserabat, *id.*, XVI, 828. — Victor mortis suum tumulum non habebat, et cur, *ibid.*, 269, 270. — Quare in Christi sepultura sit recordatio Novi Testamenti. S. Augustinus, XL, 187. —Deus requiescens ab operibus suis die septimo prænuntiare voluit diem quo erat Christus in sepultura quieturus *id.*, XXXIV, 305.—Quomodo Christus tribus diebus et tribus noctibus fuerit in corde terræ, *ibid.*, 87.—Eodem tempore Christi corpus in tumulo fuit, anima in inferno, etc., *id.*, XXXIX, 2178. — Christi sepulcrum vulva, *ibid.*, 2204, — Cur alieno in tumulo positus, *ibid.*, 2205. —In sepulcro carnem suam commoriendo non deseruit, *id.*, XLII, 1169. — Christus in sepulcro, in inferno, in cœlo, *id.*, 2083. — Christus quomodo tres dies et tres noctes in sepulcro fuerit. Eugyppius, LXII, 764, 765. — Humanitas Filii Dei nec tota in sepulcro nec tota in inferno, sed divinitas ubique tota. S. Fulgentius, LXV, 299. — Christi corpus corruptionem non sensit non propter incorruptibilitatem, sed propter resurrectionis celeritatem, *ibid.*, 495. — Christus secundum carnem in sepulcro jacuit, secundum animam in infernum descendit, secundum divinitatem permansit, *ibid.*, 525, 526. — Christi sepultura in dubium vocata in Hispania. S. Leo Magnus, LIV, 690. — Christi sepulturæ tempus abbreviatum propter discipulos, *ibid.*, 387. — De sepultura Christi. S. Hildef., XCVI. 132. — Christus quomodo tribus diebus et tribus noctibus in corde terræ fuisse dicitur. Alcuinus, CI, 1211. — Secundum solam carnem in sepulcro jacuit, secundum solam animam in infernum descendit, *ibid.*, 47, 48. — Christus quadraginta horis fuit in sepulcro, *id.*, CIX, 1152. — Quomodo Christi corpus tribus diebus et tribus noctibus fuerit in sepulcro. S. Bruno Signi., CLXV, 182.

XXII. — *De Christi descensione ad inferos.*

Christus moriendo descendit ad animas prophetarum et patriarcharum. Tertullianus, II, 657. — Christus non erat remansurus apud inferos. S, Cyprianus, IV, 716. — Christus infernas sedes adiit. S. Hilarius, IX, 346, 473, 289, 572. — Ut homo in infernum descendit, *ibid.*, 805. — Inferos penetrat ut mortuos inde vivos reducat. S. Zeno, XI, 403 — Christus in infernum descendit ut illi qui in infernis erant a perpetuis vinculis solverentur. S. Ambrosius, XIV, 1129. — Christus penetravit inferna, sed corruptionem incorruptus evasit, XVI, 300. — Etsi secundum hominem mortuus, in ipsis tamen erat liber infernis, *ibid.*, 1344. — Christus quomodo mortuis prædicatus, *id.*, XVII, 143. — Descendit ad inferna in symbolo Romanæ Ecclesiæ non habetur. Rufinus, XXI, 356. — Descensus Christi ad inferos probatur, *ibid.*, 363, 364. — Christus descendit ad inferos. S. Hieronymus, XXV, 936, 940, 1124 — Quare descenderit, *id.*, XXVI, 498; S. Augustinus, XXXIII, 710, 711, 715. — Quare, *id.*, XLI, 541. — Christus in inferno fuit secundum animam, *id.*, XXXIII, 833.—Christus an descenderit ad locum pœnarum, *ibid.*, 834. —Christus descendit usque ad ea loca ubi peccatores cruciantur, *id.*, XXXIV, 481.—Apud inferos subvenit quibusdam, *id.*, XXXVIII, 436.—Quosdam a tormentis solvit, *ibid.*, 834; XXXIX, 481.—Christo ad inferos descendente, credidisse incredulos et exinde omnes liberatos quædam hæresis existimat, *id.*, XLII, 45. — Quidam putant eos ab inferis solutos esse a Christo qui non audierant Evangelium, *id.*, XXXIII, 714.—Quosnam ab inferis liberavit temerarium est definire, *id.*, XXXV, 1697.—Christus inferna penetrans et inde mortis victor ascendens, magnum mortuis miraculum fecit, *id.*, XXXVII, 1115. — Christus ad inferos descendit, *id.*, XXXIX, 2204; XLII, 1172; XXXIX, 2059, 2189 —Diabolum obligavit ubique detentos liberavit, *ibid.*, 2195; XL, 391, 1193, 1194. —Horis triginta et sex in inferno fuit, *ibid.*, 742. — Inferni æterna nox illorum quos ipsa jam retinebat in Christo descendente experta est liberatorem. S. Maximus Taurin., LVII, 597. — Exstitit inter mortuos liber quia omnes inter mortales solus causam moriendi non habuit, *ibid.*, 616. — De Christi descensione ad inferos et quid ibi fecerit. Gennadius Mass., LVIII, 1047, 1048. — Utrum omnes damnatos quos in infernis Christus invenit an quosdam quos illo beneficio dignos judicavit salvos fecerit adhuc requiro, ait. S. Augustinus, LVIII, 1047.—Christus ad infernum usque pervenit. Eugyppius, LXVII, 710. — Christus ad inferos vere descendit, an ad omnia inferorum loca, etiam ubi damnati torquentur. Prudentius, LIX, 810.—Divinitas nec carnem Christi in sepulcro nec animam in inferno deseruit. S. Fulgentius, LXV, 287. — Anima Christi in inferno non sensit. *ibid.*, 295. — Descensus Christi non est localis, *ibid.*, 246. — Christus ab inferno liberavit animam suam. Cassiodorus, LXIX, 346. — Anima Christi ab inferis abstracta, *id.*, LXX, 203. — Quo sensu Christus dicitur in corruptionem descendisse, *ibid.*, 115. — Ad inferos descendens quos inde liberarit Christus. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 869, 870. — Quidam putaverunt cum Augustino Christum ad inferos descendentem etiam damnatos a pœnis æternis liberasse, *ibid.* — Quod neque deitate, neque carne, sed in anima Christus descenderit ad infernum. S. Hildefonsus, XCVI, 132. — Ex inferis Christus turmas animarum eduxit. Rabanus Maurus, CVIII, 1212, 1213; CXII, 167. — Ad infernos descendens quos liberarit Christus. Hincmarus Rhem., CXXV, 282. — Græci et Latini credunt Dominum ad infernum descendisse. S. Anselmus Cant., CLVIII, 317.—In symbolo Nicæno non dicitur Dominus ad infernum descendisse, *ibid.*

XXIII. — *De Christi resurrectione.*

Habemus adhuc Typos Ecclesiæ in parabolis feminæ abscondentis fermentum in farina, S. Ambr., XV, 1749; XVI, 491. —Mulieris quæ parit in tristitia, Alcuin. abb., C, 955; CI, 1214, 1215. — In familia super quam servum constituit dominus, S. Fulgent. Ruspens, LXV, 921. — In septem angelis quibus datæ sunt septem tubæ; designant enim Ecclesiam, in suis prædicationibus qui sunt æternæ vitæ annuntiatores, Alcuin. abb., C, 1135. — In columna ignis, S. Ambr., XVII, 863. — In monte Sion, quomodo, Cassiodor., LXX, 337; Alcuin. abb., C, 637; Rupert. Tuitiens., CLXVIII, 480; Petr. Lombard., CXCI, 462, 745, 1184. — In monte Libano, quare, Wolbero abb. S. Pantaleon., CXCV, 1202. — Figuratur adhuc per Insulas gentium, Rupert. Tuitiens, CLXVIII, 670. — Per arcam Veteris Testamenti, S. Petr. Damian., CXLIV, 579, 910. — Non solum militans Ecclesia, sed etiam triumphans et gloriosa in arca Testamenti figurata est, Bruno Astens., CLXIV, 308. — Per prius tabernaculum, S. Isidor. Hispalens., LXXXIII, 554; Gerhohus Reicherspergens., CXCIII, 316. — Per ficum proferentem grossos suos, S. Greg. Magn., LXXIX, 493. — Per lectulum Salomonis, Henricus Huntingdonens., CXCV, 1140, 1141. — Per mulam in qua Salomon sedit, Rupert. Tuitiens., CLXVII, 1146. — Per domum Joiæ ubi coronatur Jesus filius Josedech, id., CLXVIII, 670. Per domum in qua comeditur agnus, S. Greg. Magn., LXXVI, 756. — Per civitates Nazareth, vener. Beda, XCII, 15. — Jerusalem, S. Aug., XXXVI, 122; XLIII, 409; Raban. Maur., CXI, 537; S. Petr. Dam., CXLV, 60; S. Hildegardis, CXCVIII, 136. — Sion, S. Aug., XXXVI, 122; Petr. Lombard., CXCI, 134, 192, 641, 913, 1184 —Niniven, civitatem alienigenarum, S. Hilar. Pictav., XI, 419. — Tichon. African, XVIII, 29.— Decus virtutum Ecclesiæ figuratur imprimis hac civitate quæ speciosa interpretatur, Vener. Beda, XCII, 64. — Per stabulum seu domum in quam intrantes reperiunt Magi Puerum cum Maria matre ejus primordia designantur Ecclesiæ, *ibid.*, 15. — Per insulam Patmos persecutiones ejus figurantur, Alcuin. abbas, C, 1095. — Per omnes omnino civitates Israel et gentium provincias quas alloquitur Scriptura, aut in quibus aliquid gestum est, Tichon. African., XVIII, 38. — Per Cyprum et non immerito dicitur Ecclesia figurari Cypro vino abundanti, utpote quassata quidem fluctibus sæculi, sed exundans abundantia gratiarum, S Bernard., CLXXXIV, 429. — Per capream, id., CLXXXV, 181. — Per agrum, Gerhohus Reichersperg., CXCIII, 257. — Per columbam, Petr. Lombard., CXCI, 607; Gerhohus, CXCIII, 73. — Per ovile, Raban. Maur., CXI, 203. — Per caulam, id., CXI, 407. — Per thronum a quo procedunt fulgura et voces et tonitrua, Alcuin. abb., C, 1117. — Per quatuor animalia, id., C, 1118 *et seqq.* — Per tria sata de quibus subcinericii panes sunt confecti, Walafrid. Fuldens, CXIII, 126. — Per congregationem aquarum ab omni valle in unum. Valles designat gentilitatem, S. Ambr., XIV, 155. — Per turturem demum bene adumbratur Ecclesia quæ præter Christum alterius nescit habere consortium.

VI. — *De nonnullis quibus assimilatur vel comparatur Ecclesia.*

Ecclesia egregie assimilatur navi, S. Hilar. Pictav., IX, 957, 960, 993, 1007; S. Paulin. Nol., LXI, 883; Isidor. Mercator, CXXX, 60; Sergius papa III, CXXXI, 916. Præsertim naviculæ Petri, S. Greg. Magn., LXXVI, 28. — Fluctuanti in magnis fluctibus, Rufin Aquil., XXI, 686; S. Prosp. Aquit., LII, 253. — Quassæ tempestate, Tertull. I, 1214; S. Aug., XXXVIII, 475; Vener. Beda, XCII, 665; S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 508. — Cujus navis arbor seu malus Christus in cruce erectus; in puppi Pater sedet, proram servat Spir. Sanctus gubernator; remiges sunt apostoli et prophetæ, S. Ambr., XVI, 297: XVII, 697; Hug. de S. Vict., CLXXVII, 694. — Spiritalis mundi, id est Ecclesiæ fluctibus supernatantis pulcherrima descriptio, S. Paulin. Nol., LXI, 275, 276. — Horto frequenter comparatur, S. Ambr., XV, 1863. — Sagenæ missæ in mari, Petr. Lombard., CXCI, 240; Gerhohus Reichesp., CXCIII, 202, 203. — Areæ quæ cum palea trituratur, S. Aug., XLIII, 587. — Malo granato, Walafrid. Fuldens., CXIII, 670, 758. — Gregi caprarum, S. Ambr., XV, 432. — Decem virginibus, cur? Gerhohus Reichesp., CXCIII, 434. —Tunicæ Joseph polymitæ, S. Bernard., CLXXXII, 902. — Torcular, S. Aug., XXXVIII, 121. — Cur similis torculari? eadem ratione qua areæ assimilatur; In area quippe grana a palcis, in torculari vinum a vinaciis dividitur; ita in Ecclesia boni a malis, non loco quidem sed affectu separantur, S. Bruno Herbipol., CXLII, 66. — Torcular adumbrat imprimis pressuras sanctorum Ecclesiæ, Rupert. Tuitiens., CLXVIII, 325. — Bene etiam Lunæ assimilatur; modo enim prosperis clara, modo adversis obscura est Ecclesia, S. Aug., XXXIII, 207, 208; XXXVI, 131, 132, 908; XXXVII, 1373. — Pelagius Papa II, LXXII, 755 *et seqq.* — Melius adhuc assimilatur tabernaculo, eo quod nec firma domus est, nec fundamentum habet præsens Ecclesia, Rufin. Aquil., XXI, 695, 705, 739, 743, 1312; Raban. Maur., CVIII, 158.

VII. — *De partibus quibus constat Ecclesia.*

Ecclesia est magnum corpus, corpus vivum, corpus magnum unius magni capitis, S. Aug., XXXIII, 683. — Porro in Ecclesia, ut in corpore humano, tria considerari possunt, videlicet, caput, corpus, membra. — Caput Ecclesiæ Christus, S. Zeno Veron., XI, 517; S. Aug., XXXIII, 512; XXXV, 1991; XXXVI, 385, 749, 786, 813; XXXVIII, 265, 753; XLIII, 249, 320; S. Greg. Magn., LXXV, 525, 611; Alcuin., C, 622; CI, 1072; Walafrid. Fuldens., CXIII, 498; S. Bruno Carth., CLIII, 379; Petr. Lombard., CXCI, 1140; CXCII, 179, 213; Henric. Hunting., CXCV, 1134, 1135, 1147.—Et ab æterno erit, Petr. Pictav. Cancell., CCXI, 1215. — Christus qui est caput Ecclesiæ dicitur etiam illius corpus, S. Optatus Milevit., XI, 1475; Petr. Lombard., CXCII, 179, 197, 215, 262; Henricus Huntingdon., CXCV, 1147. — Num Christus et Ecclesia una caro, una persona, unus Christus, Tichon. African., XVIII, 55; S. Aug., XXXVI, 161; XXXVII, 55, 571; XXXIX, 1500; S. Greg. Magn., LXXIX, 602; Lanfranc. Cantuar., CL, 197; S. Thom. Cantuar., CXC, 111, 235. — Ita ut in Ecclesia Christus, et in Christo Ecclesia

patiebatur, S. Aug., XXXIII, 545. —Christus et Ecclesia, unus homo est, S. Aug., XXXVI, 232, 250, 453, 629, 662, 695, 695, 725, 730, 761, 866, 948; XXXVII, 1082, 1156, 1679, 1784, 1785, 1817, 1819, 1846; XXXVIII, 571, 754; XXXIX, 1500; XLI, 532; XLII, 896; XLIV, 145; S. Agobard., CIV, 62 *et seqq*; S. Thom. Cantuar., CXC, 111, 235; Henricus Huntingdon., CXCV, 1134, 1155, 1147. — Ecclesia et Christus, unus Christus, S. Aug., XXXV, 1991; XXXVI, 161, 232, 250, 453, 629, 662, 693, 695, 723, 730, 761, 866. — Ecclesia et Christus una caro, Petr. Lombard., CXCII, 215. — Una persona sunt Christus et Ecclesia, S. Agobard. Lugdun., CIV, 62 *et seqq.*; S. Thom., CXC, 111, 235. — Ergo Ecclesiæ injuria, injuria Dei est, S. Agobard. Lugdunens., CIV, 236.

Sub hoc nomine tamen corporis Ecclesiæ sæpius intelligitur societas hæc externa quæ Ecclesiam tertia, id est lata acceptione sumptam constituit, S. Greg. Magn., LXXV, 1154.

Anima Ecclesiæ proculdubio est Spir. S. vivificans fideles per gratiam sanctificantem, S Aug., XXXVIII, 461, 1221, 1231, 1232. — Continens et vegetans eam, ut ait Magister sententiarum, Lombardus, CXCII, 197. — Sed communius per animam Ecclesiæ designantur sancti et præsertim electi qui viva fide per charitatem operantes Ecclesiam internam constituunt, Hildebert Turonens., CLXXI, 408. — Membra Ecclesiæ pro diverso eorum statu distribuuntur in tres partes. —Adhuc militantes ad primam; patentes in purgatorio ad secundam, Angeli et electi, in cœlo jam regnantes ad tertiam, pertinent, S. Aug., XXX, 826; XXXVI, 385. — Generaliter sumpta militans Ecclesia, considerari potest, vel quoad corpus tantum, vel quoad animam tantum vel quoad utrumque. — Membra Ecclesiæ quoad corpus spectatæ sunt omnes homines veræ fidei professione, vero sacramentorum usu colligati et adunati. S. Aug., XXXVIII, 1963, S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 621, 623, 626, 661. —Membra Ecclesiæ quoad animam spectatæ, sancti sunt et præsertim electi qui fide viva et per charitatem operante prædili sunt; ergo membra sunt Ecclesiæ non solum qui vel tempore Christi, vel post Christum Ecclesiam intrarunt, sed et qui ante Christum vixerunt. S. Aug., XXXVIII, 39; XL, 313, 335. — Membra Ecclesiæ quoad corpus et animam spectatæ sunt omnes fidei Christianæ, externa professione colligati sub regimine pastorum sive boni et sancti sint, sive mali et reprobandi, S. Optat. Milevit., XI, 1484 *et seqq.*; S. Aug., XXXIII, 345, 388; XXXV, 1431; XXXVI, 190; XXXVII, 1693; XXXVIII, 299, 307, 549, 1092, 1417; XXXIX, 1670; XL, 341; S. Bernard., CLXXXV, 128; Petr. Lombard., CXCI, 1221; Gerhohus Reichersperg., CXCIII, 198, 203. — Igitur hic et nunc et usque ad diem judicii frumentum et zizania sunt in Ecclesia, S. Cornel. papa, III, 791; S. Aug., XXXVIII, 119, 1174; XLIII, 296, 297, 312, 444, 536 *et seqq.* — Ita erit ad sæculi finem, id., XXXVI, 735; XLI, 611; XLIII, 166, 249. — Mali a bonis solum in fine separandi; XL, 333; XLIII, 162, 167, 192, 417, 420, 427; Eugyppius abb., LXII, 864; S. Greg. Magn., LXXV, 815, 826, 1119; LXXVI, 589, 1285 *et seqq.* — Permistio hæc tritici et zizaniorum usque ad tempus messis duratura. S. Aug., XXXIII, 492. Nam separatio falsorum fratrum ac proinde malorum ante tempus messis sine perturbatione Ecclesiæ non potest fieri, id., XXXV, 1799. — Non igitur æterna malorum commistio cum bonis sed temporalis, id., XLIII, 549. — Etsi dicantur in Ecclesia mali, dicendum tamen de iis quod sunt in ea corporaliter tantum, sed spiritualiter foris sunt, id., XXXV, 1431, 1453; XLIII, 149, 150, 153, 156, 160, 189, 195, 199, 207. — Duplex proinde hominum genus in Ecclesia. S. Greg. Magn., LXXV, 815, 1119. — Ecclesiæ omnes per totum orbem constitutæ membra sunt catholicæ et universalis Ecclesiæ. Bruno Astens., CLXIV, 944. — Has enim Ecclesias non alia regit ratio quam ejusdem sacramenti una traditio. Tertull., II, 1025.

VIII. — *De non pertinentibus ad Ecclesiam.*

Quatuor species hominum sunt extra Ecclesiam, nempe damnati, excommunicati, schismatici et hæretici, Hermann. abb., CLXXX, 93. — Schismatici non pertinent ad Ecclesiam, rumpunt retia rumpendo unitatem, nam qui Cathedram Petri deserunt super quam fundata est Ecclesia, quomodo se in Ecclesia esse confiderent, Alexander papa III, CC, 26. — Tamen ex aliqua parte connectuntur Ecclesiæ et habent aliquod sanum, S. Aug., XLIII, 115. — Extra Ecclesiam necesse est in æternum moriantur schismatici, S. Aug., XXXIX, 1596. — Hæretici omnes ejecti sunt ab unitate Ecclesiæ ac proinde non pertinent ad eam, S. Leo Magn., LIV, 478. — Nam nedum sint membra Ecclesiæ, eam non agnoscunt, cur, Cassiodor., 623. — Omnes ab Ecclesia exierunt hæreses, S. Fulgent. Ruspens., LXV, 707. Exierunt ab Ecclesia tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa, S. Aug., XXXVIII, 53, 55, 280. — Ab Ecclesia separati filii alieni sunt hæretici, Cassiodor. Senat., LXX, 1018. — Eos detestatur nec agnoscit filios Ecclesia, Rupertus Tuitiens., CLXIX, 257 *et seq.* —Hæresis nulla catholica, ac proinde nullus hæreticus membrum Ecclesiæ, S. Aug., XLIII, 589. — Hæreses quatenus Ecclesiæ filiæ nihil commune habent cum ea, S. Aug., XXXVIII, 253. Ab Ecclesia alieni sunt hæretici, Isidor. Mercat., CXXX, 700. — Ab Ecclesia ceciderunt aperta et corporali separatione Hæretici, occulta et spirituali tantum mali, S. Aug., XXXIV, 442. — Etsi sint corporali modo in Ecclesia hi ultimi, spiritaliter foris sunt; S. Aug., XXXV, 1431, 1453; XLIII, 160, 189, 195, 149, 150, 153, 156, 199 207. — Sed in Ecclesia non est dicendus qui ovibus Christi corporali tantum commistione miscetur, S. Aug., XXXVIII, 462. — Neque sunt de Ecclesia Judæi atque Gentiles, S. Hieronym., XXII, 664. — Tandem extra Ecclesiam sunt quotquot vel de capite Christo, vel de corpore ejus a Christi testificatione dissentiunt, S. Aug., XLIII, 395. — Quidquid Ecclesiæ contrarium est, S. Ambros., XVII, 200. — Qui sunt de parte alicujus non possunt esse de Ecclesia catholica, S. Zeno Veronens., XI, 1005. — Hæreticus etiam vita bonus, propter hæresim tamen non possidebit vitam, Eugyppius abb., LXII, 882. — Quandiu quis cohæret Ecclesiæ, non desperatæ sanitatis est, sed non ita dicendum de illo qui fuit præcisus, S. Augustinus., XXXVIII, 751.

IX. — *De bonis spiritualibus Ecclesiæ, et quomodo benigna est erga filios.*

Pia mater, quam maximam habet pro filiis suis curam, S. Aug., XL, 692. — Sollicita est semper in suis alendis fovendisque, Tertull., III, 162. — Matri huic duo sunt ubera, videlicet cognitio veritatis et amor virtutum; illa nutrit filios, istis sanctificat, Henric. Huntingdonens., CXCV, 1163. — Triplici modo porrigit iis ubera, nempe rebus gestis, dictis, id est nutriendo, monendo, excitando, id., CXCV, 1164. — Ab ea diffluunt quæ nobis prosunt, Liturg. Mozarab., LXXXV, 257. — Plena est mansuetudinis erga eos qui primum delusi, postea correcti sunt, S. Aug., XXXIII, 337. — Constans est et indefessus zelus ejus pro animabus nostris, Raban. Maur., CVIII, 1202. — Ecclesiæ preces pro omnibus fiunt ex traditione Apostolica, S. Prosp. Aquitan., LI, 209. — Pro infidelibus orat ut credant, pro fidelibus autem ut permaneant, S. Aug., XLV, 1606. — Etiam pro inimicis orat, id., XXXVIII, 151, XLI, 737. — Defunctorum animæ orationibus suis, sacrificio ejus salutari adjuvantur et quomodo, S. Aug., XXXVIII *et seq.* — Quis dicet quantum valeant illius preces, Raban. Maur., CIX, 612. — Quæ sicut gemitus ejus et suspiria exaudiuntur in cœlo, S. Greg. Magn., LXXIX, 499. — Per Ecclesiæ preces Deo reconciliamur peccatores, S. Leo Magn., LIV, 1011, 1012; S. Maxim. Taurin., LVII, 1215. — Suis suppeditat arma quibus vincuntur adversariæ potestates, fides et oratio, S. Ambros., XVI, 249. — Adjuvat eos adhuc sanctorum suorum orationibus, S. Aug., XLIII, 149. — Pro eorum incolumitate orat indesinenter, Raban. Maur., CIX 662. — Sola possidet veram charitatem, S. Fulgent. Ruspens., LXV, 302. — Oleum habet quo suorum vulnera fovet, quo unxit martyres et confessores, S. Ambros., XVI, 1118 — Spiritus S. donis repletur, S. Petr. Damiani, CXLV, 629. — Torcular est fontis æterni, in quo cœlestis vitis fructus exundat, S. Ambros., XVI, 703. — Habet sacrificium carnis Christi verum et unicum pro peccatis, S. Aug., XLIV, 600. — Verissimum et singulare sacrificium, *ibid.*, 211. — Sacrificium, quotidianum, id., XLI, 298. — Sacrificium verum uni Deo debitum, id., XXXVIII, 1101, 1356, 1413; XLII, 382, 386, 409. — Per eam nobis vita confertur æterna, S. Ambros., XVI, 311. — Dives est ad ditandos filios, in orbe enim toto justitiæ fruge fecunda et charismatum largitate de plenitudine sui Joseph accepit, Walafrid. Fuldens., CXIII, 498. — Exaltat magnificatque suos, omnes enim filii sui sacerdotes sunt, quare S. Ambr., XV, 1645. — Amplectenda igitur Ecclesiæ religio, S. Aug., XXXIV, 128. — Et diligenda sicut mater Ecclesia, id., XXXVII, 1140. — Quantum amanda per Concilium Carthaginense declaratur, id., S. Aug., XLIII, 211.

X. — *Quo indicio dignoscenda Ecclesia.*

Vera Ecclesia Dei quomodo dignoscenda, S. Aug., XLIII, 289. — Unde demonstranda, *ibid.*, 427, 429, 430.

— Non a quoque in sua justitia quærenda est, sed in Scripturis divinis tum Veteris tum Novi Testamenti, id., XXXIII, 325. — Ubi sit, in Verbis Domini tantum quærenda, id., XLIII, 392, 395, 396. — In Scripturis agnoscitur, id., XXXIII, 401, 491. — In iis commendatur, id., XLIII, 466. — Ostenditur enim primum ex Lege, *ibid.*, 398, 415. — Ex Genesi, *ibid.*, 431, 44., 524. — Ex Psalmis, *ibid.*, 405, 431, 441. — Ex Evangelio Lucæ agnoscitur, id., XXXVIII, 126. — Ex Actibus apostolorum et Apocalypsi, id., XLIII, 430. — In iisdem Scripturis probatur, *ibid.*, 632. — Innumerabilibus testimoniis, id., XXXVIII, 288, 294, 797. — Multimodis et fere innumerabi ibus typis significatur, S. Hilar., Pictav., IX, 664; S. Zeno Veron., XI, 449; S. Ambr., XIV, 155, 434, 437, 463, 618; id., XV, 1359, 1749; id., XVI, 247, 476, 1043; id., XVII, 618, 658, 814, 865; Tichon. African., XVIII, 32; Rufin. Aquil., XXI, 691; S. Hieronym., XXV, 930; S. Aug., XXXV, 1465; id, XXXVI, 1380; id., XXXVII, 1589; id., XXXVIII, 416, 486, 487, 1158, 1161; idem, XXXIX, 1989, 2171; id., XLII, 290; id., XLIV, 798; S. Prosper Aquit., LI, 291; S. Fulg. Rusp., LXV, 921: Cassiodor. LXX, 161, 337, 619, 728; S. Greg. Magn., LXXV, 756; id., LXXIX, 499; Venerab. Beda, XCII, 15; Alcuin. abb., C, 637, 955, 1127, 1135; Raban. Maur., CVIII, 26, 1140, 1189, 1201, 1214 *et seqq.*; Walafrid. Fuldens., CXIII, 188, 327, 587 *et seq.*; S. Petr. Dam., CXLIV, 579, 910; Rupert. Tuitiens., CLXVIII, 1398; Godefrid. Admontens., CLXXIV, 964; Petr. Lombard., CXCI, 203, 607; Gerhohus Reichersperg., CXCII, 257, 316. — Insuper nonnullis adumbratur parabolis, S. Ambr., XV, 1743; S. Aug., XXXII, 791; Alcuin. abb., C, 637, 955. — Ecclesia vera neque operta neque invisibilis est S. Aug., XLIII, 422. — Abscondi non potest, *ibid.*, 343. — Cunctis clara est et conspicua, *ibid.*, 493 — Neminem latet, S. Aug., XLIII, 284. — Neque potest latere, id., XXXVIII, 222. — In manifestatione posita est; id., XXXVI, 160, 161. — Toto orbe notissima est nec in deserto aut in cubiculo est quærenda; id., XLIII, 443.

XI. — *Præcipuæ notæ ex quibus agnoscitur vera Ecclesia Dei.*

Quatuor assignantur, nimirum unitas, sanctitas, Catholicitas, Apostolicitas.

I. *Unitas.* — Qualiter hæc unitas in qua sola resplendet virtutum Fulgor Ecclesiæ, Raban. Maur., CIX, 648; Hæc unitas asseritur, Tertull., II, 891 — In quibus verbis ostenditur, Cassiod., CI, 1259. — Commendatur, S. Aug., XXXV, 1432, 1433, 1489; id., XXXVI, 513, 538, 889; XXXVIII, 693, 1076, 1224, 1233; id., XXXIX, 1587, 1595. — Ecclesiæ unitatem Spir. S. commendavit, id., XXXVIII, 1231, 1234. — Unitas Ecclesiæ tanquam proprium est opus Sp. S. cur, S. Aug., XXXVIII, 463. — Ideo linguis omnium loqui fecit in quos primo venit, eo ipso nuntians se congregaturum linguas omnium gentium in unitatem, id., XXVI, 161; XXXV, 1645. — Qui non cohæret huic unitati ille Sp. S. non habet, idem, XXXVIII, 71, 73. — Ecclesia unitas est, id., XXXVII, 1309. — Quæ quidem unitas multoties a Christo glorificato commendatur, id., XXXVIII, 1224. — Pro hac unitate testimonia ex regio Propheta, id., XXXIX, 1586. — Hæc est unitas quæ trahit mundum ad fidem, S. Agobard. Lugdunens., CIV, 258. — Inprimis de firmitate divina procedit, Tertull., III, 499 *et seq.* — Per tunicam Christi figuratur, Petr. Lombard., CXCI, 235. — Non est extra Ecclesiam Christi, S. Greg. Magn., LXXVII, 906. — Quam jucunda Deo hæc unitas, S. Bernard., CLXXXIV, 159. — Quantum valeat, S. Fulg., Ruspens., LXV, 703. — Ad hanc unitatem in Ecclesia firmandam passus est Christus, S Gregor. Magn., LXXIX, 512. — Ecclesia igitur vera seu Christi est una. S. Cyprian, IV, 36, 371; S. Optat. Milev., XI, 941, 966 — S. August., XL, 1196; id., XLIII, 191; S. Fulg. Ruspens., LXV, 542; Cassiod., LXX, 162; Raban. Maur., CVII, 297; Isidor. Mercat., CXXX, 1110; Rather. Veron., CXXXVI, 224; Guibert. s de Novigento, CLVI, 880. — Gerhohus Reischerspergens., CXCIII, 1029, 1771; Philippus de Harveng. CCLII, 1201. — Una est vinculis charitatis, una confessione, S. Isid. Hispalens., LXXXI, 254. — Una est fide, uno Spiritu vivificata, Anselm. Havelberg., CLXXXVIII, 1144, 1159. — Una licet multiformis et variis hominum personis constructa, S. Aug., XXXVIII, 693, 757, 765, 1225, 1231, 1232, 1236; S. August., XL, 1196; XLIII, 635; Vener. Bed.. XCII, 412, 417; Alcuin. abb., C, 852. Quia Fides una in eis, unum baptisma, unus Deus, unum opus; Ecclesia enim non alia ante legem, alia sub lege, sed ia sub gratia, sed in una pace, uno timore constituitur, Walafrid. Fuldens., CXIII, 1159. — Ex multis hominibus dilectionis et fraternitatis amore sociatis una efficitur Ecclesia, Bruno Astens., CLXV, 895. — Una est Ecclesia, licet in Judæis et gentibus, S. Aug., XXXVIII, 757; XL, 341. — Una, quanquam regi eam et subsistere tribus modis probetur, Alcuin. abb.. CI, 1073. — Una, licet habeat ordines multos, S. Cœlestin. papa I, L, 422 *et seq.* — Tres formas, S. Optat. Milevit., XI, 1485; Raban. Maur., CVII, 297; S. Thom. Cantuar., CXC, 559; Petrus Lomb., CXCI, 459. — Una Ecclesia Veteris et Novi Testamenti, nam spes et fides eadem, Hincmar. Remens., CXXV, 454, 455. — Licet sint varia eorum sacramenta, *ibid.*, 458, 459. — Una, licet universalis, S. Petr. Dam., CXLIV, 555. — Et lex illius una tametsi per plures episcopos et principes regatur, Hincmar. Remens., CXXV, 746. — Una, licet multiplex et constet omnibus, universæ enim unam efficiunt Catholicam, S. Cyprian., IV, 501, S. Hilar. Pictav., IX, 301, 736; S. Ambr., XVI, 255; Taio Cæsar augustan., LXXX, 793; S Bruno Astens., CLXIV, 848; S. Petr. Damian., CXLV, 235; Gerhohus Reichesperg., CXCIII, 396. — Petr. Cantor., CCV, 314. — In omnibus Ecclesiis una et in singulis tota, S. Petr. Dam., CXLV, 235. — Una in cœlo et in terra licet ex parte peregrinans et ex parte regnans, S. Bern., CLXXXIII, 1036. — Una per totum orbem licet multi sint pastores, S. Cypr., IV, 343, 409, 500; S. Aug., XL, 635; S. Greg. Magn., LXXV, 1153; Alc. abb., CI, 150; Rupert. Tuit., CLXVII, 451 *et seq.* Ecclesia sancta est congregatio quæ in unum corpus unitate fidei et charitatis assurgit, S. Ambr., XVI, 150. — Ecclesia vera sola est una, S. Optat. Milev., XI, 896, 900, 1479; quia sola est una omnes confutat hæreses, S. Hilar. Pictav., X, 202. — Cyprianus vocat Ecclesiam, hospitium unanimitatis, id est unitatis, IV, 506, docet et testimonio prophetico et significatione sacramentorum Ecclesiam constare unanimis et concordibus, S. Aug., XLIII, 240. — Unam Ecclesiam voluit Deus sicut et ipse unus est, Hildebert. Turon., CLXXI, 793. — Unitati Ecclesiæ resistere corde impœnitenti blasphemia est irremissibilis, S. Aug., XXXVIII, 465. — Ita est una Ecclesia vera ut ab ea alienati, alienati sint ab æterna salute, S. Cyprian., IV, 15 et 16. — Unitatem Ecclesiæ non tenens fidem non tenet et violat charitatem, S. Aug., XXXVIII, 550; Hincmar. Remens., CXXVI, 864; Alienus est, foris est, Tertull., 111, 773, 799. — Separans se ab unitate Ecclesiæ in Deo non manet, Henricus Huntingdon., CXCV, 1135. — Ab unitate separatio perditio est; extra hanc unitatem irrita etiam Sp. S. dona et nihil prosunt ad salutem, S. Aug., XL, 137; cæterum a Spir. S. vacuantur qui separantur ab unitate, id., XLIII, 491. — Nec si occisi pro nomine Christi ad pacem Ecclesiæ admittendi sunt, Tertull., III, 794, 855; Nihil enim confert ad salutem pro Christo occidi, nisi id fiat in gremio unitatis; occidi quis potest, coronari non potest, S. Aug., XXXIII, 410; XLIII, 16; desipit ergo qui se arbitratur ad unitatem Ecclesiæ pertinere charitatem non habens, *ibid.*, 464. — Unitatem scindi quomodo charitas mater dolet, id., XXXV, 1992. — In Cathedra unitatis posuit Deus doctrinam veritatis, id., XXXIII, 403. — Nunquam est deserenda unitas, id, XXXVIII, 550; et nullo modo violanda, id., XLIII, 139; sed super omnia amanda, id., XXXV, 1618. — Ut Ecclesiæ unitas servetur, amor proprius contemnatur, id., XXXVIII, 96. — Unitatem hæretici pro honore suo dividunt id.., XXXV, 208. — Cum Judæis et paganis unitatem fecerunt contra unitatem, id. XXXVIII, 423

II. *Sanctitas Ecclesiæ.* — Sancta esse debet Ecclesia vera, S. Optat. Milev., XI. 1485; et est reipsa, itaque credenda est et confitenda, Dionysius Exig., LXVI, 437. Romanæ, id est Catholicæ Ecclesiæ sanctitas asseritur, Tertull., I, 1286. — Sancta est, S. Optat. Milev., XI, 941. — Sola sancta est Ecclesia vera, S. Aug., XXXIX, 2191. — Sancta est primo ratione capitis sui quod est ipsemet Christus a quo omnis sanctitas, id., XXXVII, 1159; XXXVIII, 755; Liturg. Mozarab., 110, 251, 462; Walafrid. Fuldens., CXIII, 162. — Sancta est secundo ratione sacramentorum quæ sancta sunt et conferunt sanctitatem, S. Aug., XXXV, 931, 983; id., XLIII, 156. — Quæ quidem sacramenta sancta sunt etiam in sceleratis hominibus, id., XXXIII, 1172. — Non enim possunt suam amittere sanctitatem ob iniquitatem ministrorum, id., XLII 73, 152, 153, 191, 293, 296, 298, 747; Algerus Leodien., CLXXX, 834. — Sancta est tertio ratione sacrificii sui quod est sanctum, S. Aug., XLIII, 57, 330. — Si quidem sacrificium verum est carnis Christi, id., XXXIII, 115; id, XL, 1196. — Udalricus Cluniac., CXLX, 488. — Sancta est quarto ratione membrorum, non quod omnia sint sancta, sed quia non nisi per eam sanctificantur; sola est enim Ecclesia sanctorum; S. August., XXXVII, 1951. — Respectu sanctitatis sub duplici aspectu consideranda est

Ecclesia, nempe præsentis status in hac vita, et futuri in cœlis ; imperfecta est hic et nunc, perfecta erit tantum in cœlo, S. Optat. Milevit., XI, 1485. — Quando igitur dicitur non habere maculam aut rugam, Cassiodor. Senat., LXX, 1084, non sic accipienda est Ecclesia quasi jam sit sed ut futura, S. Aug., XLIII, 107, 108. — — Nunc mistos habet bonos et malos, Rupert. Tuitiens., CLXVIII, 1287. — Solum post resurrectionem sine macula, S. Hieronym., XXV, 1050; S Aug., XXXIII, 810; id., XLIV, 310. —Tunc enim non nisi bonos habitura est, id., XXXVIII, 1175. — Hic nundum sine macula, *ibid.*, 982. — In Ecclesia nunquam defuit nec unquam deerit iniquitas premens et justitia patiens, Hildebert. Turonens., CLXXI, 793. — Ecclesia præsens continet civitatem Dei et civitatem diaboli, Henric. Huntingdon., CXCV, 1062. — Et dupliciter est accipienda, nempe ut non habens maculam et rugam et vere corpus Christi constituens, et ut congregata solum in nomine Christi, sed adhuc absque plenis et perfectis virtutibus, XXVI, 313. — Nunc igitur sicut lilium inter spinas Ecclesia inter malos, S. August , XXXVII, 1802.— Et licet hic non sit sine peccato, quasdamque habeat rugas aut maculas. id., XXXII, 593, 617, 637 ; id , XXXIII, 842; id., XLIV, 336, 435, 621 ; tamen pulchritudo ejus, jam mirabilis, id., XXXVII, 1340, et sancta est, nam peccata filiorum suorum non polluunt ejus sanctitatem, id. XLIII, 177, 178, 179, 275 , 270, 371. — Nihil sanctitati Ecclesiæ præjudicant quicunque in ea mali sunt, *ibid.*, 254, 616, 617; nam mala quæ in Ecclesia committuntur non pertinent ad eam, *ibid.*, 310, 312, 315. In Ecclesia mali tolerantur a bonis nec illi polluuntur ab istis, *ibid.*, 344, 629. Sancta est ergo Ecclesia etsi præter justos ex impiis et peccatoribus et insensatis constituatur, S. Petr. Dam., 536, 753. — Sancta est quinto ratione doctrinæ suæ quæ sancta et salubris est, S. Aug., XXXIII, 1030. — Præcipit enim virtutes omnes, id., XXXVIII, 876; XL, 413. — Morum corruptelam damnat, id., XLI, 64, 74.

III. *Catholicitas Ecclesiæ.* — Universalis seu catholica Ecclesia tribus modis exsistere dignoscitur S. Scripturarum auctoritate, universali traditione, singulari sua institutione, Anselm. Havelberg., CLXXXVIII, 1211. — Catholicitas seu universalitas, cum sit nota Ecclesiæ veræ et prima ejus conditio, S. Opt. Milevit., XI, 1749; idcirco factæ sunt ei promissiones dilatationis per omnes gentes, S. Aug., XXXIII, 491; id., XXXVIII, 660; id., XL, 585, 586, 592, 593; S. Prosp. Aquitan., LI, 172; quæ promissiones magna ex parte sunt impletæ, S. Augustinus, XXXIII, 36; Petrus diacon., LXII, 86, 862. — Donum linguarum apostolis impertitum futuram Ecclesiam per omnes gentes portendebat; S. Aug., XLIII, 476.— Porro Ecclesiam Christi esse catholicam nemo sane inficias ibit, S. Optat. Milevitan., XI, 946; S. Aug., XXXIII, 93, 189, 196, 297, 330, 334, 339, 341, 343, 400, 403, 415, 491, 584, 794, 804; id., XL, 1196; id., XLIII, 655; S. Isid., Hispalens., LXXXIII, 740; Walafrid. Fuldens., CXIII, 472 ; Haymo Halberst., CXVII, 942; S. Petr. Dam., CXLIV, 555; Bruno Astens., CLXIV, 769. — Ipsi etiam ejus *in*imici eam nominant catholicam, S. Aug., XXXIV, 128. — Catholica igitur vera Ecclesia et cur catholica? Alcuinus. abb., CI, 1142, 1273. — Quomodo catholica, quadruplici modo.

1. Ratione temporum. — Hæc enim Ecclesia seu cœtus in Christo credentium ita nativitatem ejus antecessit ut tempore Legis naturæ et Legis scriptæ exstiterint religionis Christianæ cultores; jam erat in sanctis ante Christum, S. Aug., XXXVIII, 38. — Ex quo vocantur sancti Ecclesia est in terris, id , XXXVII, 1689; id., XXXVIII, 38, 39; id., XL, 313, 335. — Ab Abel fuit, S. Greg. Magn., LXXVI, 1164; Bruno Astens., CLXIV, 163. — Ante Christum, sancti non nisi per fidem in Christum salutem sunt consecuti, S. Aug , XXXIII, 845, 859. — Duratura est in diem qua veniet Christus judicaturus mundum, S. Ambr., XVII, 398; id., XL, 645; S. Greg. Magn., LXXIX, 625. — Imo neque tunc desitura, Petr. Lomb., CXCI, 660.—Sed mansura in æternum, S. Optat., Milevit. id., XI, 1484, 1485; S. Ambr., XV, 712; Petr. Lomb , CXCI, 666.

2 Ratione locorum. — Non in quosdam locos tantum, non in quasdam tantum provincias extenditur, S. Cypr., IV, 502. Sed ramos per orbem totum porrigit, S. Ambr., XVII, 517.— Vel porriget; nam eam toto orbe diffundendam astruunt Scripturæ, S. Aug., XLIII, 32, *et seqq.*; idcirco dicitur catholica quia per universum orbem diffunditur, S. Optat. Milevit., XI, 834, 835, 839, 942 *et seqq.* 965, 1478; S. Ambr., XVI, 740, 771; id., XVII, 517; Rufin. Aquil., XXI, 795; S. Aug. XXXIII, 189, 194, 195, 198, 264, 331, 583, 794, 952; id., XXXIV, 127; id., XXXVI, 244, 513, 566, 610, 642, 669, 807; id., XXXVI, 244, 513, 566, 610, 642, 669, 807; id., XXXVII, 1159, 1630, 1924, 1925, Id., XXXVIII, 163, 289, 659, 722, 723. 1701, 1126, 1221; id., XL, 53, 174, 306, 307, 1196; id., XLI, 609; id., XLII, 78; XLIII, 34, 35, 79, 144, 197, 252, 254, 256; 264, 265, 268, 269, 272, 283, 284, 306, 310, 318, 319, 330, 340, 346, 369, 370, 380, 400, 423, 427, 443; 444, 491, 492; 531, 542, 582, 587 *et seqq.*, 603, 605, 628, 653, 718. — Id., XLVI, 892, 895, 897, 1226. — Cassiodor. Senat., LXX, 58; S. Greg. Magn., LXXIX, 63; Alcuin. abb., CI, 1072, 1257; Walafrid. Fuldens., CXIII, 527; Haymo Halberstat., CXVI, 473, 476, 515. — S. Lupus Servatus., CXIX, 615; Bruno Astens., CLXIV, 769, 1476, 1480; S. Bernard., CLXXXIII, 955; Petr. Lombard., CXCI, 886; Gerhohus Reichersperg., CXLIII, 868, 1085, 1295. — Ideo Catholica dicitur seu diffusa toto mundo quia a solis ortu ad occasum unius fidei splendore diffunditur, S. Aug., XXXIX, 2197, quia a finibus terræ ad Deum clamat; id., XXXVII, 1602. — A quatuor mundi partibus in nomine Trinitatis vocatur, *ibid.*, 1104. — Quia toto orbe terrarum fructificat et crescit, id., XXXIX, 1586; XLIII, 616, 496, 587, 701. — Ecclesia vera Catholica in toto orbe est, dum hæreses quæque in sua tantum parte sunt; id., XXXVIII, 280. — Universalis est, Lanfranc. Cantuar., CL, 441, nam Catholicitas Ecclesiæ requirit ut illa sit in omnibus gentibus, non ita tamen ut omnes qui ibi fuerint credant, S. Aug., XXXVIII, 308.—Ecclesiam veram in omnes mundi partes dilatandam fide certum est, id., XLV, 1812. — Vera Dei Ecclesia Catholica est.

3. Ratione doctrinæ fidei in qua omnes semper et ubique consenserunt. — Porro una eademque ejus doctrina ab initio usque adhuc, Bruno Astens., CLXIV, 942. — Catholicam facit eam fides et unitas animorum, S. Optat. Milevit., XI, 905; Alcuin. abb., CI, 1073. — Unde Vincentius Lirinensis : Maxime curandum in ipsa Ecclesia Catholica ut id teneatur quod semper et ubique creditum est, L, 640. — Catholica est vera Ecclesia.

4. Ratione necessitatis illius amplectendæ ad consequendam salutem æternam, nam extra eam salus non est · S. Cyprian., IV, 371 ; S. Optat. Milevit., XI, 1477; S. Aug., XXXVIII, 1076; id., XL, 776; S. Petr. Chrysol., LII, 1082; Philippus de Harveng, CCIII, 501, nam extra eam Deus inveniri non potest, *ibid.*

IV. *Apostolicitas Ecclesiæ.* — Multiplici sensu dicitur Apostolica Ecclesia vera :

1. Quia a Christo fundata per apostolos, Tertull. II, 33. 50; S. Cypr., IV, 15 et 16; S. Hilar. Pictav., IX, 736; id., 202; S. Aug., XXXIII, 553; Haymo Halberst., CXVII, 942, et fundata inprimis super fidem Petri principis apostolor., S. Zeno Veronens., XI, 551, 430; S. Hieronym., XXII, 475, qui fundamentum Ecclesiæ inprimis constitutus est; S. Maxim. Taurin., LVII, 218, 518, 587, 722. — Quia tota ejus doctrina ab Apostolis qui a Christo receperunt eam, S. Zeno Veron., XI, 49. — Morem servat adhuc apostol., Eugyppius abb., LXII, 931 ; nam quidquid ex consuetudine receptum est in Ecclesia, de traditione dimanat apostolica, S. Maxim. Taurin., LVII, 418, 419; apostoli enim fontes sunt gratia prædicationis exuberantes; non nisi per ora eorum et discipulorum seu successorum discitur doctrina Christi, S. Leo Magn., LIV, 319, 320; idcirco lux mundi dicuntur, *ibid.*, 820. — Missi ad condendos universos populos vocantur adhuc sal terræ, *ibid.*, 470.

2. Apostolica est, quia pollet pastorum ac proinde ministerii spiritualis continua successione, S. Optat. Milevit., XI, 1481, 1482; Bernard. Font. Calid., CCIV, 797; CCV, 174, 176.

3. Quia pastores ejus sibi jure ac merito vindicare possunt missionem quam tenent a Petro a quo episcopatus et tota hujus nominis auctoritas, S. Aug , XXXIII, 780, 784. Quia quam profitetur doctrina una eademque ab initio usque adhuc, Brun. Astensis, CLXIV, 942.

XII. *De doctrina et fide Ecclesiæ.*

Doctrina Ecclesiæ non a se sed a Christo Domino, S. Hilar. Pictav., X, 164, cui a Patre revelata sunt mysteria prius occulta, id., IX, 807 et 808. — Una eademque doctrina in Ecclesia ab initio usque adhuc, Bruno Astens., CLXIV, 942; una etiamsi variæ linguæ, S Aug., XXXVI, 509. — Ex initiis Legis defluxit, S. Hilar. Pictav., IX, 463. — Ecclesiæ doctrina, qualis, S. Aug., XXXII, 1336; XXXIV, 128, 129. Quid de Deo sentit et docet Ecclesia, S. Aug., XXXII, 1336.— Quid de gratia, id., XXXIII, 767, 768, 817; id., XLIV, 332, 338, 378, 980. — Id., XLIV, 1033. — Quid de bonis suis temporalibus seu reditibus et quomodo iis vult uti. — Usus eorum debet esse rectus, S. Agobard. Lugdun., CIV, 247.— Iis utendum ad sustentandum prædicatores suos, a.endum ministrorum chores

turbasque pauperum ac multitudinem confluentium peregrinorum; *ibid.*, 245. — Ejus possessio sumptus egenorum, aurum habet non ut servet, sed ut eroget et subveniat necessitatibus; S. Ambr., XVI, 140, 977. — Ecclesiæ bona injuste possidentur a laicis, S. Agobard. Lugdun., CIV, 229. — Sunt res pauperum, *ibid.*, 245. — Laici non possunt esse eorum dispensatores, *ibid.*, 241. — Si tractent ea et in usus proprios expendant, id agunt contra vetitum et contra canones, *ibid.*, 229. — Ecclesiæ bona auferens fur, sacrilegus et homicida censetur, Isidor. Mercator, CXXX, 172. — Non alienanda sunt bona Ecclesiæ Flodoardus Remens., CXXXV, 103; Ademar. abb., CXLI, 1101, S. Petr. Dam., CXLIV, 458. — Hæc doctrina auctoritate Leonis Magni confirmatur; Gerhohus Reichersperg., CXCIV, 1319. — Quod semel datum est Ecclesiæ in perpetuum Christi est, nec aliquo modo potest alienari, S. Leo IX Papa, CXLIII, 626. — Excommunicandus est qui ecclesiasticas res invadit, *ibid.*, 628. — Quidquid ex consuetudine receptum est in Ecclesia de traditione apostolica et Sp. S. doctrina dimanat; S. Maxim. Taurin., LVII, 418, 419. — Doctrina omnis cum apostolica doctrina conspirans veræ Ecclesiæ doctrina reputanda est, ac proinde veritati deputanda, Tertull., II, 33. — Etsi magna Ecclesiæ collata sit potestas, tamen in docendo non potest discedere a Traditione Patrum; S. Hilar. Pictav., X, 672. — In Ecclesia ergo nihil tradendum nisi a Christo et apostolis demandatum. Tertull., II, 18. — Ecclesia Catholica docet quod credidit, non quod novit; S. Aug., XXXIX, 1613, et in ea non intelligendi vivacitas plebem facit tutissimam, sed credendi simplicitas, S. Aug., XLII, 175. — Venientibus ad eam præcipit fidem, hæretici promittunt rationem; id., XLII, 19. — Doctrinæ cœlestis virtutem non capit iniquitas, S. Hilar. Pictav., IX, 575. — Cui pateat doctrinæ hujus intelligentia; *ibid.*, 616.

XIII. — *De disciplina et moribus Ecclesiæ.*

Varia disciplina Ecclesiæ pro varietate rerum et temporum, S. Aug., XXXIII, 812. — Commutandi quandoque sunt et ritus ecclesiastici; Lanfranc. Cantuar., CL, 445. — Quidquid ab Ecclesia in consuetudinem devotionis est receptum, de traditione apostolica et Sp. S. doctrina dimanat; S. Leo Magn. Papa, LIV, 418 et 419. — Per nonnullos dies certis de causis jejunare nos Ecclesia prohibet, S. Aug., XXXIX, 1052. — Jejunium maxime festis diebus non agitur; id., XXXIII, 145, 146. — Jejunia Christianis relaxat tempore paschali, et vult ut stantes orent in signum resurrectionis; id., XXXIII, 215; XXXVIII, 1048, 1052. — Tres Litaniarum dies celebrat Ecclesia, id., XXXIX, 2076. — Insuper dies quosdam instituit et observat quas medicinales appellat utpote salubres tum animæ tum corpori; id., XXXIX, 2019. — Ad corripiendos malos non solum verbis, sed etiam excommunicatione et degradatione vigilare debet ecclesiastica disciplina, id., XLIII, 631. — Ecclesiastica correptio dicitur incruenta disciplina, id. S. Aug., XXXIII, 657. — Multa tolerat quæ non approbat, id., XXX.1, 222. — Ecclesia non præjudicat consortium malorum qui cum bonis permiscentur, id., XXXIII, 529, 492; siquidem eos communione prohibendi aut potestas deest aut ratio pacis impedit, *ibid.*, 207. — Tolerat malos sed malorum factis non consentit, id., XXXVII, 1802; XXXVIII, 55, 56, 59. — Non igitur vituperanda est ex malis Christianorum moribus, id., XXXII, 1342; XXXIII, 127.—Cæterum sic permisti in Ecclesia mali sunt ut non solum latentes nesciantur, sed plerumque propter unitatem pacis etiam cogniti tolerentur, id., XLIII, 631. — Malos tolerat Ecclesia, quare. Id., XXXIII, 329, 403, 411; XXXVI, 190, 460, 635, 636, 657, 653, 654, 736; XXXVII, 1604, 1605; XXXVIII, 42, 49; XI., 228; XLII, 292; XLIII, 30, 32, 48, 51, 56, 69, 83, 104, 493, 749, 744. — Semper usitata fuit in Ecclesia malorum tolerantia, id., XLIII, 825. —Quandoque necessaria est hæc tolerantia, S. Aug., XLV, 1867, 1869 et malos interdum, ne perturbatio et schisma contingat, sacramentis uti vel invita permittit, id., XXXVIII, 51. — Nonnunquam vero utilis, id., XL, 777, nam mali serviunt bonis, id., XXXIX, 1759. — Sunt enim quasi torcularia quibus boni tanquam uvæ et olivæ premuntur, *ibid.*, 2249. — Boni in Ecclesia tolerant malos pro bono unitatis, inquit S. Augustinus, oderunt pro bono æquitatis; XXXIII, 170, 179, 198, 355, 338. — Disciplinæ Ecclesiæ summa in misericordia et pietate est, S. Ambr., XVII, 174.

XIV. — *De perpetua duratione seu indefectibilitate Ecclesiæ.*

Stabilis semper seu indefectibilis est Ecclesia 1° quia fundamentum ejus sursum in cœlo, S. Aug., XXXVI, 225; XXXVII, 1103; XXXVIII, 479; S. Bruno Herbipol., CXLII, 322. — Deus enim, qui est Ecclesiæ gubernator, S. Hilar. Pictav., X, 632, prospicit ei ab æterno et cum ea erit usque ad consummationem sæculi, id., IX, 696, 697; S. Prosp. Aquitan., LI, 317; S. Greg. Magn., LXXIX, 153; S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 261. — Et Christus fundamentum est illius primarium et essentiale, Remig. Monach., CXXXI, 675; Rupert. Tuitiens., CLXIX, 1194. — Super petram Christum fundatam esse Ecclesiam, quomodo intelligi debeat, Paschas. Radbertus, CXX, 560 *et seqq.*; Petr. Lombard., CXCI, 930. — Stabilitas ergo Ecclesiæ a Christo, Haymo Halberstatens., CXVI, 255. — 2° Stabilis Ecclesia, quia super Petrum et alios apostolos fundamenta secundaria fundata, S. Ambr., XVII, 380. — Omnes enim plantaverunt Ecclesiam, non contumelias faciendo, sed patiendo et fundendo sanguinem, S. Hieronym., XXII, 741, 742; S. Leo Magn., LV, 51, 59. — Idcirco dicitur Ecclesiæ fundamentum Petrus, S. Maxim. Taurinens., LVII, 974. — Idcirco Ecclesia, dicitur super omnes apostolos ædificata, Paschas. Radbertus, CXX, 560 *et seqq* — In soliditate apostolica fundata, S. Leo Magn., LV, 51. 59. — Quatenus habet fundamentum in sedibus apostolicis, S. Aug., XXXIII, 555; S. Agobard. Lugdunens, CIV, 294; Paschas. Radbertus, CXX, 561. — Et præsertim in Petri soliditate, S Zeno Veronens., XI, 361, 430; S. Hieronym., XXII, 475; S. Leo Magn., LIV, 145 *et seqq.* Stabilis est. — 3° Quia fundamentum aliud inconcussum habet in S. Scripturis, S. Hieronym., XXIX, 46. — In fide est doctrina pastorum, Rupert. Tuitiens., CLXVIII, 1150. — Regnum igitur Ecclesiæ manebit in æternum, S. Ambr., XV, 1722. — Quia Deus cum ea usque ad consummationem sæculi, S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 261. — Perpetuo igitur, id est, in æternum duratura est Ecclesia, S. Optat. Milevit., XI, 1451, 1485; Petr. Lombard., CXCI, 666. — Quia sacramentum corporis et sanguinis Christi usque ad consummationem sæculi offeret, Bruno Astens., CLXIV., 356. — Et nunquam desitura quia Christus oravit pro ea, S. Leo Magn., LIV, 394. — Quia Christi et Sp. S. indeficiens patrocinium ei promittitur, S. Maxim. Taurinens., LVII, 857. — Quo fit ut nec impetu fluminis, nec ulla tempestate concutitur, S. Aug, XXXIII, 506. — Nam etsi circa diversos fluctus tempestatesque habitat, S. Ambr., XIV, 363, magis ad subveniendum parata est quam periculo obnoxia, *ibid.*, 682. — Tunditur fluctibus sed non subruitur, cæditur sed non labefactatur; turbari iis fluctibus, mergi non potest, S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 598. — Nec vincitur persecutionibus, S. Ambr., XIV, 1092; XVII, 697. — Mundi spiritualis, id est, Ecclesiæ fluctibus supernatantis pulcherrima descriptio, S. Paulin. Nolan., LXI, 275, 276. — Super Petrum stabili mole fundata est, S. Hieronym., XXII, 475. — Naviculum Ecclesiæ fluctuantem fidelis nauclerus Deus mergi non sinet, Raban. Maur., CVII, 853. — Oppugnari potest, expugnari non potest, S. Ambr., XV, 707; S. Agobard, CIV, 112, 296; Haymo Halberstatens., CXVIII, 762; Innocent. III Pap., CCXV, 273. — Nihil adversus Ecclesiam prævalere potest, S. Leo Magn., LIV, 393. — Frustra perituram eam dicunt Donatistæ, S. Aug., XXXVIII, 289.— In aliis abeuntibus, in aliis venientibus transiens in æternum est fundata, id., XXXVI, 894, 901, 906, 1007; XXXVII, 1509. — Nec perire, nec inclinari potest, *ibid.*, 1353. — Non vincitur, non eradicatur, nec cedit quibuslibet tentationibus donec veniat sæculi finis, id., XXXVI, 726. — Adversus omnes hæreses debet valere Ecclesiæ fundamentum, S. Ambr., XVI, 827. — Quia super petram ædificata quasi murus perstat inexpugnabilis, Rupert. Tuitiens., CLXX, 51.—Quandoque potest umbram pati, sed deficere nunquam. — Plantata est in fide Ecclesia, id, CLXVIII, 958.—Soliditas fidei Petri, id est Ecclesiæ, perpetua, S. Leo Magn., LIV, 145, 146, 523. — Transmittitur enim ad ejus successores, *ibid.*, 155. — Petro per Christum, firmitas seu soliditas fidei, cæteris vero apostolis per Petrum tributa, *ibid.*, 151, 152. — Tandem indefectibilis est Ecclesia, quia Deus fundavit eam et propagavit in æternum, S. Ambr., XIV, 1152.

XV. — *De auctoritate et infallibilitate Ecclesiæ.*

Ecclesiæ auctoritas qualis, S. Aug., XL, 319; XLII, 91, 216; XLIII, 466. — Ea est Ecclesiæ auctoritas ut ne quidem Evangelio crederet S. Aug. nisi propter illam, id., XLII, 176. — Circa numerum librorum et S Scripturæ sensum et ipsis deest auctoritas Scripturis canonicis quæ non semper ab Ecclesia receptæ sunt, S. Hildefons. Toletan., XCVI, 139; Alcuin. abb., CI, 1079, 1080.—

Auctoritas Ecclesiæ est illa ratio sufficiens ex qua cognita intelligitur testimonium Ecclesiæ esse veridicum. — Prout vel divina vel humana auctoritate innititur testimonium Ecclesiæ, vel divinam vel humanam exigit fidem. — Infallibilitatis nomine intelligitur speciale illud privilegium a Christo Domino Ecclesiæ concessum, quo suam et Sp. S. assistentiam promisit ut nequaquam inter docendum in errorem incidat. — Ex privilegio igitur sibi a Deo concesso infallibilis est Ecclesiæ auctoritas; mandans enim Christus apostolis ea prædicare et docere quæ ipsos docuerat, subjungit: « Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. » Matth. XXVIII, 20. — Ipsimet apostoli non dubitant asserere auctoritatem infallibilem sibi a Christo collatam. I. Timoth., cap. 1.; I Cor. cap. IV; Act. Apost., cap. XV. — Exigunt apostoli ut sibi fides adhibeatur, II. Thess., cap. III. — Præterea Christus Ecclesiam suam permanere voluit et in omne ævum permansuram prædixit talem qualem ipse primitus instituit, nempe auctoritate infallibili pollentem in iis saltem quæ ad fidem et mores spectant, Matth., XVI, 18; Luc., X, 16. — Et Apostolus gravissimi sane momenti testimonium fert hujus auctoritatis Ecclesiæ infallibilis, hæc scribens ad Timoth... « Ut scias quomodo oportet te in domo Dei conversari quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis, » Epist. ad Timoth. I, III, — Eamdem infallibilem auctoritatem in Ecclesia permanere semper agnoverunt et tradiderunt Patres; in testimonium appello S. Clem. Rom., Epist. ad Corinth., I, 16). Edit. Lat. PP. Græcor. — S. Ignat. Martyr. Epist. ad Magn., id., III, 659. — S. Iren., id., V, 767; S. Clem. Alex., VI, 908; S. Cypr., IV, 502; Lactant., VI, 542; S. Ambr., XVI, 1004; S. Aug., XXXVI, 726. — Sed non in omnibus infallibilis reputanda est Ecclesiæ auctoritas; infallibilis est solum 1° in ea doctrina et lege quam ipse Christus revelavit apostolis, tradidit, atque in eorum successoribus sive congregatis in concilio, sive per totum orbem dispersis perpetuo conservari voluit. — 2° In definienda fidei et morum doctrina. — 3° In interpretatione S. Scripturæ et in exponendo genuino sensu verbi Dei a Christo et apostolis tradito. — 4° In exponendis veris traditionibus divinis. — 5° Infallibile est ejus judicium in controversiis fidei et morum. — Aliter vero sentiendum de judicio Ecclesiæ quando homines damnat tanquam hæreticos; quando fert decreta de factis, ut aiunt, dogmaticis; quando judicat de legibus, præceptis, praxibus et cæremoniis mere ecclesiasticis. — Quomodo Ecclesiæ auctoritatem munivit Dominus, S. Aug., XXXIII, 448. — Quod tota credit Ecclesia, etiamsi nec ratione indagari, nec sermone explicari possit, recipiendum est, id., XLIV, 829. — Sine auctoritate Ecclesiæ verbum Dei proponentis nulla fidei certitudo, sed tenetur veritas cum hoc fit quod universæ placuit Ecclesiæ, id., XLIII, 466. — Christus ad Ecclesiam remisit examen eorum quæ ad doctrinam pertinent, id., XXXV, 1355. — Ecclesiæ tantum detulerunt principes ut quidquid in ea dijudicatum fuerit dissolvi non possit, id., XXXVI, 196. — Auctoritas inter ordinem et plebem constituit differentiam, ait Tertullianus, II, 922.

XVI. — *De potestate Ecclesiæ.*

Duplex Ecclesiæ potestas, nempe divina propter assistentiam Sp. S. specialem illi promissam, ac infallibilitatem in proponendis fidei mysteriis, Matth., XXVIII, 20. — Et humana quam habet secundum se considerata, seu ut est congregatio hominum unam rerum divinarum doctrinam perpetua traditione profitentium. — Recte sibi vindicat jus et potestatem offerendi Deo solum et verum sacrificium quod ipsi sit acceptabile, S. Aug., XXXIII, 15; XLIII, 57, 301, 461; XLIV, 420; Udalric. monach., CXLIX, 488. — Similiter sibi vindicat jus ligandi et solvendi qualiacunque crimina, S. Ambr., XVI, 468; S. Aug., XXXIV, 25; S. Leo Magn., LVI, 622; Paschas. Radbert., CXX, 535, 622. — Nullum enim peccatum quod pœnitenti et veniam deprecanti per Ecclesiam non dimittatur S. Aug., XXXV, 1356. — Hanc potestatem habet a Christo, S. Fulg. Ruspens., LXV, 547; S. Greg. Magn., LXXIX, 63, 611. — In persona Petri eam accepit, S. Fulg. Rusp., LXV, 690. — Cui traditæ sunt claves regni cœlorum, S. Aug., XXXIV, 25. — Uni quidem Petro datæ sunt quasi unitatem Ecclesiæ figuranti, id., XXXVIII, 1349. — Sed in Petro omni Ecclesiæ cujus personam gerebat, *ibid.*, 802, 1349; XL, 308. — Sola et licite et valide hanc exercet potestatem, Tertull., II, 1025; S. Aug., XL, 263; S. Fulg Ruspens., LXV, 542. — Neque illam habent qui sunt extra Ecclesiam et inest iis solis quibus fides et doctrina secundum regulam apostol. reperiuntur, Rupert. Tuitiens., CLXX, 641. — Potestas hæc Ecclesiæ ligurata est per potestatem quam a Patre Filius super gentes habuit non in humanitate sed in divinitate, Alcuin. abbas, C, 1108. — Non solum peccata sed et flagitia pro gravissimis peccatis indulta sibi potestate remittit, Raban. Maur., CXI, 867. — Solvendi officium Ecclesiæ datum ut vincula eorum solvantur qui a peccato revixerint, S. Aug., XXXVIII, 434, 591; XXXIX, 1549, 1711. — Christus peccatores prius per gratiam suam resuscitat, et tunc Ecclesia solvit. S. Aug., XXXVIII, 468. — In Ecclesia Christi inest vera potestas constituendi et sanciendi disciplinam; instituendi ritus, ferendi leges, et id patet tum ex Scripturis sacris, tum ex constanti traditione, Matth., XIII; Epist. I ad Corinth., V, 11; ad Cor., X, 6 et XIII, 19; S. Cypr., IV, 301; S. Aug., XL, 199; S. Greg. Magn., LXXVII, 609. — Quæ Ecclesiæ leges in conscientia obligant juxta S. Chrysostomum verba Christi explicantem: *Sicut misit me Pater*, etc., Joan., 20, 21. — Filios rebelles potest tradere Satanæ, Bernard. Font. Calid., CCIV, 978. — Et sic gladio spirituali utitur, Rupert. Tuitiens, CLXVIII, 955. — Ecclesiæ a se fundatæ Christus legislativam contulit potestatem, Luc., X, 16; Matth., XVIII, 17. — Ecclesia potestatem habet et jus determinandi, judicandi et decidendi controversias. — Jus et potestatem cogendi privatione bonorum spiritualium nec non censuris et exclusione e sinu suo, id est excommunicatione, Bernard. Font. Calid., CCIV, 798. — Nulla præscriptione spoliari potest Ecclesia auctoritate sibi propria et a Christo derivata. In spiritualibus suprema est nec pendet a temporali potestate; sed quoad temporalia nullam institutione sua seu jure divino obtinet potestatem, S. Bernard., CLXXXII *et seqq.*

XVII. — *De Romano pontifice.*

Vicarius Petri et illius successor et hæres, Alcuin. abbas, C, 170; S. Agobard. Lugdun., CIV, 196. — Solus dicitur Apostolicus ab aliquot sæculis, *ibid.*, 298. — Schismaticus quisquis sedi Apostolicæ communione non junctus est, *ibid.*, 293. — Cæteris præeminet episcopis, S. Aug., XLIV, 541, 648; S. Petr. Dam., CXLV, 89. — Petrus, et quod de Petro dicitur de illius successoribus intelligendum, in ordine apostolorum primus et præcipuus, S. Aug., XXXV, 480, 481, 797, 1353, 1368, 2269, 2384; XXXVIII, 479; XLIII, 127; XLIV, 648. — Petro ac proinde Romano Pontifici ejus successori totius Ecclesiæ cura pastoralis commissa est, S. Aug., XXXIII, 786; XL, 858; XLV, 1763; Udalric. monach., CXLIX, 487, 491. — Petrus totius Ecclesiæ princeps factus a Christo, S. Leo Magn., LIV, 430, 431, 432. — Petro creditæ claves regni cœlorum, S. Optat. Milevit., XI, 953; S. Aug., XXXIX, 1899. — Petrus solus eas accepit cæteris communicandas, S. Optat. Milevit., XI, 1087. — Petro a Domino collata in Ecclesiam potestas, S. Aug., XLV, 1771. — Par iis data potestas qui sedis ipsius hæreditatem meruerunt, *ibid.*, 1726. — Romanus Pontifex auctoritatem habet super omnes alios, id., XL, 1129. — Petro potestas judicandi attributa et in ejus arbitrio positum cœleste judicium et regimen commissum universalis Ecclesiæ, S. Maxim. Taurinens., LVII, 400. — Tanta est Romani Pontificis auctoritas ut de suo judicio nullus disceptare audeat, S. Aug., XLV, 1725. — Romanus Pontifex a nemine judicatur, Udalric. monach., CXLIX, 487. — Judicat omnes, *ibid.*, 488, 490, 492. — Solus cogit concilium generale et judicat episcopos, Lucif. Calaritan., XIII, 971; S. Ivo Carnot., CLXI, 1185. — Neque celebrantur concilia, neque condemnantur episcopi præter illius auctoritatem, S. Julius Papa, VIII, 971. — Nullum concilium ratum quod non fuerit apostolica auctoritate firmatum, Goffrid. Vindocin., CLVII, 196. — Multo minus quod eidem auctoritati sit contrarium, *ibid.* — Sedes Romana nunquam errare consuevit, *ibid.*, 42. — Nullis unquam hæresibus contaminata est, semper autem Catholica fuit, S. Anselm. Havelberg., CLXXVIII, 1222. — Prima omnium Ecclesia Petri, a quo omnes fidem et doctrinam acceperunt, Tertull., II, 32, 1025. — Apostolica sedes firmamentum est omnium episcoporum, vertexque Ecclesiarum omnium, Isidor. Mercat., CXXX, 32. — Romanæ sedis præeminentiam demonstrant variæ ad hanc sedem appellationes, S. Leo Magn., LV, 576. — Ad Romanam Ecclesiam de qualibet parte mundi appellandum, sed nemini unquam permissum ab ea appellare, S. Ivo Carnotens., CLXI, 1184. — Romanæ sedis super dubiis rebus consulendæ mos a toto semper orbe servatus, S. Aug., XXXIII, 796. — In Ecclesia Romana semper apostolicæ cathedræ viguit principatus, S. Cyprian., IV, 25, 26; S. August., XXXIII, 163. — Ubi Romanus Pontifex, ibi Ecclesia; nulla mors, sed vita æterna, S. Ambr., XIV, 1082. — Ecclesia Romana Ecclesia totius mundi; est totum, cæ-

teræ ejus sunt quasi partes, Lanfranc. Cantuar., CL, 625. — Ecclesiæ Romanæ primatum non aliqua synodus, sed ipse Christus instituit, S. Ivo Carnot., CLXI, 1182 *et seqq.* — Singulari privilegio et sibi soli commisso aperit vel claudit cui voluerit januas cœli, *ibid.*, 1186.— A Domino caput et magistra constituta est omnium Ecclesiarum, Udalric. monach., CXLIX, 485; S. Ivo Carnot., CLXI, 1128; Alger. Leodiens., CLXXX, 962. — Super unum, id est Petrum, Deus ædificavit Ecclesiam, Udalric. monach., CXLIX, 487. — Petro cupienti cum Christo mori ab eodem Domino dicitur non posse tunc eum sequi, quia ad fundandam Ecclesiam servabatur, S. Maxim. Taurin., LVII, 347. — Sanctiones Apostolicæ sedis accipiendæ sunt tanquam ipsius divini præcepti voce firmatæ, S. Ivo Carnot., CLXI, 1107. — Primatum inter apostolos non accepit Andreas etsi prior secutus fuerit Jesum; unum tantum Ecclesiæ caput in terris, videlicet sedes Romana, et non duo vel plura, sicut astruunt Græci, Anselm. Havelberg., CLXXXVIII, 1225. — Prælata tandem Apostolica sedes cunctis Ecclesiis et prælatis, Alger. Leodiens., CLXXX, 962; S. Bernard., CLXXXII, 751; Innocentius III Papa, CCXVI, 1186.— Pontifex summus quare vocetur Papa, Adam. Scotus, CXCVIII, 711.

XVIII. — *De episcopis, quales sint oportet, et de eorum muneribus adimplendis.*

Quoad definitionem nominis Superinspector interpretatur episcopus, S. Ambros., XVII, 579. — Reipsa solio in Ecclesia editiore residet, *ibid.*; S. Hieronym., XXII, 1195.—Sublimitas episcopalis nullis potest comparationibus æquari, S. Ambr., XVII, 569.—Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit inferius, tanquam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, *ibid.*, 570.— Episcopi tenent locum apostolorum. S. Hieronym., XXII, 46. — Vices agunt Petri et Pauli, *ibid.*, 353. — Horum igitur honorem possidentes habere nitantur et meritum, *ibid.*, 583. — Humilitate decrescant, non intumescant fastigio, *ibid.*, 662. — Tanto humilior episcopi esse debet conscientia, quanto excelsior est ejus cathedra, *ibid.* — Episcopis regendæ oves a Christo traditæ sunt. S. Ambr., XVII, 570. — In persona episcopi totius populi salus consistit, *ibid.*, 483. — Pascere igitur debent verbo; necessitate præcepti tenetur episcopus verbum Dei prædicare, *ibid.*, 568, 569. — Scientiam igitur habeat ut possit alios erudire. S. Hieronym., XXV, 1407. — Ut oves sibi creditas coerceat ab errore, id., XXIII, 160. — Non prodest illi conscientia virtutum frui, nisi creditum sibi populum possit instruere, id., XXIII, 258. — Pascere præsertim exemplo; debet exemplo esse plebi Christianæ; quid enim faciet sæcularis multitudo si voluptatibus illicitis et actionibus vetitis ad similem facinorum voraginem multitudinem populi provocaverit, S Ambros., XVII, 578. — Episcopus si ceciderit, difficile impetrat veniam. S. Hieronym., XXIII, 159. — Pascat igitur necesse verbo et exemplo; nam si lumen est Ecclesiæ episcopus ut doceat; sal est adhuc et condimentum ut virtutibus et exemplis a contagione vitiorum servet populum sibi commissum, *ibid.*, 158, 159. — Enumerantur variæ dotes et virtutes quibus pollere debent episcopi. S. Ambr., XVII, 572 *et seqq.* — Nam bono opere magis quam professione noscantur necesse est, plus meritis quam nomine, *ibid.*, 570. — Stipendiis tantum contentus Ecclesiæ suæ non ambiat quæ intelligit esse superflua, sed de ipsa potius paupertate sua, Ecclesiæ suæ libenter impertiat pauperibus, *ibid.*, 547. — Gloria episcopi est pauperum inopiæ providere. S. Hieronym., XXII, 553.

XIX.— *De rationibus propter quas in Ecclesiam intrare et ei adhærere oportet, et cur semel ingressis ab ea nunquam discedendum.*

In Ecclesiam semel ingressis nunquam ab ea discedendum, quare? Quia salus in ea solum deprehenditur. S. Cyprian., IV, 371; S. Optat. Milevit., XI, 1177; S. Aug., XXXVIII, 1076; XL, 776; XLIII, 170; XLIV, 118; S. Prosp. Aquit., LI, 420; S. Leo Magn., LVI, 880; S. Greg. Magn., LXXVI, 755; Philip. de Harveng, CCIII, 501. — Nihil enim coinquinatum intrabit in cœlum; porro quilibet extra Ecclesiam constitutus munditiam non potest habere. S. Hieronym., XXV, 71. — Salus enim a Deo solo qui extra Ecclesiam inveniri non potest, S. Anselm., CLVIII, 628 et 629; Philip. de Harveng., CCIII, 501. — Deum non habet patrem qui non habet Ecclesiam matrem. S. Cyprian., IV, 503; S. Aug., XL, 668. — In Ecclesia sola remissio est peccatorum, id., XXXV, 2062. — Nec habetur extra Ecclesiam, id., XXXVIII, 460, 463, 465, 1349; Rupert. Tuitiens., CLXVIII, 182. — In Ecclesia quælibet remittuntur crimina, S. Aug., XL, 262. — Per Ecclesiam peccata dimittit Spir. S., id., XXXVIII, 600; XL, 263; XLII, 146, 147, 150.—Extra Ecclesiam multi exaudiuntur ad multa, sed non ad vitam æternam, id., XXXVI, 478; XXXVII, 1270, 1704, 1721. — Extra Ecclesiam inanis est prædicatio Dei per quam salvantur homines, id., XXXVI, 929. — Sacramenta, per quæ salus, formam visibilem pietatis habere possunt, extra vero Ecclesiam virtutem non habent spiritualem, id., XXXVIII, 463. — Non prosunt ad vitam. S. Fulg. Ruspens. LXV, 546. — Quinimo foris ab Ecclesia habentur ad perniciem, id., XXXIII, 229; non quod Sacramenta vim perdant sanctitatis, quando ad hæreticos transeunt, id., XLIII, 748; Sacramenti enim sanctitas ibi esse potest ubi non est sanctitas vitæ, id., XLIII, 298; Et ubicunque sunt ipsa sunt, *ibid.*, 70; et sacramenta quæ apud hæreticos et schismaticos sunt; non eorum sunt sed Christi, *ibid.*, 154. — Baptismus in nomine SS. Trinitatis collatus ubilibet integer est, sed non prodest si in Ecclesia Catholica non detur, *ibid.*, XL, 1066. — Extra Ecclesiam nullum sacrificium, nulla abstinentia, nulla maceratio carnis prodest ad salutem. Bruno Astens., CLXIV, 558. — Nullum sacrificium verum, non valet ipsa pœnitentia, *ibid.*, 1123. — Neque ipsummet martyrium prodest. S. Cypr., IV, 493. — Imo extra Ecclesiam nulli martyres, id., XXXIII, 410; S. Greg. Magn., LXXVI, 58 *et seqq.* — Etiamsi pro Christi nomine vivus incenderetur hæreticus, seu schismaticus, seu quivis alius extra Ecclesiam constitutus, æterno punietur supplicio, id., XXXIII, 758. — Extra Ecclesiam nullus quantumlibet sancte vivat, æternam habebit vitam, id., XXXIII, 579. — Nulla pars in hæreditate Dei extra salutem constitutis, id., XXXVIII, 797. — Salus in Ecclesia et per Ecclesiam solum, non quod omnes salvi sint qui ad Ecclesiam pertinent, sed quod omnes qui salvantur, salvantur in Ecclesia, S. Hieronym., XXV, 980. — Extra Ecclesiam ipse baptismus non prodest ad remissionem peccatorum nisi cum quis fuerit unitati reconciliatus, id., XLIII, 119, 121, 200. — Extra Ecclesiam charitas non habetur, id., XXXVIII, 1223; XLII, 148, 149, 312. — Munus beatæ vitæ nonnisi intra Ecclesiam adipisci potest, id., XLIII, 155. — Qui ab Ecclesia resecantur periculis omnibus ac lupis exponuntur, id., XXXIII, 723. — Qui non in Ecclesia sunt, mortui sunt. S. Cyprian., IV, 409. — Extra Ecclesiam non crescunt merita virtutum. S. Greg. Magn., LXXIX, 46. — Nec recte intelliguntur SS. Scripturæ; nec meritum habent bona opera pro iis qui foris sunt, Bruno Astensis, CLXIV, 639 *et seqq.* — Nec opus bonum fructuose peragitur, S. Aug., XXXV, 1500; XL, 1196. — Sola Ecclesia Catholica verum cultum retinet, Lactant., VI, 342. — Et non est locus adorandi nisi in Ecclesia Catholica. S. Prosp. Aquitan., LI, 379. — Extra Ecclesiam nemo laudat, annuntiat Deum, id., LXXIX, 623. — Qui comedit Agnum extra Ecclesiam profanus est. Udalric. Cluniac., CXLIX, 488. — Solis Ecclesiæ filiis de Agno licet comedere; cæteris vetitum est. Bruno abbas Astens., CLXIV, 261. — In Ecclesia sola comeditur Christus. S. Hieronym., XXIV, 665. — Ergo intrandum est in Ecclesiam. — Portæ Ecclesiæ jugiter patent salvari cupientibus, *ibid.*, 594. — Porro intratur per fidem in Christum. Remig. Monach., CXXXI, 312. — Per humilitatem toties ab eo laudatam. S. Aug., XXXV, 1721. — Nam ostium Ecclesiæ, Christus ipsemet, *ibid.*, 1721, 1726. — Ecclesia nulli clauditur: quicunque fidem Catholicam profiteri promittit, admittitur, Bruno Astens., CLXIV, 507. — Sed ingressis semel nunquam ab ea discedendum. S. Cyprian, IV, 371.

LXXX.

INDEX DE HIERARCHIA ECCLESIASTICA.

Duplex est hierarchia et duplex clericorum potestas, ordinis scilicet et jurisdictionis sive regiminis. Christus enim cum Ecclesiam constituit, leges dedit societati hominum, quos frui bonis spiritualibus et quos optime regi voluit, ut deinceps æternæ felicitatis participes esse possent. Ut homines fruerentur bonis spiritualibus, creavit ordinis potestatem; ut optime regerentur, potestatem jurisdictionis instituit. Ex quo intelligitur quid sibi velit vis et ratio utriusque potestatis et hierarchiæ. Verum potestas et hierarchia jurisdictionis omnis est posita in regendis gubernandisque subditis, ac jurisdictio, quæ tota in hoc regimine ac gubernio consistit, haberi non potest, nisi subditi sint qui regantur et gubernentur. Hæc hierarchia pertinet ad optimum Ecclesiæ regimen, quod ut recte consistat, suos habere debet magistratus, sicuti suos habet civilis societas, qui imperium exerceant in illam hominum multitudinem, quibus societas constat, ne inter eos, si nemini pareant, necessario magna perturbatio et confusio rerum omnium exsistat. Ea de causa creati sunt a Christo episcopi, qui non solum spiritualia bona in homines conferrent, sed etiam essent præcipui Christianæ societatis magistratus.

Sed inter hos magistratus unus esse debebat, qui cæteris præesset, societatemque universam regeret ac moderaretur. Id postulabat divina sapientia legislatoris, qui huic societati caput et principem daret, atque illa unitas tum fidei, qua Christianos omnes convenire volebat, tum charitatis, qua cuncta Ecclesiæ membra inter se eodem pacis et communionis vinculo copulari debent. Quæ enim esset hæc unitas, nisi unus esset toti Ecclesiæ præpositus qui illam tueretur et custodiret, quique omnes una fide, una charitate, una denium Ecclesia conjungeret? Itaque Petro, ejusque successoribus summis Pontificibus datus est hic primatus, ut per unum caput una esset Ecclesia.

Apostolos misit Christus ad nuntiandum Evangelium in universum orbem terrarum, neque inter singulas provincias aut civitates distribuit. Sed ipsi deinceps, aucto fidelium numero, divisionem illam instituerunt, quam necessariam esse existimarunt, ut recta reginiinis ratio constaret. Atque hinc prima est repetenda origo divisionis diœceseeon, et origo etiam patriarcharum et metropolitarum. Cuncta hæc ab apostolis adumbrata, deinceps ab Ecclesia absoluta ac definite constituta sunt.

Quare illa missio in orbem universum, propria et peculiaris fuit apostolorum, per quos ubique nuntianda erat Christi religio; sed ea populis nuntiata et patefacta, certi sunt constituti fines, intra quos unusquisque episcopus jurisdictionem exerceret. Hinc patriarchis plures provinciæ et nationes, primatibus una natio aut regnum, metropolitis una provincia, episcopis una diœcesis data est. Horum quilibet imperium habet in illum terræ tractum, cui præpositus est. Sed ex his omnibus unum debet effici corpus, quale est Ecclesia catholica; effici autem nequit, nisi cuncta in unum conjungantur, conjungi vero non possunt, nisi omnia unum caput et unum commune centrum habeant.

Itaque omnes episcopi, qui suis præfecti sunt Ecclesiis, ceu membris, quæ omnia in unum collecta una catholica Ecclesia continet, curare debent, ut particulares Ecclesiæ, quas regunt, in unum confluant commune centrum, atque uni capiti subjiciantur. Sic enim Ecclesiæ unitas efficitur et conservatur, cum omnia membra unum caput agnoscunt, et unum habent centrum in quo conjunguntur.

Commune hoc unitatis centrum et hoc omnium caput Christus Petrum constituit. Sed cum ipse vita fungi deberet, Ecclesia autem usque ad consummationem sæculi esset futura, alius, eo mortuo, constituendus erat, qui Ecclesiam universam regeret. Quis enim ovili perpetuo, cujusmodi Ecclesiam suam Christus esse voluit, temporarium pastorem datum putet? Itaque ad Petri successores transmissum est munus, et translata potestas, quod et quæ Petro a Christo datum dataque fuerat. Hi sunt Romani Pontifices, qui ipsum tenent in Ecclesia locum quem vivens tenuit Petrus, hoc est, locum capitis, et capitis non otiosi, sed instructi præditique potestate quam habere debet caput Ecclesiam regens.

Non enim Christus hoc caput constituit, ut vacuum et inane nomen haberet, sed ut totius Ecclesiæ unitatem custodiret. Ex quo efficitur ut ei dederit omnem potestatem, qua opus est, ut suas impleat partes; cum dici nequeat, Christum alicui dedisse munus, et non dedisse facultates, sine quibus munus ipsum exerceri non potest. Cujus rei consequens est, ut primatus, quem Petrus ejusque successores a Christo acceperunt, non tantum honoris et dignitatis, sed etiam jurisdictionis esse debeat. Atque errant vehementer, qui cum ignorare non possint, primatus instituendi causam fuisse unitatem tot hominum et tot Ecclesiarum, ex quibus una efficitur Ecclesia catholica, aut nullum esse putant caput, per quod illa hominum et Ecclesiarum multitudo conjungatur, aut caput fingunt inane et otiosum, sine vi et potestate, qua homines ad parendum cogat. Quemadmodum si quis exercitum conficeret sine imperatore, aut imperatorem daret, qui umbratile haberet nomen, vacuum potestate et imperio, cui milites pareant, et per quod in officio contineantur.

Cumque summus Pontifex omnes, quas una catholica Ecclesia complectitur, diœceses, provincias, nationes cogere ad unitatem debeat, in omnes potestatem habeat necesse est. Ita ejus imperium, quod totam comprehendit Ecclesiam, fertur in omnes patriarchas, primates, metropolitas, episcopos, quoniam si quis eorum non esset obnoxius huic potestati, is impune disrumpere posset unitatem, quæ a catholica Ecclesia disjungi non potest. Atque hæc ecclesiasticæ hierarchiæ ratio est, ut Christiani omnes episcopi metropolitis, metropolitæ primatibus ac patriarchis, cuncti demum Romano Pontifici subjiciantur. Episcopi, metropolitæ, primates, patriarchæ et omnium princeps summus Pontifex proprie efficiunt hierarchiam, quæ jurisdictionis appellatur.

Reliqui magistratus creati sunt, ut auxilio essent episcopis, atque in eos derivata est pars jurisdictionis, quæ integre ad episcopum pertinet. Hinc instituti coadjutores, chorepiscopi, vicarii, parochi, ut episcopi vices gererent, cæterique magistratus quibus sub episcopo certa in populum potestas data est. His omnibus vere et proprie constat hierarchia ecclesiastica.

Sed cum in subsequentibus Indicibus sigillatim agamus de summo Pontifice, de metropolitis, de episcopis, de sacerdotibus et de aliis inferioribus ministris, hic nihil aliud amplius addere satagimus, in illis enim desiderata quoad Hierarchiam Lector reperiet; præterea specialem adeat Indicem de Ordinis sacramento.

LXXXI.

INDEX DE SUMMO PONTIFICE,

ORDINE CHRONOLOGICO REFERENS CONSTANTEM PATRUM TRADITIONEM

DE ILLIUS PRIMATU, POTESTATE ET INFALLIBILITATE.

MONITUM.

Summus Pontifex vel Pontifex Romanus est jure divino Ecclesiæ caput et centrum unitatis, Petri successor, Christi vicarius, omnium Christianorum pater et doctor, habetque in tota Ecclesia primatum non dignitatis tantum, sed etiam jurisdictionis. Hinc multa jura quibus præ cæteris episcopis potitur. Primus est enim episcoporum Christianorum, et in omnes jurisdictionem exercet; Ecclesiam universam regendi et gubernandi solus habet potestatem; universalis magistri suscepta persona, in definiendis fidei controversiis errare non potest. Sed ne prolixius trahamur, hunc indicem in duas partimur sectiones. Prior de electione, primatu, auctoritate summi Pontificis; posterior de illius infallibilitate aget, constantem de his exhibens Patrum traditionem, ordine chronologico, scilicet a Tertulliano ad Innocentium III, referensque vel indicans illorum sententias.

SECTIO PRIMA.

De electione, primatu, auctoritate summi Pontificis.

Prima omnium Ecclesia Petri, a quo omnes fidem et doctrinam acceperunt, Tertull., II, 32, 1025. Petro datæ sunt claves cœli, ac per eum Ecclesiæ, *ibid.*, 142. — Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia et cathedra una monstretur, S. Cyprian., IV, 500. Unum caput est et origo una, *ibid.*, 502. Non dixit Petrus se primatum tenere quando fuit reprehensus a Paulo, *ibid.*, 410. Petro primum Dominus dedit potestatem ligandi et solvendi, id., III, 1114. — Super Petrum fundata Ecclesia origine unitatis, Concil. Carthag., IV, 1043; S. Cyprian., IV, 1114. Petrus Ecclesiæ nomine loquitur, *ibid.*, 406, etc. Soli Petro Christus dixit: Quæcunque ligaveris, *ibid.*, 1168. Petrus unus pro omnibus loquitur, et Ecclesiæ voce respondet, id., III, 806, 807. Petro Christus oves suas commendat, *ibid.*, 449. In Ecclesia Romana semper apostolicæ cathedræ viguit principatus, *ibid.*, 25, 26. — Petri sedis prærogativa, caput, S. Hilarius, X, 639. — Inter quas cathedras est prima, S. Optat., XI, 946. Omnium apostolorum caput Petrus, *ibid.*, 947. In qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne cæteri apostoli singulas sibi quisque defenderent, *ibid.*, 947. Petro creditæ claves regni cœlorum, *ibid.*, 955. — Neque celebrantur concilia, neque condemnantur episcopi, præter illius auctoritatem, S. Julius papa, VIII, 971. — Episcoporum causas in prima, ut aiunt, instantia per Italiam et Gallias cognoscit Romanus Pontifex, S. Damas. prolegom., XIII, 228, 229. — De non terminandis causis episcoporum absque auctoritate Romani pontificis, S. Felix II, papa, XIII, 22. — Extra conscientiam Sedis apostolicæ, hoc est primatis, nemo audeat ordinare, S. Siricius, XIII, 1157. — Suprema ejus auctoritas ab Orientalibus sæpe recognita, S. Damas. proleg., XIII, 144, 162, 163, 174, 181, 194, 255. Ab imperatoribus confirmata, *ibid.*, 194, 228, 256. — Petrus Ecclesiæ præponitur, S. Ambros., XIV, 1109. Petrus primatum confessionis habuit, non honoris, primatum fidei, non ordinis, id., XVI, 826. Non habent Petri hæreditatem, qui Petri sedem non habent, *ibid.*, 476. Petrus primus inter apostolos, id., XVII, 229. Primatum non accepit Andreas, sed Petrus, *ibid.*, 532. Primus erat inter apostolos, cui delegaverat Salvator curam Ecclesiarum, *ibid.*, 534. Cur Christus Petri navem elegit, *ibid.*, 677. Clavis Petri, quid? *ibid.*, 671. Quas oves, et quem gregem beatus suscepit apostolus Petrus? *ibid.*, 570. — Sedes apostolica principatum tenet, quare? S. Bonifac. I, XX, 778 — Romani episcopatus præeminentia, S. August., XLIV, 551. Petrus in ordine apostolorum primus et præcipuus, id., XXXVIII, 479, 481, 797, 1353, 1365, 1368. Primatus apostolorum in Petro præeminet, *ibid.*, 480; XLIII, 127. Apostolatus Petri principatus cuilibet episcopatui præferendus, *ibid.* Petro Ecclesiæ unitatem significanti oves a Christo commendatæ, *ibid.*, 1350. Petro Ecclesiæ personam gerenti datæ claves regni cœlorum, *ibid.*, 1349. Romanæ sedis auctoritas, *ibid.*, 781. In hæreticis damnandis, id., XXXIII, 865, 869. In Romana Ecclesia semper apostolicæ cathedræ viguit principatus, id., XXXIII, 163. Romanus Pontifex auctoritatem habet super omnes alios, id., XL, 1129. Tanta est Romani Pontificis auctoritas ut de suo judicio nullus disceptare audeat, id., XLV, 1725. Romanæ sedis super anxiis rebus consulendæ mos a toto semper orbe servatus, id., XXXIII, 796. — S. Petrus primus omnium episcoporum, S. Leo Magn., LIV, 147. Totius Ecclesiæ princeps, *ibid.*, 152, 595. Vocationi gentium, omnibus apostolis et cunctis Ecclesiæ Patribus a Christo præpositus, *ibid.*, 149. Primus in apostolica dignitate, *ibid.*, 150. Apostolici ordinis princeps, *ibid.*, 424. Principatum apostolatus adeptus, *ibid.*, 513. Princeps episcopalis coronæ, *ibid.*, 637. In Petro episcopatus principaliter constitutus, *ibid.*, 629. Primatus Petri, merces ejus fidei, *ibid.*, 615. Ecclesiastici primatus cathedra divinitus sic Petro tradita, ut perpetua sit soliditate fundata, *ibid.*, 507. Honor potestatis in Petro, *ibid.*, 425. S. Petri privilegia, *ibid.*, 145, 146. Jus potestatis istius in apostolos et alios episcopos transivit, sed cunctis Petri forma præposita, *ibid.*, 151. Petri in hoc privilegium quale, *ibid.* Romanus Pontifex hæres Petri, *ibid.*, 147, 155. Vicem Petri Romanus Pontifex gerit, *ibid.*, 147. Quo sensu, *ibid.*, not. Eadem dignitas quæ fuit in Petro, est in Romano Pontifice, *ibid.* Petrus in propria sede et vivit et præsidet, *ibid.*, 743. In eorum persona Petrus agnoscendus et honorandus, *ibid.*, 147. Romani pontificis primatus divinitus institutus, *ibid.*, 507. De primatu Ecclesiæ Romanæ, id, LVI, 392. Romanæ Ecclesiæ auctoritati quantum Africana Ecclesia detulerit, *ibid.*, 1101. Romanæ Sedis prærogativa, *ibid.*, 268, 761. Relationes ad Romanam Sedem missæ uti ad caput Ecclesiarum, *ibid.*, 506. Petri eminentia, id., LXXVI, 1002. Primatus Petri et Ecclesiæ Romanæ, id., LXXVII, 716. Petro Ecclesiæ cura commissa, *ibid.*, 745. Ipse Petrus in cathedra sua nunc usque in successoribus suis sedet, *ibid.*, 899. Petri prærogativæ, *ibid.*, 1160. Romanus Pontifex ministeriale totius Ecclesiæ caput est et unitatis ecclesiasticæ centrum, *ibid.*, 773, not. Sancti Petri successor, quatuor patriarchis jure divinæ præpositus est, *ibid.*, 597, not. Bonifacius vir magnificus Africæ, aliique nonnulli ad beati Petri limina, de fide sua responsuri, venire jubentur, *ibid.*, 718. In Romano pontifice antiqua libros aliquos prohibendi potestas, cui parere tenebantur etiam Orientales, *ibid.*, 850. De primatuum causis juxta canones debet cognoscere, *ibid.*, 996. Romani pontificis in concedendis privilegiis auctoritas, *ibid.*, 1012. — Principatum judiciariæ potestatis accepit S. Petrus. Beda Venerab., XCIV, 223. — Pontifex Romanus supra Ecclesiam, non e contra, S. Paul. Aquil., XCIX, 181. — Pontifex Romanus vicarius S. Petri et potestatis illius hæres. Alcuin., C, 170. — A Deo electus, vicarius apostolorum, princeps Ecclesiæ, *ibid.*, 178. — Romanus pontifex, vicarius beati Petri, S. Agobard., CIV, 296, not. Episcopus episcoporum quomodo dici possit: solus dicitur apostolicus ab aliquot sæculis, *ibid.*, 298 not. Vocatur frater a reli-

quis episcopis, *ibid.*, 207. Vicarius apostolicæ sedis. *ibid.*, 295, not. Ejus auctoritas necessaria non est in omnibus causis ecclesiasticis principum, *ibid.*, 312, not. Romanorum pontificum epistolæ in causa fidei examinantur ab episcopis congregatis, *ibid.*, 241. Apostolicarum sedium magna olim auctoritas, *ibid.*, 293. Apostolicæ sedi magna debetur ab omnibus reverentia, *ibid.* — Petrus princeps apostolorum, qui Dominico ore primatum Ecclesiarum suscipere promeruit, Nicolaus I papa, CXIX, 786. — Petrus qui et universarum gentium, et omnibus apostolis cunctisque Ecclesiæ Patribus præponitur, S. Odo Cluniac., CXXXIII, 711. Beatissimus Petrus apostolici ordinis princeps, petra Ecclesiæ, clavicularius regni est constitutus, *ibid.*, 712. Petro ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma præponitur, *ibid.* — Adest Petrus, et ad ejus arbitrium orbis universitas solvitur et ligatur, S. Petr. Damian., CXLIV, 646. O quam potens dignitas, quam digna potentia; judicat Petrus, et Petri judicia confirmat Omnipotens, *ibid.* Est in manu Petri manus Altissimi, *ibid.* De potestate et primatu apostolicæ sedis, S. Anselm. Luc., CXLIX, 355. Quod beato Petro concessum est a Domino cæteris præesse apostolis, ipsis volentibus, *ibid.*, 483. Quod ad formam apostolorum facta est quædam distinctio episcoporum, quibus tamen sedes beati Petri præeminet, *ibid.*, 486. Quod Ecclesia Romana omnibus præest Ecclesiis, sicut beato Petro datum est præeminere cæteris apostolis, *ibid.* Ut nemo apostolicæ sedis judicium judicare aut retractare præsumat, *ibid.*, 487. Ut difficiliores causæ et majora negotia ad apostolicam sedem, si appellatum fuerit, deferantur, *ibid.*, 489. Ut primates accusatum episcopum discutiant, sententiam vero damnationis sine apostolica auctoritate non proferant, *ibid.*, 490. Quod statutum est, ut absque Romani pontificis sententia nec concilia celebrentur, nec episcopi damnentur..... Sic Romana Ecclesia primatum habet omnium Ecclesiarum, *ibid.*, 492. Quod apostolicæ sedi privilegia specialiter sunt concessa de congregandis conciliis, et judiciis ac restitutionibus episcoporum, et de summis negotiis Ecclesiarum, *ibid.*, 492. Ut in causis episcoporum sententia papæ expectetur, *ibid.* Sicut inter apostolos fuit discretio potestatis, ut unus aliis præemineret, sic inter episcopos ordinatum est ut singulis provinciis singuli præsint, quibus tamen omnibus Romana præest Ecclesia, *ibid.*, 493. — Non esse congregandum synodum episcoporum absque auctoritate Romanæ sedis, Ivo Carnot., CLXI, 316. Non esse rata concilia sine auctoritate apostolica, *ibid.* Quæ sit prima sedes, Ivo Carnot., *ibid.*, 321. Quod Petro Dominus inter discipulos primatum contulit, ut sic ad Ecclesiam diffunderetur, *ibid.*, 323. Romanam sedem de tota Ecclesia judicare, ipsam vero ad nullius commeare judicium, *ibid.*, 525. Non esse convocandam generalem synodum sine præcepto papæ, *ibid.*, 326 Quod delectio et consecratio Romani Pontificis juste et canonice fieri debeat, *ibid.* In potestate papæ esse injuste damnatos vel excommunicatos restituere, *ibid.*, 327. Quod in electione Romani Pontificis legati imperatoris non sunt exspectandi, *ibid.* Quod apostolicæ sedis judicium a nemine sit retractandum, *ibid.*, 328. De primatu Romanæ Ecclesiæ, *ibid.*, 329. Quod nulli mortalium præsumendum est Romanum Pontificem etiam graviter delinquentem redarguere, *ibid.*, 329. Præfatio Nicæni concilii de primatu Romanæ Sedis, *ibid.*, 330. Quod episcoporum sententiæ apostolica auctoritate roborari debeant, *ibid.*, 332. Quod dubia ad sedem Romanam perferenda sint, *ibid.*, 333. Quod Romanæ sedis decreta tanquam regulæ canonum admittenda sunt, *ibid.* Quod nulli liceat vel addere aliquid vel demere de decretis Pontificum, *ibid.*, 335. Quod qui decreta Romanorum Pontificum violaverit anathema sit, *ibid.* Quod scelus idololatriæ incurrit, qui sedi apostolicæ obedire noluerit, *ibid.*, 335. Quod beati Petri sedes caput est omnium Ecclesiarum et omnes decretis ejus assentire debent, *ibid.*, 336. Quod apostolica sedes a via apostolicæ prædicationis non deviaverit, nec hæreticorum novitatibus deciderit, *ibid.*, 337. Quod litteris Romani Pontificis concilia auctorizentur, *ibid.* Quod sicut cardine totum regitur ostium ita a Petro et successoribus ejus totius Ecclesiæ disponitur emolumentum, *ibid.*, 338. Quod Romana Ecclesia inter omnes primum locum obtinet, *ibid.*, 340. Sicut Petro concessum est a Domino ut aliis apostolis præemineat, ita ejus sedi, *ibid.*, 341. Quod papa primæ sedis episcopus vocandus est, *ibid.*, 346. Quod auctoritas generalium conciliorum congregandorum apostolicæ sedi privata potestate commissa sit, *ibid.*, 375. Quod absque auctoritate Romani Pontificis nullus episcopus damnari possit, *ibid.*, 412. Ut difficiliores causæ ad apicem Romanæ sedis referantur, ut apostolico judicio terminentur, *ibid.*, 413. Quod omnes episcopi possint appellare Romanam Sedem in necessitatibus, *ibid.*, 414. Quomodo et a quibus personis facienda sit electio summi Pontificis, *ibid.*, 1127. Quorum vota debeant prævalere in electione Summi Pontificis, *ibid.*, 1129. Apostolicæ sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet, *ibid.*, 1130. Non ab apostolis, sed ab ipso Domino Romana Ecclesia primatum accepit, *ibid.*, 1182. Primatum Romanæ Ecclesiæ non aliqua synodus, sed Christus instituit, *ibid.* Prima sedes nullius judicio subjacet, *ibid.*, 1183. Prima sedes judicat aliorum causas, *ibid.*, 1184. Nemini est permissum de eo quod papa statuit judicare, vel illius sententiam retractare, *ibid.* Apostolicæ sedis judicium a nemine retractandum, *ibid.*, 1185. Absque Romani pontificis auctoritate synodum aliquibus congregari non licet, *ibid.*, 1185. O beatus cœli janitor, cui non tantum claves regni cœlorum commissæ sunt, sed etiam arcanorum cœlestium consilia concredita sunt! id., CLXII, 596. — De primatu Petri apostoli, Rupertus, CLXVII, 1563. — De papa, Honorius Augustod., CLXII, 601. — Sedes ejus inter universas Ecclesias primatum accepit, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 525. — Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet, Gratianus, CLXXXVII, 93, 94, 95. Romana Ecclesia a Christo primatum accepit, *ibid.*, 118, 119, 123. Imperator jus habet eligendi Pontificem, *ibid.*, 335. Electio Romani Pontificis ad jus pertinet imperatoris, *ibid.* Præsentibus legatis imperatoris ordinetur Romanus Pontifex, *ibid.*, 338. Electio Romanorum Pontificum a Ludovico conceditur Romanis, *ibid.*, 339. Electio et consecratio Romani Pontificis non nisi juste et canonice fiat, *ibid.*, 340. Ab imperatore vel nuntiis ejus electioni Romani Pontificis nullum obstaculum generetur, *ibid.*, 340. A sæculari potestate Pontifex prorsus nec solvi nec ligari valet, *ibid.*, 457. Facta Pontificum imperator judicare non debet, *ibid.* Auctoritas sacra Pontificum et regalis potestas hujus mundi gubernacula regunt, *ibid.*, 458. Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse, *ibid.*, 459. — De primatu Romanæ Ecclesiæ, Anselm. Havelberg., CLXXVIII, 1213. Principatus Petri cæteris omnibus est excellentior, *ibid.*, 1222. — Pontificis summi prærogativæ, Adam. Præmonst., CXCVIII, 742 — De primatu Romani Pontificis, Innocent. III, CCXVII, 778.

SECTIO SECUNDA.

De infallibilitate summi Pontificis.

Fidem beati Petri non defecturam promisit Christus, et confirmare eum fratres suos admonuit: quod apostolicos Pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum, Lucius papa, III, 982. Ecclesia illibata finetenus manet, secundum pollicitationem Christi Petro dicentis: *Petre, ecce Satanas expetivit ut cribraret vos*, etc. *Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*, Innoc. III, ccxvii, 981, 982.

Una Ecclesia a Christo Domino super Petrum origine unitatis et ratione fundata, Conc. Carthag., III, 1033.

Quo venturus est qui sitit, utrumne ad hæreticos, ubi fons et fluvius aquæ vitalis omnino non est, an ad Ecclesiam, quæ una est super unum, qui et claves ejus accepit, Domini voce fundata est? S. Cyprian., III, 1116. Navigare audent, et ad Petri cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis et profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum, *ibid.*, 818, 821. Super illum unum ædificat Ecclesiam suam Christus, id., IV, 499. Qui cathedram Petri, super quem fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit? *ibid.*, 500, 501.

Adeo ut et firma super ædificandæ in ea Ecclesiæ petra trepidaret, S. Hilarius, IX, 936. Felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, et Tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret, *ibid.*, 1010.

Unde non sine ratione et Simoni, super quem ædificavit Ecclesiam, Petrus nomen imposuit, S. Zeno, XI, 351.

Ubi ergo Petrus, ibi Ecclesia; ubi Ecclesia, ibi nulla mors, sed vita æterna. Et ideo addidit: *Et portæ inferi non prævalebunt ei*, S. Ambr. XIV, 1082. Quemadmodum enim turbari poterat navis, cui præerat is in quo Ecclesiæ firmamentum est? id., XV, 1653. Vir enim sapiens et gravis, in quo esset Ecclesiæ firmamentum, id., XVI, 292. Quem cum petram dicit, firmamentum Ecclesiæ indicavit, *ibid.*, 628. Ecclesia Domini tanquam supra apostolicam ædificata petram immobilis manet, et inconcusso adversus impetum sævientis sæculi perseverat fundamine, *ibid.*, 879. Fides Petri Ecclesiæ fundamentum, *ibid.*, 827.

Petrus stabilis, Petrus fortis vocatur, Juvencus, XIX, 237. Ut super Petrum ædificatam Ecclesiam esse intelligatur, *ibid.*, not. 371.

Super unum fundatur Ecclesia, S. Gaudentius. XX, 995.

In quo (Petro) Ecclesiam universalem certum est esse fundatam, S. Bonifacius I papa, XX, 781.

Super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio, S. Hieronymus, XXII, 355. Princeps apostolorum super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est, quæ nec impetu fluminis, nec ulla tempestate concutitur, id., XXIII, 506. Unde et super unum montium Christus fundat Ecclesiam, et loquitur ad eum : Tu es Petrus, etc., id., XXIV, 43, 44. Sed si consideret qui hoc quærit, Petro illam benedictionem ac beatitudinem, ac potestatem et ædificationem super eum Ecclesiæ, in futuro promissam, non in præsenti datam intelliget, id., XXVI, 120. — Jam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad Sedem apostolicam : inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est; utinam aliquando finiatur error! S. August., XXXVIII, 751. Petrus fundamentum Ecclesiæ nominatus, id., XXXIX, 2100. Et ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificii altitudo consurgit, *ibid.* Ut qui antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, et qui interrogationis tentatione nutaverat, cæteros fidei stabilitate fundaret, *ibid.*, 2102. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, et tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemque contineat, *ibid.*

Et portæ inferni non prævalebunt adversum te. Portæ inferni fides est hæreticorum, imo perfidia, Cassianus, L, 70.

Petrus immobile fundamentum salutis, S. Petrus Chrysologus, LII, 498. Petrus est custos fidei, Petra Ecclesiæ, *ibid.* Petrus qui in propria sede vivit et præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem, *ibid.*, 71.

Hæc fides (Petri) tanta divinitus soliditate munita est, ut eam neque hæretica unquam corrumpere pravitas, nec pagana potuerit superare perfidia, S. Leo Mag., LIV, 147. Tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia, *ibid.*, 150, 430. Super hanc, inquit, fortitudinem æternum exstruam templum, et Ecclesiæ meæ cælo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurget, *ibid.*, 150. In Petro omnium fortitudo munitur, *ibid.*, 151, 152. Soliditas enim illa quam de Petro Christo etiam ipse Petra factus accepit, in suos quoque se transfudit hæredes, *ibid.*, 155. Specialis a Domino Petri cura suscipitur, et pro Petri fide proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit, *ibid.*, 451. Sic namque ecclesiastici primatus cathedra divinitus sibi est tradita, ut perpetua sit soliditate fundata, *ibid.*, 507. In cathedra Petri Christus et malas funditus evertit, et bonas æterna stabilitate firmavit, *ibid.* Ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferni prævalerent, *ibid.*, 629. — Confessioni beati Petri apostoli inferni portas nunquam prævalituras asseruit Christus, id., LVI, 633. Quapropter non veremur ne apostolica sententia resolvatur, quam et vox Christi, et majorum traditio, et canonum fulcit auctoritas, ut totam potius Ecclesiam semper ipsa dijudicet, *ibid.*

Petrus petra dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, et tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemque contineat, S. Maximus Taurin., LVII, 353. Et qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, et qui ipse interrogationis tentatione nutaverat, cæteros fidei stabilitate fundaret, *ibid.* Petrus est Petra super quam ædificatur Ecclesia, *ibid.*, 673. In Ecclesia fidei fundamentum continet, *ibid.*

In Sede apostolica immaculata est semper servata religio, Hormisdas papa, LXIII, 393. Tu es Petrus, et super hanc petram, etc. Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in Sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio, *ibid.*, 460.; Justinianus imperator, LXVI, 41.

Quia veritas mentiri non potuit, nec fides Petri in æternum quassari poterit vel mutari. Nam cum omnes discipulos diabolus ad excribrandum poposcerit, pro solo Petro se Dominus rogasse testatur, et ab eo voluit cæteros confirmari, super quem Ecclesiam suam ædificaturum esse promisit, nec portas inferni adversus eam prævalere testatus est, Pelagius, II, papa LXXII, 707. Qui cathedram Petri, super quam Ecclesia fundata est, deserit, et resistit, in Ecclesia se esse confidit? *ibid.* 713.

Pontifex est supra concilium et Ecclesiam, S. Paulinus, XCIX, 181. Ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret, S. Agobard., CIV, 295; Hincm. Laud., CXXIV, 1036. — Christus super solidam fidem apostolorum principis (Petri videlicet) soliditatem constituens, Nicolaus I, papa, CXIX, 773. Petrus a firmitate petræ, quæ Christus est, structuram universalis Ecclesiæ inconcussam, et fidei robore solidatam, ita precibus suis munire non cessat, ut errantium vesaniam rectæ fidei norma reformare festinet, *ibid.* Supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire Ecclesiam, secundum illius veridicam vocem dicentis : Amen dico tibi, tu es Petrus, etc., *ibid.*, 785.

Nec igitur mirum si Petrus a petra dictus eo quod firmus futurus erat per Spiritum sanctum firmitate fidei, S. Paschasius Radbertus, CXX, 560. In eo (Petro) omnium est responsio una, supra quam fundatur Ecclesia, et contra quam portæ inferorum non prævalebunt. *ibid.*, 561. Quia seu dicas contra hanc fidem eas non prævalere, seu dicas contra Ecclesiam, quæ hac fide supra Christum fundata est, et firmatur, unum est, eo quod nec fundamentum dissolvitur, nec fides, *ibid.* Quæritur cur ei vel adversus quam portæ inferi non prævalebunt?.... Indubitanter credendum est, quia nec adversus petram, supra quam ædificatur Ecclesia, nec adversus Ecclesiam quæ ædificatur supra hujusmodi petram, *ibid.*

Quem cum Petram dicit, firmamentum Ecclesiæ indicavit, Æneas Paris., CXXI, 687.

Tu es enim, sicut divinum pronuntiat verbum, veraciter Petrus, et super firmamentum tuum Ecclesiæ columnæ, quæ episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt, Hincmarus Laudun., CXXIV, 1051. Firmamentum a Deo fixum et immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est, omnium episcoporum, apostolicam Sedem esse constitutam scitis, et verticem Ecclesiarum, *ibid.* Quia immobile est istorum fundamentum, ac inconcussum inconcutiendumque, indiscutiendumque quoque permanet ædificium in quibus est spiritus unus, et una fides, cor unum et anima una, *ibid.*, 1052. Ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret, *ibid.*, 1066. — Ipse supra fundamentum apostolicæ petræ suam fundavit Ecclesiam, quam beato Petro et in illo suis commisit vicariis, Hincmarus Rhemensis, CXXVI, 33. Ecclesia in apostolorum Principis soliditate confirmata, *ibid.*, 337.

Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus : quia in sede apostolica immaculata est semper catholica reservata religio et sancta celebrata doctrina, Anastasius Bibliothec., CXXIX, 36.

Qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum, Isidorus Mercator, CXXX, 199. Unum igitur hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra Petri ore confessa, *ibid.* Ut æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret. Hæc Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent, *ibid.*, 883; Ivo Carnot., CLXI, 324.

Necesse est ut sic ipsa petrea et apostolica fundatio, et sancta angularis compactione firma, æterna et immobilis, ita omnis ecclesiastica superædificatio sit rata et stabilis, et ab omni humana præsumptione inviolabilis, Sergius III, papa, CXXXI, 975.

Ego fundamentum,... tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, etc., S. Odo Cluniac., CXXXIII, 712. Super hanc, inquit, fortitudinem, æternum exstruam templum, et Ecclesiæ meæ cœlo inferenda sublimitas, ex hujus fidei firmitate consurget, *ibid.* Hanc confessionem portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt, *ibid.* In Petro ergo omnium fortitudo munitur, *ibid.*, 713. Pro fide Petri proprie suppli atur; tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit, *ibid.*

Ædificata est ergo sancta Ecclesia supra petram in soliditate apostolicæ fidei, Atto Vercellensis, XXXIV, 53.

Petri sedem ideo obtinet Romanus Pontifex, ut portas inferni prævalere adversus Ecclesiam non sinat, Ratherius Veron., XXXVI, 656.

In fide Petri, quæ hactenus nec defecit, nec usque in finem deficiet, S. Leo IX, papa, CXLIII, 748. Ego rogavi pro te, Petre ut non deficiat, etc. Quo dicto demonstravit fidem fratrum vario defectu periclitandam, sed inconcussa et indeficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ subsidio figendam, et in fundamento universalis Ecclesiæ confirmandam, *ibid.*, 765. Sicut cardine totum regitur ostium, ita Petro et successoribus ejus totius Ecclesiæ disponitur emolumentum, *ibid.* Ego autem rogavi pro te, etc. Quæ venerabilis et efficax oratio obtinuit quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura

creditur in throno illius usque in sæculum sæculi; sed confirmabit corda fratrum variis concutienda fidei periclitationibus, sicut usque nunc confirmare non cessavit, *ibid.*, 770.

Septem igitur oculos habet hæc petra, quia totidem sancti Spiritus donis sancta præfulget Ecclesia, S. Petrus Damianus, CXLIV, 255. Ne fides ejus (Petri) tanquam totius Ecclesiæ fundamentum quandoque deficeret, oravit Christus, *ibid.*, 577.

Petrus est fundamentum cui innititur Ecclesia, Joan. Rotomag., CXLVII, 222. Dominus dedit ei ut esset fundamentum fidei Ecclesiæ, dicens : Tu es Petrus, etc., *ibid.*

Quod super unum, id est Petrum, ædificavit Dominus Ecclesiam, S. Anselmus Luc. CXLIX, 555.

Petro quando dixit Dominus : Tu es Petrus, etc., id et confirmavit in Petri successoribus, Lanfrancus, CL, 624.

Ipsi quoque et propriæ firmitas et alienæ fidei confirmatio, eodem Deo auctore præstatur cum ad eum ait : Rogavi pro te, Petre, etc., Urbanus II, papa, CLI, 337. Oportet ergo nos qui, licet indigni, Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare, et in omni Ecclesia ad æterni arbitrium Judicis sic disponenda disponere, ut de vultu ejus judicium prodeat, et oculi nostri videant æquitatem, *ibid.*, 337, 341, 421.

Super Petrum Ecclesia fundata est, quoniam eam portat officio, merito, prædicatione, exemplo, cura et intercessione, Radulphus Ardens., CLV, 1391. Portæ inferi non solum adversus Christum, sed nec etiam adversus Petrum Christi virtute armatum prævalent, *ibid.*

Valde necesse est ut nunc etiam fides B. Petri in sua speciali Sede, quæ nunquam errare consuevit, tantum vigeat, Goffridus, CLVII, 42. In terra Petrum elegit, ut Ecclesiam suam ejus fidei robore firmaret, *ibid.*, 43. Petrum fidei catholicæ principem fecit, *ibid.*

Qui fidem Petri non defecturam promisit ipsum fratres confirmaturum prædixit, Ivo Carnot., CLXI, 337. Et fratrum corda in fide Petri, quæ hactenus nec defecit, nec usque in finem deficiet, sunt confirmata, *ibid.*, 338. Quod apostolicæ Sedis judicium a nemine sit retractandum, *ibid.* 528. Romanæ Ecclesiæ Sedes per Petrum super petram ædificata, nec hactenus defecit, nec deficiet in sæcula, Christo Domino rogante pro ea, sicut ipse testatur : Ego pro te rogavi, Petre, etc., *ibid.*, 339. Quo dicto demonstravit fidem fratrum vario defectu periclitandam, sed inconcussa et indeficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ subsidio regendam, et in fundamento universalis Ecclesiæ confirmandam, *ibid.* Qui cathedram Petri, super quem fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit, *ibid.*, 432. Super hanc Petram Dominus Ecclesiam suam ædificandam providit, quatenus cujus fidei confessio pro sui soliditate Petræ comparanda erat, id., CLXII, 596.

Ut in ejus singulariter fidei stabilitate immobili, pretioso sanguine redemptam suam Dei Filius statuere et confirmare voluerit Ecclesiam, dicens : Tu es Petrus, etc., Paschalis II, papa, CLXIII, 39. Ipsi quoque firmitas propriæ et alienæ fidei confirmatio, eodem Deo auctore prædicatur, cum ad eum dicitur, Rogavi pro te Petre, etc., *ibid.*, 194 Possunt apostolicam Sedem contemnere, possunt adversum nos calcaneum elevare; datum a Deo privilegium avertere vel auferre non possunt, quo Petro dictum est : Tu es Petrus, etc., *ibid.*, 429. Oportet ergo nos qui, licet indigni, Petri residere videmur in loco, prava corrigere, recta firmare et in omni Ecclesia ad interni arbitrium judicis sic disponenda disponere, ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat, *ibid.*, 191; Eugenius III, papa, CLXXX, 1455, Anastasius IV, CLXXXIII, 1019.

Super hanc petram, quam tu modo in fidei fundamentum posuisti, super hanc fidem, quam tu modo docuisti, dicens, Tu es Christus, etc., super hanc petram et super hanc fidem ædificabo Ecclesiam meam, S. Bruno CLXV, 213. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, fide fortis, et doctrina stabilis. Nisi enim in hoc nomine fortitudinem et stabilitatem Christus intellexisset, non ea quæ sequuntur protinus addidisset, dicens, Et super hanc petram, etc., *ibid.* Super hanc fidem tuam, qua me dicis Filium Dei vivi, ædificabo Ecclesiam meam, id., CLXIV, 373.

Tu es Petrus, et super hanc petram, etc., in quibus verbis, ut omnibus sanctis doctoribus verissime visum est, specialis quædam prærogativa in sancta Ecclesia custodienda beato Petro injungitur, Placidus Monach., CLXIII, 625.

Super petram fidei, quam confessus est Petrus, Ecclesiam suam ædificavit. Rupertus abbas, CLXVIII, 1385.

Oportet ergo ut aliquando conversus ad nos, cum periclitabimur nos confirmet. Pro eo enim rogavit Dominus ne deficeret fides ejus, Hildebertus, LXXI, 795 — Petrus super quem Dominus ædificavit Ecclesiam, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 524. Ipsum Petrum quasi fundamentum Ecclesiæ Dominus collocavit, *ibid.* Quanta autem firmitas et constantia Petri esset in fide ut hinc ipse merito petra vocaretur, Dominus ipse alibi protestatur, dicens, Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat, etc., *ibid.*, 525. Hic est Petrus, ut dictum est, tanquam unicum cæterorum firmamentum et confirmatio, *ibid.* Petrus super quem posuit et fundavit Ecclesiam, *ibid.*, 1481. Petrus super quem fundatur Ecclesia, *ibid.* Ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ in Petri soliditate consisteret, *ibid.*, 1482; Gratianus, CLXXXVII, 109; Henricus, CCIII, 317. — Ex qua quidem fidei firmitate et ipse Petrus fratres confirmare admonetur, Petrus Abælardus, CLXXXVIII, 525.

dinis, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1145. In bonis pastoribus sociantur benignitas et auctoritas, misericordia et disciplina, *ibid.*, 143. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos *ibid.*, 1140. Sicut agni inter lupos mittimur, ut sensum servantes innocentiæ, morsum malitiæ non habeamus, *ibid.*, 1140. Pastores mansueti habeant æmulationem justitiæ, iracundi mansuetudinem adjungant æmulationi, id., LXXVII, 76. Pastori miscenda lenitas cum severitate, *ibid.*, 38. Mansuetudo servanda, ut ipsa quoque sacerdotalis indignatio virtuti sit admista dulcedinis, *ibid.*, 669. — Erit illi etiam juxta apostolum mansuetudo, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 786. — Volo ut mansuetudinem et humilitatem habeatis, Beda Venerab., XCII, 53. — Mitem te ad meliores ostende, B. Alcuin., 223. Semper suavia verba misceantur durioribus, *ibid.*, 451. Misericordia amabilem te faciat, *ibid.*, 452. Luceat lux tuæ bonitatis coram omnibus, *ibid.* — Qui autem ita prudens, mansuetus et suavis est, ut se videntes et audientes ad amorem et laudem Sponsi convertat et accendat, amicus est Sponsi, S. Agobard., CIV, 195. — Benignum te boni sentiant, Lib. papa, CV, 83. Sit in te boni pastoris dulcedo, *ibid.*; Nicol. papa, CXIX, 772; Alexander II, papa, CXLVI, 1324. — Esto bonis agnus, Theodulf., CV, 558. Sit tibi placidum cor, dulcia verba, *ibid.* — Erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, Amal. Met., CV, 854. — Semper necesse est, ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, *ibid.*, 868. — Sit rector placidus, mansuetus, Raban. Maur., CXII, 1593. — Benignitatem tota mente servate, Isidorus Mercat., CXXX, 23. — Servum autem Domini oportet mitem esse ad omnes, Otto Vercell., CXXXIV, 694. — Virtus mansuetudinis a sacerdotali pectore custodienda, quare, Rupertus abbas, CLXVII, 1169. Prædicatores sint lenes in docendo, id., CLVIII, 495. — — Pastoribus imitanda Christi misericordia, S. Bernardus, CLXXXIV, 174.

6° *De mortificatione.* — Oportet sacerdotem carere variarum illecebris voluptatum, S. Ambros., XVI, 254. — Delicatus magister est qui pleno ventre de jejuniis disputat, S. Hieronym., XXII, 533. — Sacerdos sit sobrius, Prim. Adrum., LXVIII, 681. — Qui vult post me venire abneget semetipsum, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1233. Castigo corpus meum et in servitutem redigo ne forte, etc., *ibid.*, 1234. Perfectus quippe prædicator, ut exemplum daret abstinentiæ, quid faciebat? *ibid.* — Vir ecclesiasticus crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, S. Isidor. Hispal., LXXX, 705; Amal. Met., CV, 851. — Hoc memor ut vivas feliciter in omni sobrietate, B. Alcuin., C, 508. — Erit quoque illi juxta apostolum sobrietas, abstinentia, Amal. Met. CV, 831. Sit abstinens sacerdos, *ibid.*, 834. — Oportet enim prædicatores in semetipsis demonstrare mortificationem carnis, qui item aliis faciendum denuntiant, Anselm., Landun., CLXI, 1212. — Corpus castigent, Petrus de Honestis, CLXIII, 709. — Videant cæteri jejunia vestra; videant quomodo immolando maceratis et affligitis carnem vestram, S. Bruno, CLXIV, 377. — Circumcidat sacerdos omne præputium carnis suæ a membris suis, Hildebertus, CLXXI, 775.

7° *De zelo.* — Zelum habere debet sacerdos, qui incorruptam servare studet Ecclesiæ castitatem, S. Amb., XV, 1456. Si me inquirentem lanient vepres silvarum, per omnia angusta me coarctabo, omnes sepes excutiam. . omnia peragrabo, revocabo errantem, requiram pereuntem, S. August., XXXVIII, 278. — Zelus doctoris spiritalis, S. Gregor. Magn., LXXVI, 932. Contra torporem zelo candeant sacerdotes, *ibid.*, 549. Necessitas zeli in doctoribus, *ibid.*, 355. Zelus domus tuæ comedit me, *ibid.*, 932. Assumamus zelum fortem, *ibid.*, 933. Zelo charitatis inflammatus prædicator, *ibid.*, 263. Cum magna zeli asperitate corrigat sacerdos, id., 46. — De zelo pastoralis officii erga subditos, Taio Cæsaraugust., LXXX, 829. — Tu vis errare, tu vis perire? Ego nolo. Revocabo errantem, requiram perditam, Amal. Met., CV, 842. Omnia peragrabo, revocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire, *ibid.* Sic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis limitem fervendo transcendat, *ibid.*, 854. De zelo pastoris, *ibid.*, 867. — Assumamus zelum fortem, Raban. Maur., CX, 591. Appetant zeli ardoribus frigi, id., CX, 835.

IV. — *De vitiis vitandis.*

1° *De superbia.* — Obsecro vos ut vitam emendetis vitantes superbiam, S. August., XL, 1301. Nos qui pastores sumus nominati superbiam fugiamus per humilitatem et patientiam, *ibid.*, 1316. — Sacerdoti fugienda superbia, S. Benedictus, LXVI, 869. Elationem aut superbiam summo studio cavere debet ordinatus, *ibid.* — Sacerdos non sit superbus, Prim. Adrumet., LXVIII, 680. — Humilitatis locum in elationem dominationis immutant., S. Gregor. Magn., LXXVI, 1140. Quomodo contra elationem, qui alios docet, pugnare debeat, *ibid.*, 1001. Prædicator caveat ne vitio elationis se extollat, *ibid.*, 235, 263. Caveant prædicatores Satanæ servire per elationem, id., LXXVII, 95, 96. Si majores nostri in regibus superbiam non tulerunt, quanto magis non est in sacerdotibus sustinenda, *ibid.*, 654. — De superbis doctoribus, S. Isidor. Hispal., LXXXIII,, 710. — Nullus presbyter contra suum episcopum superbire audeat, Carol. Magn., XCVII, 513, 827. — Non te exaltent honores transeuntes, B. Alcuin., C, 245. Non superbus sit presbyter, *ibid.*, 1014. — Admonendi sunt presbyteri ut procul ab omni fastu superbiæ sanctum exemplum subditis donent, Theodulf. Aurel., CV, 216. — Non sint superbi sacerdotes, Ivo Carnot., CLXI, 440. — Alium superbia necat, S. Bruno, CLXIV, 445.

2° *De avaritia.* — Avaritia in sacerdote vitanda, S. Hieronym., XXII, 663. — Obsecro vos ut vitam emendetis, conculcantes avaritiam, S. August., XL, 1301. Nos qui pastores sumus nominati, avaritiam submergamus per eleemosynam, *ibid.*, 1316. — Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 778; S. Chrodegangus, LXXXIX, 1087. — Cavendum summopere sacerdotibus est, ut ab avaritiæ peste quæ radix omnium malorum est suosque sectatores a Christi regno excludit, se cohibeant, Carol. Magn., XCVII, 603. — Non deceptibilis auri species a fiducia studiosi laboris te subtrahat, B. Alcuin., C, 491. — Non avarus sit sacerdos, Amal. Met., CV, 836. — De avaritia vitanda in clericis, Raban. Maur., CXII, 1420. Super omnia autem avaritiam fugite, Isidor. Mercat., CXXX, 23. — Cajus (avaritiæ) sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. S. Abbo Floriac., CXXXIX, 493. De avaritia sacerdotum, Burchard., CXL, 713. — Quam detestanda avaritia clericorum, S. Petrus Damianus, CXLV, 643. Impudenter pecuniam exigunt sacerdotes, etiam cum negatur, *ibid.* — Alium avaritia occidit, S. Bruno, CLXIV, 445. — Avaritiam vitare debent sacerdotes, Hildebert., CLXXI, 768. — Sunt qui pauperibus paulum tribuunt, ut amplius accipiant, S Hieronym., XXII, 555.

3° *De vinolentia.* — Vinolentos sacerdotes et Apostolus damnat, et vetus lex prohibet, S. Hieronymus, XXII, 536. Qui altario deserviunt, vinum et siceram non bibant, *ibid.* Præcipitur sacerdotibus, ne ministraturi in templo, vinum et siceram bibant, ne ebritate et crapula et curis hujus vitæ prægraventur corda eorum, *ibid.*, 609. Sacerdotes qui ministrant in templo Dei prohibentur vinum et siceram bibere, *ibid.*, 662; Amal. Met., CV, 835. — Sacerdos non sit vinolentus, Prim. Adrumet., LXVIII, 680. — Attendite autem vobis ut non graventur corda vestra in crapula et ebrietate, S. Gregor. Magn., LXXVII, 39. — Ut nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam jussionem inebriari, Carol. Magn., XCVII, 219. — Ebrietatem quasi perditionis foveam fugite, B. Alcuin., C, 454. Non vinolentus sit sacerdos, *ibid.*, 1014. — Non vinolentus, ut fiducialiter possit corripere ebriosos, Sedul. Scot., CIII, 234. — Non vinolentus, quare, Amal. Met., CV, 833. Quidquid inebriat, et statum mentis evertit, fuge similiter ut vinum, *ibid.*, 885. — Impia non Bacchi pocula corda premant., Raban. Maur., CXII, 1600. — Observandum est sacerdotibus ut ab ebrietate se abstineant, Rodulf. Bituric., CXIX, 713. — Ut nullus presbyterorum ad anniversariam diem vel tricesimam tertiam etc., se inebriare præsumat, Hincm. Rhem., CXXXI, 776. — Ut a clericis vitetur ebrietas, Isidor. Mercat., CXXX, 404. — Ante omnia clericis vitetur ebrietas, Atto Vercell., CXXXIV, 41. — Nullus vestrum sit ebriosus, Ratherius Veron., CXXXVI, 560. Ut clericis vitetur ebrietas quæ omnium vitiorum fomes et nutrix est, id., CXXXVIII, 409. — De presbyteris parochialibus cum convenerint ut se inebriare non audeant, Burchardus, CXL, 654. Nullus presbyter ex ineptia bibat plus quam decet, nec alium provocet ad bibendum ultra quod desiderat, id., CXXXIX, 1474. — Non ebrietati servientes sint sacerdotes, Ivo Carnot., CLXI, 440. Ut presbyteri, quando ad collectam veniunt, minime se inebriare præsumant, *ibid.*, 499. Presbyter ebrietati deserviens, nisi desierit, communione privetur, *ibid.*, 1170.

4° *De incontinentia.* — Obsecro vos, ut vitam emendetis, despicientes luxuriam, S. August., XL, 1301. Fornicatio enim clericis interdicitur, quia cum simus ministri Domini, membra meretricis non efficiamur, *ibid.*, 1303. Si conjugium sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen fornicationis in nobis æstimabitur, *ibid.* Nos qui pastores sumus nominati, luxuriam frangamus per abstinentiam, *ibid.*, 1316. — De incontinentia sacerdotum

vel levitarum, S. Isidor. Hispal., LXXXIV, 619. — Si fornicatus fuerit presbyter aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et sub pœnitentia redigi, Carol. Magni., XCVII, 618. — Non permittas libidinosas voluptates in te, vel in tuis dominare fratribus, B. Alcuin., C., 499. Juvenilia autem desideria, id est, adulterium, immunditiam, luxuriam, omnemque lasciviam devita et fuge, Haymo, CXVII, 805. — Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjiciatur, Æneas Paris., CXXI, 727. — Sacerdotes igitur, si in fornicationis laqueum ceciderint, et crimen manifestissime ostensum fuerit, hactenus sacerdotii habere non possunt honorem, Regino. Prum., CXXXII, 210. — Libidini et impudicitiæ penitus resistant, Petrus de Honestis, CLXIII, 708. — Alium luxuria perimit, S. Bruno, CLXIV, 445. — A vobis removenda est fornicatio et immunditia, Hildebert., CLXXI, 770. — Arguuntur incontinentes qui sacros ordines impudenter temerare non verentur, S. Bernardus, CLXXXIII, 833.

5° *De vitio linguæ.* — Cave, ne aut linguam, aut aures habeas prurientes, S. Hieronym., XXII, 538. Amal. Met., CV, 886. Parce a detractione linguæ, *ibid.* Non infreni lingua incedant sacerdotes, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 778. Obscenitatem etiam verborum, sicut et operum, penitus exsecrentur, *ibid.*; S. Chrodegang., LXXXIX, 1087; Amal. Met., CV, 891. — Non calumniam cuiquam facientes, Theodulf. Aurel., CV., 216. — Non vaniloquiis inserviant, non detractionibus incumbant, Amal. Met., CV., 920. — Clericus verba scurrilia joculatoria risumque moventia non loquatur, Regino Prum., CXXXII, 220. — Linguam, quæ inter Deum et nos quodam modo mediatrix est, a supervacui sermonis levitate compescant, S. Petrus Damian., CXLV, 499. Ex labiis nostris verba otiosa non effluant, id., CXLIV, 258.

6° *De invidia.* — Prædicatoribus cavenda est invidia, S. Gregorius Magn., LXXVI, 199. — Invidiam fugiant sacerdotes. S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 778; S. Chrodegang., LXXXIX, 1087. — Procul ab omni fastu superbiæ et invidiæ mordacitate, sanctum exemplum subditis donent, Theodulf. Aurel., CV, 216. Non sint cupidi, *ibid.* — S. Anselm. Luc., CXLIX, 510.

7° *De ambitione.* — Officii nostri vitamus laborem, appetimus dignitatem, Julian. Pom., LIX, 455; Amal. Met., CV, 865. — A præcipiti se ambitione etsi non metu, saltem pudore contineant, S. Gregor. Magn., LXXVII, 1031. — Non sæcularis ambitio sacerdotalem severitatem compescat, B. Alcuin., C, 458. — Plerique sacerdotes, suæ magis utilitatis causa quam gregis, præesse desiderant, Amal. Met., CV, 850. — Nemo enim ad hoc debet fieri clericus ut inhiet ambitioni, Ivo Carnot., CLXII, 513. Nec aliud quærat, nisi ut Deum hæreditate possideat, *ibid.* — Ambitionem ecclesiasticorum, promotionem juniorum et pluralitatem beneficiorum perstringit, S. Bernardus, CLXXXII, 825. Graviter perstringit ambitiosos, qui temere et indigne sacras Ecclesiæ functiones usurpant, *ibid.*, 852. Curritur passim ad sacros ordines, *ibid.*, 853. Videas et homines pecuniosos ad honores quoque ecclesiasticos pervolare, id., CLXXXIII, 84, 85.

V. — *De his quæ sacerdotibus prohibentur.*

1° *De mulieribus.* — Nolo habeas consortia matronarum, nolo ad nobilium domos accedas, S. Hieronym., XXII, 403. — Ut cum omnibus omnino clericis extraneæ feminæ non cohabitent, sed solæ matres, aviæ, materteræ, amitæ et sorores, etc., S. Leo Magn., LVI, 425. — Vetuit omnino magna synodus, ne liceat episcopo, nec presbytero, etc., extraneam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas quæ omnem suspicionem effugiunt, Dionysius Exig., LXVII, 42. — Ut clerici cum mulieribus extraneis non habitent, Fulgent. Ferrand., LXVII, 956. — Sacerdotes prohibentur ne cum mulieribus conversentur, excepta duntaxat matre, sorore, vel uxore, quæ caste regenda est, S. Gregor. Magn., LXXVII, 515. Neque ut aliæ mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hæ quæ sacris, ut prædictum est, canonibus sunt permissæ, *ibid.*, 1055. — Nec mulieres alloquantur, aut domi retineant, S. Sonnatius, LXXX, 444. — Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia feminarum extranearum nullatenus appetant, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 778. — Ut presbyteri mulierem extraneam in domo sua non habeant, Carol. Magn., XCVII, 237. — Ut juxta Nicæni venerandi definitionem concilii, nullus patiatur subintroductas mulieres in domo propria habere vel private cum eis cohabitantes conversari, S. Paulin., XCIX, 297. — Feminæ cum presbytero non habitent, Theodulf. Aurel., CV, 195. — Non episcopo, non presbytero, non diacono, non alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, Amal. Met., CV, 871. Prohibe virgines tecum commorari, etiam quæ de genere tuo sunt, *ibid.*, 888. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, *ibid.*, 891. Contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant., *ibid.* — Ut conversationem feminarum earumque accessum et administrationem detestentur, Herardus, CXXI, 765. — Clericus vero solus ad feminæ tabernaculum non accedat sine majoris natu principis jussione, Isidor. Mercat., CXXX, 40. Nec presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus, visitet infirmam, *ibid.* Nec solus cum sola femina fabulas misceat, *ibid.* — Ut clericus nullam conversationem cum muliere post denominationem habeat, Atto Vercell., CXXXIV, 36. Jubendum est eisdem sacerdotibus, ut non permittant secum mulieres habitare extraneas, id., CXXXVIII, 625. Ut presbyteri subintroductas mulieres nullo modo secum habere audeant, nisi forte commatrem suam aut proximitatem generationis, id., CXLVIII, 1120. — Sacerdotes cum feminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere et audire, S. Ivo Carnot., CLXI, 462. — Clericus matronarum domicilia frequentans, deponatur, Gratianus, CLXXXVII, 391.

2° *De conviviis.* — Maxime ministrorum officiis arbitror declinare extraneorum convivia, S. Ambros., XVI, 49. — Convivia tibi vitanda sunt sæcularium et maxime eorum qui honoribus tument, S. Hieronym., XXII, 536; Amal. Met., CV, 885. — Non enim licet clerico prandium vel cœnam ordinare, S. August., XL, 1299. — Valde despicitur clericus qui sæpe vocatus ad prandium non recusat, etiam necessitate aliqua compulsus, *ibid.*, 1299. Ideo summe cavere debet clericus, ne extra domum suam vel episcopi prandere audeat, vel in eadem etiam audeat sæcularibus præparare, *ibid.*, 1299. — In secundarum nuptiarum convivio presbyter esse non debet, S. Leo Magnus, LVI, 444. — Convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed et sobria colant, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 778; S. Chrodegangus, LXXXIX, 1087. — Ut clerici nuptialia vitent convivia, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 269. — Ut presbyter in convivio secundarum nuptiarum non intersit, Fulgent. Ferrand., LXXXVIII, 823. — Ut clerici nuptialia convivia vitent, S. Chrodegang., LXXXIX, 1088. — Facilius contemnitur clericus, qui sæpe vocatur ad prandium et non recusat, Amal. Met., CV, 886. Multitudines hominum, et officia, et salutationes et convivia veluti quasdam catenas fugias voluptatum, *ibid.*, 887. — Presbyterum convivio sæcularium nuptiarum interesse non debere, Isidorus Mercat., CXXX, 267. Non liceat sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in conviviis spectare, *ibid.*, 585. Ut clerici nuptialia vitent convivia, *ibid.*, 404. — Ut presbyter in nuptiis bigami non prandeat, Atto Vercell., CXXXIV, 38. — Nuptiarum conviviis presbyteri interesse non debent, Gratian., CLXXXVII, 194. Ignominiosum est sacerdoti affluere deliciis, epulis atque lasciviis, *ibid.*, 196. Convivia hæreticorum clerici vitare debent, *ibid.*, 1308.

3° *De tabernis.* — Nullus in tabernis manducet et bibat, Eutychian., V, 165. — Non enim debet qui animarum curam gerit, intrare tabernas, nisi necessitate compulsus, S. August., XL, 1299. — Quod non oportet sacerdotes a presbyteris usque ad diaconos et deinceps quemlibet ecclesiastici ordinis usque ad ministros aut lectores aut cantores, etc., in cauponam ingredi, Dionysius Exig., LXVII, 72. Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat, *ibid.*, 167. Ut clerici tabernas, nisi in peregrinis, non ingrediantur, *ibid.*, 194. — Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitas coegerit, Fulgent. Ferrand, LXVII, 956. — Ut nullus presbyter edendi aut bibendi causa gradiatur in tabernas, S. Egbert. Eborac., LXXXIX, 382; Carol. Magn., XCVII, 219. — Ut nullus presbyter tabernas ingredi audeat ad bibendum, nec se misceat in tali conventu sæcularibus hominibus, ubi turpia verba audiat aut loquatur, Carol. Magn., XCVII, 295, 514. — Ut presbyteri ab ebrietate et tabernis abstineant, Theodulf. Aurel., CV, 195. — Neque per tabernas eant bibendo aut comedendo, Roduff. Bituric., CXIX, 713. — Inquirendum si de tabernis se custodiant presbyteri sicut sæpissime interdiximus et interdicimus, Hincmar. Rhens., CXXV, 780. — Illud quoque summopore cavendum monemus ut presbyteri vel clerici tabernas causa convivandi non adeant, Riculf., CXXXI, 20. — Nolite in tabernis bibere, Rather. Veron., CXXXVI, 560. — Clerici tabernas non ingrediantur absque peregrinationis necessitate, CXXXVIII, 409. — Deponatur clericus qui tabernam aut ergasterium habere voluerit, Gratian., CLXXXVII, 229.

4° *De venatione.* — Non liceat episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum vel accipitres habere, S. Isidor. Hispal., LXXXIV, 287. — Ut clerici venationes

non faciant cum avibus vel canibus, Carol. Magn., XCVII, 816. — Nec canes habeant ad venandum, nec accipitres, nec falcones, nec sparvarios, Hetto Basil., CV, 765; CXXXVIII, 625. — Venationem devita et fuge, Haymo, CXVII, 805. — Quod episcopus vel clericus nullo modo venationi debeat insistere, Nicolaus papa I, CXIX, 1126. — O miseram vitam hominum et maxime sacerdotum, qui dum lucrandis fidelibus debent insistere, venandis feris incumbunt, et quos capere oportet homines, capiunt aves et bestias, *ibid.*, 1126. Ut sacerdotes et levitæ canes ad venandum et accipitres non habeant, id., CXXXVIII, 410. Quod sacerdos fenore aut venatione occupari non debeat, *ibid.* Docemus etiam, ut sacerdos non sit venator, neque accipitrarius, id., CXXXVIII, 503. — De illis, qui ex ecclesiastico ordine, aut venantur, aut cum accipitribus jocantur, Burchardus, CXL, 661. — Ut episcopi, presbyteri et levitæ canes ad venandum et accipitres non habeant, Ivo Carnot., CLXI, 433. — Aleæ, aut quibuslibet venationibus minime inserviant, Petrus de Honestis, CLXIII, 708.

5° *De bello.* — Ut nemo sacerdotum ex numero arma pugnantium unquam portet, S. Egbert. Eborac., LXXXIX, 382; Carol. Magn., XCVII, 219, 295, 723. — Prohibemus autem omnimodis ut presbyteri arma non assumant, Rodulf. Bituric., CXIX, 713. — Ne clerici arma ferant, Regino. Prum., CXXXII, 222. — Nullus vestrum arma ferat in seditione, quia arma nostra debent esse spiritalia, Rather. Veron., CXXXVI, 560. — Ut nullus ex clero arma militaria portet, Burchardus, CXL, 661; Ivo Carnot., CLXI, 504. Presbyter non arma ferat, id., CXXXIX, 1475. Proprii gradus amissione multentur militaria arma clerici ferentes. id., CLXI, 1169. — Ut clerici arma non portent, conc. Claromont., CLXI, 717.

6° *De negotiis sæcularibus.* — Nemo militans Deo obligat se molestiis sæcularibus, S. Cyprian., IV, 398. Quanto magis molestiis et laqueis sæcularibus obligari non debent qui divinis rebus et spiritalibus occupati, *ibid.* — Ex quo, ingenti periculo, sacerdotes negotiis sæculi occupantur, S. Hilarius, IX, 810. — Non enim debet qui animarum curam gerit mercantias acquirere, ligonizare, S. August., XL, 1299. — Non licet sacerdotibus manibus operari, ligonizare, ferrum fabricare et similia, *ibid.*, 1302. — Plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, S. Leo Magnus, LVI, 698. Sacerdoti impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares, *ibid.*, 734. — Ut clerici nullas negotiationes inhonestas et turpia lucra sectentur, Dionys. Exig., LXVII, 306. — Ut clericis non liceat administrationem aut procurationem domorum suscipere, Fulgent. Ferrand., LXVII, 950.—Non sint sæcularibus immisti, S. Sonnat., LXXX, 444. — Ut sacerdotes et ministri altaris sæcularibus curis abstineant., Crisc. Afric., LXXXVIII, 840. — Nequaquam turpibus lucris deserviant., Carol. Magn., XCVII, 220. Ut presbyter negotiator non sit, *ibid.*, 296. Ut presbyteri curas sæculares nullatenus exerceant, id est ut neque judices neque majores villarum fiant, *ibid.*, 723; Rodulf. Bituric., CXIX, 713. — De curis sæcularibus vitandis, Watterius, CXIX, 735. — Ut clerici vilius emendi et carius vendendi usum non habeant, Atto Vercell., CXXXIV, 38. Docemus etiam ut quilibet sacerdos non sit emptor injustus, nec avarus mercator, id., CXXXVIII, 500. — De illis presbyteris qui contra statuta canonum villici fiunt, et aliis sibi non concessis implicantur negotiis, Burchardus, CXL, 649. Presbyter non sit mercator, id., CXXXIX, 1475.—De presbyteris qui contra statuta canonum villici fiunt, Ivo Carnot., CLXI, 492. Clerico negotiari non licet, *ibid.*, 1286. — Turpium lucrorum occupationes nequaquam appetant, Petrus de Honestis, CLXIII, 708.

7° *De ludis.* — Ut episcopus, presbyter et diaconus non sint aleatores, Carol. Magn., XCVII, 772. — Nec ullius ludi aut spectaculi licentiam habeant, Hetto Basil., CV, 765. — Nullus canum aut avium jocis inserviat, Rather. Veron., CXXXVI, 560. — Ludus tabulæ fugiendus, Ivo Carnot., CLXI, 1170. — Diaconus, presbyter et episcopus aleæ deservientes, nisi desierint, deponantur, Gratian., CLXXXVII, 195. — Joci etsi nonnunquam honesti sint, tamen in ecclesiasticis viris omnino proscribendi, S. Ambros., XVI, 54.

8° *De ornatu et incessu sacerdotis.* — Ornatus ut sordes pari modo fugiendæ sunt, S. Hieronym., XXII, 535. — Sacerdotes recte et caput prohibentur radere et comam nutrire, S. Gregor. Magn., LXXVII, 856; Taio Cæsaraugust., LXXX, 825. — Non vagis oculis, non infreni lingua, aut petulanti tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant, Isidor. Hispal., LXXXIII, 778; S. Chrodegang., LXXXIX, 1087. — Non oportet clericos comam nutrire, et sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus, Isidor. Hispal., LXXXIV, 583. — Sancitum est ut clericis qui comam nutriunt, ab archidiacono, etsi noluerint, inviti tondeantur, S. Bonifac. Mogunt., LXXXIX, 827. — Ut nullus clericus aut monachus comam laxare præsumat, aut anathema sit, S. Steph. papa, LXXIX, 1023. — Prohibe clericos auro vel sericis uti vestimentis in conspectu domni regis, sed humili habitu incedant, secundum consuetudinem servorum Dei, B. Alcuin, C, 334. Sit tibi vestimentorum moderatus cultus, *ibid.*, 452. Non permittas ullatenus vanitates vestimentorum, *ibid.*, 499. — Intus, forisque non solum habitu et actu, sed etiam ipso incessu irreprehensibiles exsistant, Amal. Met., CV, 920. Vultu hilari sit sacerdos Christi, id., CXIX, 707. — Ut presbyteri sicut ordine sanctiores, ita verbo, incessu et actu sint reverentiores, Herardus, CXXI, 772. — Clericus professionem suam et in habitu et in incessu probet, Isidor. Mercat., CXXX, 346. Clericus ex vestimentorum splendore commendationem quærere non debet, *ibid.* Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat, id., CXXX, 346; CXL, 1069. — Ne clerici laicalibus induantur vestimentis, Regin. Prum., CXXXII, 257; Burchard., CXL, 661; Atto Vercell., CXXXIV, 31. Clerici in vestimentis non quærant decorem, id., CXXXVIII, 410. — Quam detestandus in clericis luxus vestium, Othlon., CXLVI, 357. — Pretiosas vestes habere non delectentur, Petrus de Honestis, CLXIII, 708. — Ne clericus comam nutriat, Ivo Carnot., CLXI, 454.

VI. — *De officiis sacerdotum.*

1° *Debent offerre sacrificium.* — Sacerdotes qui sacrificia Dei quotidie celebramus, S. Cyprian., III, 857. Ab altari et sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cœlestibus rebus et spiritualibus serviant, id., IV, 399. — Tentatis subditis orationem et sacrificiorum subsidia pastores subministrant, S. Gregor. Magn., LXXIX, 209. — Quemadmodum et pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis, B. Alcuin., C, 1052. Sacerdotes sunt, Deo offerendo, *ibid.*, 1094. Sacerdos Græce; Latine dicitur sacrum dans, id est, sanctum sacrificium offerens Deo, id., CI, 1235. — Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ pertinent ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, Haymo. Halberstat., CXVII, 853. Sacerdotis quippe ministerium est altari assistere, *ibid.*, 1044. — Quibus (sacerdotibus) et orandi et sacrificandi juge officium est, Hincm. Rhem., CXXI, 782. — Sacerdotis sacrificaturi officium quale sit, Rupert. abb., CLXIV, 430.

2° *Administrare sacramenta.* — Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, etc., Conc. Carthag., III, 1058, 1060. — Videte ut per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo moriatur, Eutychian., V, 165. — Ad purganda peccata subditorum constitutus est sacerdos, S. Gregor. Magn., LXXIX, 181. — Ut nullus presbyter in propria provincia vel in alia cuiquam infirmo baptismum denegare præsumat, Burchardus, CXL, 736; Ivo Carnot., CLXI, 117. Ut presbyter pœnitentem jussus ab episcopo suo reconciliet, id., CLXI, 857, 866. Baptizando unitati Ecclesiæ incorporant, et omnibus sacramentis usque ad manus impositionem populo Dei ministrant, id., CLXII, 518. — Horum officium est corpus Domini dispensare, baptizare, pœnitentes absolvere, etc., Honor. August., CLXXII, 599.

3° *Prædicare.* — Væ enim nobis erit, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri J. C., quem apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus, S. Felix papa, V, 154. — Unusquisque vestrum, quantum sapit, plebi suæ de Evangelio, vel de Epistola, vel aliqua divina Scriptura, in Dominicis et festivis diebus annuntiet, Eutychian. papa, V, 165. — Ut verbis, simul et meritis vitæ populum sibi creditum ad cœlestem patriam invitent sacerdotes, S. Ambros., XVII, 760. — Tenentur prædicare sacerdotes, S. August. XXXIX, 2287, 2318. Exaltate vocem vestram, ut per omnem terram audiatur sonus vestræ correctionis, increpationis, charitatis et sanctitatis vestræ, id., XL, 1309. — Prædicandi munus solorum sacerdotum esse, S. Leo Magn., LIV, 1039. — Prædicationis officium declinari pertinaciter non debet, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur, S. Gregor. Magn., LXXVII. 20. Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam, *ibid.*, 472. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, frumenta abscondere est prædicationis sanctæ apud se verba retinere, *ibid.*, 96. — Sacerdos in tabernaculum ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, Taio Cæsaraugust., LXXX, 829. — Debet docere sacerdos propter suæ administrationis officium, Julian. Pomer., LIX, 431. Sacerdos cui dispensatio verbi commissa est,

ibid. — Sanguinem ejus Dominus de manu speculatoris requirit quia ipse hunc occidit, quia eum tacendo morti prodidit, S. Gregor. Magn., LXXVI, 909, 911, 1143. — Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram, S. Eligius, LXXXVII, 650. — Ut omnibus festis et diebus Dominicis, unusquisque sacerdos Evangelium Christi prædicet populo, S. Egbert. Eborac., LXXXIX, 381. — Memor esto semper quod guttur tuum tuba Dei debet esse, et lingua tua omnibus præco salutis, B. Alcuin., C, 151. Sacerdos vero Dei et voluntatis illius prædicator debet esse in populum, *ibid.*, 223. Vestrum est omnibus prædicare verbum Dei, *ibid.*, 492. Os vestrum tuba debet esse Dei, *ibid.* — Prædica verbum, insta opportune, importune, Amal. Met., CV, 842. Sacerdos semper vocem prædicationis habeat, *ibid.*, 857. — Prædicationi debent semper insistere, Haymo, CXVII, 602. Ut ipsi sacerdotes verbo et exemplo omnibus prædicent, id., CXXXVIII, 626. — Præcipimus vobis ut unusquisque vestrum super duas seu tres hebdomadas, diebus Dominicis seu festivitatibus sanctorum, populum sibi commissum doctrinis salutiferis ex sacra Scriptura sumptis in Ecclesia sibi commissa post Evangelium perlectum instruere studeat, Burchard., CXL, 666, 1069; CLXI, 503. Væ mihi si non evangelizavero, id., CXLVIII, 1136. — Officium est sacerdotis prædicare, Hildebert., CLXXI, 767. Quos debent verbo et exemplo a peccatis retrahere, *ibid.*, 930. — Horum officium est prædicare, etc., Honor. August., CLXXII, 599. — Pastores boni oves pascere debent prædicatione, operatione et oratione, Ven. Godefrid., CLXXIV, 323. — Ite igitur prædicando, nolite ire peccando, Hugo de S. Vict., CLXXVII, 944. — Oportet siquidem quod sacerdos sit in prædicatione sollicitus, etc., Petrus Bles., CCVII, 725.

4° *Docere, increpare, admonere, defendere, revocare, visitare, colligere, mori*, etc. — Certe quidem bonus pastor animam pro pecoribus ponit, Tertull., II, 113. Quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, oportet ita fieri pro eo et a nobis, nec tantum pro ipso, imo etiam pro fratribus propter ipsum, *ibid.*, 116. — Fovendis et conservandis ovibus providere, S. Cyprian., III, 996. Colligere et refovere Christi oves, *ibid.* Commendatas sibi oves fovere debent, id., IV, 257. Quod errabat non revocastis, et quod periit non inquisistis, id., III, 859. Nobis incumbit custodire gregem, id., IV, 225. Discordes ad concordiam revocet, viduas defendat, Eutychian. papa, V, 165. Jejunium quatuor Temporum et Rogationum et litaniæ majoris, plebibus vestris omnibus modis observandum indicite, *ibid.*, 165. Diem Dominicum et alias festivitates absque servili opere a vespera in vesperam celebrare docete, *ibid.*, 166. — Sacerdotum est proprie, non solum docere, sed et facere legem, quare, S. Hieronym., XXIV, 783. Sacerdotum esse officii, de lege interroganti respondere, *ibid.*, 1406. Sacerdotis quoque officium est docere populum, id., XXV, 441. Ut pascant gregem Domini, id., XXII, 538.— Pastores non negligant ovium infirmitatem, S. August., XXXVIII, 272. Hominibus illuminandis præbeant lucem verbi veritatis, *ibid.* Quod infirmum est non confortastis, etc., *ibid.* Errantes oves revocare tenentur pastores, *ibid.*, 278. Ipse pastor in ea ubique quærit errantes, confortat infirmos, curat languidos, alligat confractos, *ibid.*, 280. Officium pastoris, pascere oves, *ibid.*, 796. Nobis vere incumbit cæteris subvenire, ne descendant in profundum quasi lapis, id., XL, 1310. Ut doceant populum et admoneant, et viam veritatis annuntient, *ibid.*, 1347. Pascamus oves nostras, *ibid.*, 1317. — Docere et admonere subditos, S. Greg. Magn., LXXVII, 50. Stude in culpa lapsos eruere, *ibid.*, 914. Pastores tentatis subditis compatiantur, id., LXXIX, 317. — Curet pastor ovem suam, ei injungat interesse Missæ sacrificio diebus solemnibus et Dominicis, S. Sonnatius, LXXX, 443. — Increpare debet peccatorem sacerdos, Julian. Pom., LIX, 435. Grex Domini sacerdotibus pascendus tuendusque commissus est, *ibid.* — In pravis actibus jacent, et correptionis manum non tendimus, S. Greg. Magn., LXXVI, 1146. Ad aliorum correctionem posuit sacerdotes, *ibid.* Subditorum culpas prudenter et humiliter corrigat pastor, *ibid.*, 318. Ut potens sit eos qui contradicunt redarguere, id., LXXVII, 472. Vigilemus ne quid pereat, *ibid.*, 590. — Atrociter arguuntur qui peccantem non recipiunt, sed despiciunt et spernunt, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 715. — Pusillanimes consolamini, humiles roborate, errantes in viam veritatis reducite, ignorantes instruite, B. Alcuin., C, 155. Sit sacerdotalis auctoritas in castigandis reprobis, *ibid.*, 243. Sit benigna sollicitudo in refovendis humilibus, *ibid.* Ubi est charitas, si errantem corrigere non curas? *ibid.*, 248. Superbos et contumaces duris increpationibus castiget, *ibid.*, 450. Humiles et quietos piis exhortationibus refoveat, *ibid.* Admoneas adolescentulos qui tecum sunt de castitate corporis sui, de confessione peccatorum suorum, de assiduitate discendi, de conversatione sobria, etc., *ibid.*, 459. — Quod infirmum est non consolidant, et quod ægrotum non sanant, S. Agobard., CIV, 197. Ut omnis pastor non sibi, sed Domino nutriat et erudiat atque corripiat in disciplina et timore Domini subditos, *ibid.* — Oppressis defensio tua subveniat, Lib., CV, 85. — Esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, etc., Amal. Met., CV, 831. — Tribus temporibus anni, id est Natali Domini, Pascha et Pentecoste, omnes fideles ad communionem corporis et sanguinis Domini accedere admoneat, Regino Prum., CXXXII, 189. Diem Dominicum et alias festivitates absque opere servili a vespera in vesperam celebrare doceat, *ibid.*, 190. — Ut mortuos sepeliant pœnitentes, Atto Vercell., CXXXIV, 46. Sacerdotes populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, *ibid.*, 83. — Infirmos visitate, et eos reconciliate, etc., Rather. Veron., CXXXVI, 560. Ut sacerdotes juventutem sedulo doceant, id., CXXXVIII, 502. — Ut omnis presbyter in diebus festis populum admoneat quas preces ad Deum fundere debeat, Burchardus, CXL, 638. Ut presbyteri plebibus annuntient qui dies sint feriandi per annum, *ibid.*, 640. Ut presbyteri cum festivitates annuntiant, vigiliarum non obliviscantur, *ibid.* — Ut presbyteri populum admoneant ut suos infantulos ad confirmationem episcopo præsentent, Ivo Carnot., CLXI, 120. Infirmos visitent, mortuos sepeliant, *ibid.* 440. Quæ admonere debeant presbyteri, *ibid.*, 481 — Argue rebelles publice, observa obedientes, increpa minus obedientes, Hildebert., CLXXI, 917. — Bonorum pastorum est docere, S. Bernard., CLXXX, 855.

5° *Orare*. — Sacerdoti semper orandum est, S. Hieronym., XXIII, 257. — Post opera exteriora quæ peragunt semper ad sinum contemplationis recurrunt, S. Greg. Magn., LXXVI, 527.—Pro peccatis omnium velut pro suis irrefragabiliter supplicant Deo, Carol. Magn., XCVII, 612; XCIX, 963. — Intercessor ad Deum pro populo, quasi mediator inter Deum et homines, B. Alcuin., C, 223. Vigiliis et orationibus insta, *ibid.*, 453. — Quod lectioni et orationi assidue vacandum sit, Theodulf., CV, 193. — Ut horas canonicas, tam nocturnas quam diurnas, nullatenus prætermittant, Hetto Basil., CV, 768. Vigiliis, jejuniis, orationibus incumbere, Amal. Met., CV, 831. Ut horis canonicis divinum Officium devotissime expleant, *ibid.*, 920.— Oportet sacerdotes Dei assiduitatem habere legendi et instantiam orandi, hæc sunt arma, lectio videlicet et oratio, quibus diabolus expugnatur, Rodulf. Bituric., CXIX, 707. Ut horas canonicas diurnas vel nocturnas custodiant, et ut Psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur, *ibid.* — Si nocturnis horis ad matutinas laudes persolvendas omni nocte surgat. Regino Prum., CXXXII, 188. Si primam, tertiam, sextam, nonam certo tempore signo Ecclesiæ denuntiet et cursum debitum cantet, *ibid.* Ut omnis presbyter horas canonicas solemniter persolvat, *ibid.*, 229. — Omni nocte ad nocturnas surgite, Rather. Veron., CXXXII, 559. — Pensum servitutis suæ canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persolvat, Burchardus, CXL, 644. Ut sacerdotes ad tempus orationibus vacent, antequam sacrificent, *ibid.*, 721.— Pasce oratione, ut pro illis intercedas quorum anima tibi commissa est, S. Petrus Damian., CXLIV, 651. — Sacerdotes suis precibus peccata populi delere atque consumere, Ivo Carnot., CLXI, 175. Horas canonicas non negligenter, sed cum omni religione pariter celebrent, *ibid.*, 441. — Similiter sacerdotis est precibus placare Dei indignationem, Hildebert., CLXXI, 774. — Preces populi Deo offerant pro peccatoribus intercedendo, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 429. — Sacerdotis est non bellis sed orationibus vacare, Gratianus, CLXXXVII, 200. Corripiantur clerici, qui officiis matutinis vel vespertinis se subtrahunt, *ibid.*, 427. — Orare pro populo, Absalo, CCXI, 1113.

6° *Studere*. — Studiose quotidie sacri eloquii præcepta meditetur, S. Gregor. Magn., LXXVII, 48. — Necesse est igitur ut qui ad officium prædicationis excubant, a sacræ lectionis studio non recedant, Taio Cæsaraugust., LXXX, 822. — Lectio sanctæ Scripturæ sæpius tuis reperiatur in manibus, ut ex illa te saturare et alios pascere valeas, B. Alcuin., C, 153. Lectionis studium nullatenus dimitte, sed habeas tales juvenes apud te qui semper discant, *ibid.*, 244. Nunquam sacra lectio temporibus opportunis de manibus recedat tuis, vices suas habeant lectio et oratio, *ibid.*, 248. Evangelicis maxime studeas lectionibus, et canonicis sanctarum Scripturarum inservire eruditionibus, quia te decet meditatio divinæ legis, *ibid.*, 451. — Quod lectioni et orationi assidue vacandum

sit, Theodulf., CV, 193. — Cujus præ cæteris speciale officium est, Scripturas legere, percurrere canones, Amal. Met., CV, 831. Necesse est igitur ut qui ad officium prædicationis excubant, a sacræ lectionis studio non recedant, *ibid.*, 845. Tu quidem divinas Scripturas sæpius lege, imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur, *ibid.*, 884. Disce quod doceas, *ibid.* Ama scientiam Scripturarum, carois vitia non amabis, *ibid.*, 887. — Oportet sacerdotes Dei assiduitatem habere legendi et instantiam orandi, Riculf. Bituric., CXIX, 707. Et si quando a lectione vel oratione cessatur, debet manuum operatio subsequi, *ibid.* — Quod clericos orare et legere, ac manibus laborare instanter conveniat, Atto Vercell., CXXXIV, 59. Sacerdos incumbat libris suis, sicut ordinem ipsius decet, id., CXXXVIII, 503. — Quod presbyteri assidue legere debeant, Burchardus, CXL, 615; Ivo Carnot., CLXI, 486. — Lectioni et orationi sine intermissione incumbant, Petrus de Honestis, CLXIII, 709.

7° *Assidue commorari in parochia.* — Tempore persecutionis fugere non debent ipsi auctores, id est, ipsi diaconi, presbyteri et episcopi, Tertull., II, 113. — Presbyter propriam Ecclesiam non derelinquat insciente episcopo, Isidorus Mercat., CXXX, 583. Quod minime clericis in aliam civitatem transmigrare liceat, nisi eis qui pro persecutione proprias amiserint civitates, *ibid.*, 312. Docemus etiam, ut nullus presbyter sponte Ecclesiam deserat, cui consecratus erat, sed habeat eam pro legitima conjuge, CXXXVIII, 499.

8° *Ecclesiæ curam habere.* — Cantus et choreas mulierum et ludos joculatorios et cantiones in Ecclesia et in atrio fieri prohibete, Eutychian. papa, V. — Sacerdoti maxime convenit ornare Dei templum honore congruo, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat, S. Ambros., XVI, 133. — Ut admoneant populum presbyteri, ne in Ecclesia contentionibus et verbositatibus deserviant, Carol. Magn., XCVII, 816. — Cantus et choros mulierum in atrio omnino prohibete, Leo papa IV, CXV, 681. — Si plebem admoneat ut in atrio Ecclesiæ nequaquam cantent, aut choros mulierum ducant, Regino Prum., CXXXII, 190. — Ut presbyteri plebes admoneant ut linteamina altaris præparent, Burchard., CXL, 695; Ivo Carnot., CLXI, 216.

VII. — *De scientia sacerdotis.*

Aquas, queis populi mentes riget, colligat sacerdos, S. Ambros., XVI, 880. Imple gremium mentis tuæ, *ibid.* Nos (sacerdotes) sumus interpretes fidei, *ibid.*, 1176. — Sacerdotis est scire legem, et ad interrogationem respondere de lege, S. Hieronym., XXV, 1406. Ut possint docere sacerdotes quod didicerint, et augeant scientiam magis quam opes, *ibid.*, 1407. Divinas Scripturas sæpius lege, imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur, id., XXII, 533. Nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, et sacramentorum Dei tui eruditissimum, *ibid.*, 531. Præcipuam debere esse in sacerdotibus legis doctrinæque notitiam, *ibid.*, 609. Quod autem doctrina a sacerdotibus expetatur, *ibid.*, 663. — Vos estis lumen mundi, S. August., XXXIV, 1237, 1681. Caveat spiritualis judex, ut sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ, id., XL, 1129. Oportet ut sciat cognoscere quod debet judicare, *ibid.* Vos estis lux mundi, lucerna accensa, civitas in monte posita, lignum scientiæ in medio paradisi positum, *ibid.*, 1299. Oculus sitis cæco, et pes claudo, *ibid.*, 1301. — Discernendi a plebe vel cæteris sumus doctrina, non veste, S. Cœlest. papa, I., 431. — Nam si vix in laicis tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in eis qui præsunt, nec excusatione est digna nec venia, S. Leo Magnus, LIV, 867. — Quod nulli sacerdoti canones liceat ignorare, Dionysius Exig., LXVII, 277. — Labia sacerdotis custodiunt scientiam, Vigilius papa, LXIX, 51; S. Greg. Magn., LXXVI, 1698. Decet ut sacerdotum pectora plenitudine scientiæ sint referta, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1145. Qui ea quæ sunt Domini nesciunt, a Domino nesciuntur, id., LXXVII, 15. Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt, *ibid.* Dominus in sublimibus prædicatorum suorum mentibus ascendit, et scientiæ suæ altitudinem ponit, id., LXXIX, 45. Pulcher est aspectu doctor propter scientiam decora facie, *ibid.*, 456. — Indocti et imperiti a tali officio retrahuntur, S Isid. Hispal., LXXXIII, 707. Sacerdotes indocti improbantur, *ibid.* Tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor, *ibid.* Quid docere poterit, cum ipse non didicit, *ibid.*, 784, 785. Ut sacerdotes Scripturarum sanctarum et canonum cognitionem habeant, id., LXXXIV, 374. — Scientiam Scripturarum semper exquirite, S. Eligius, LXXXVII, 610. Sacerdos scientiam custodiens et legis Dei præcepta plebi annuntians angelus Domini exercituum est, id., XCVI, 1484. — Ut nulli sacerdotum liceat ignorare sanctorum canonum instituta, Carol. Magn., XCVII, 238. Si sacerdos est, sciat legem Domini; si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem, *ibid.*, 605. Sacerdotis est scire legem et ad interrogationem respondere de lege, *ibid.* Ut nullus sacerdos canones ignoret, *ibid.*, 708. Nemo fiat clericus, nisi qui bonum testimonium habet, et litteratus est, *ibid.*, 764. — Luminaria sanctæ Dei Ecclesiæ sunt sacerdotes, B. Alcuin., C, 154. — Interroga presbyteros tuos, et dicent tibi, S. Benedict., CIII, 487. — Quia tu scientiam repulisti, repellam te et ego, ne sacerdotio fungaris mihi, S. Agobard., CIV, 145. — Ut sciant sacerdotes quid sit sacramentum baptismatis, et confirmationis, et quale sit mysterium corporis et sanguinis Domini, Hetto, CV, 763. Ut sciant tempora legitima ad baptizandum in anno, *ibid.* Ut sciant tempora feriandi per annum, *ibid.*, 764. — Cui etiam scientia Scripturarum necessaria est, Amal. Met., CV, 830. Quod autem doctrina a sacerdotibus appetatur, et veteris præcepta sunt legis, et ad Titum plenius scribitur, *ibid.*, 835. Cum lumen scientiæ perdunt qui præsunt, profecto ad portanda peccatorum onera curvantur qui sequuntur, *ibid.*, 848. Indocti ab officio sacerdotali retrahuntur, *ibid.*, 850. Nescierunt, universi canes muti, non valentes latrare. *ibid.* Majoris scientiæ habere debet gratiam sacerdos, *ibid.*, 859. Per prophetam Dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur, *ibid.*, 860. — Ad sacerdotem disciplina pertinet, ut interrogatus de lege respondeat, Haymo Halberstat., CXVII, 281. Reginæ sunt doctores sanctæ Ecclesiæ quare, *ibid.*, 338. — Sacerdotes claves scientiæ tenent, Nicolaus papa, CXIX, 981. — Ut presbyteri discant expositionem symboli et orationis Dominicæ, etc. cum symbolo Athanasii, Hincm. Rhemens., CXXIV, 773. — Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet quod ipsi instructi sint; de anima enim agitur hominum, Isidor. Mercat., CXXX, 21. Debet ergo ipse qui docet esse eruditus et doctus, *ibid.* Sacerdotes doctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus, *ibid.*, 29. Ut nemo illitteratus ad clerum promoveatur, *ibid.*, 944. Discere quisque debet antequam doceat, *ibid.*, 1042. — Ignorantes legem Dei, eam aliis annuntiare et prædicare non possunt, Riculf. Suession., CXXXI, 16. — Expositionem Symboli atque orationis Dominicæ juxta traditionem orthodoxorum Patrum penes se scriptam habeat, et eam pleniter intelligat, Regin. Prum., CXXXII, 191. Si orationes Missarum, Præfationem quoque Canonis, et eumdem canonem bene intelligat, et memoriter ac distincte proferre valeat, *ibid.* Si Epistolam et Evangelium bene legere possit, *ibid.* Si Psalmorum verba et distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat, *ibid.* Symbolum S. Athanasii memoriter teneat et sensum illius intelligat, *ibid.* Sciat baptizare, etc., *ibid.* — Si memoriter teneat exorcismos et benedictiones salis et aquæ, Regino Prum., CXXXII, 191. Si computum minorem id est epactas, terminos paschales sapiat, *ibid.* — Ignorantia mater cunctorum errorum maxime sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Atto Vercell., CXXXIV, 29. Sciant igitur sacerdotes Scripturas et canones, *ibid.* Fidem catholicam omnes presbyteri memoriter teneant, *ibid.* Si quis autem ignorat, ignorabitur, id., CXXXIV, 81. — Orationes Missarum et canonum bene intelligat, et si non, saltem memoriter ac distincte proferre valeat, Rather. Veron., CXXXVI, 563. Epistolam et Evangelium bene legere possit, *ibid.*, 564. Psalmorum verba et distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat, *ibid.* Ut nemo litterarum nesciens, promoveatur ad clerum, id., CXXXIX, 401. — Quæ presbyteri necessario discere et scire debeant, Burchardus, CXL, 625. Quod omnes sacerdotes Domini oportet doceri, ut cæteros instruant, et sibi proficiant, *ibid.*, 631. Ut presbyter illitteratus Missam celebrare non audeat, *ibid.*, 759. — Doceantur presbyteri sacras orationes et ecclesiasticos canones, S. Abbo, CXXXIX, 451. — Necessitas scientiæ in sacerdote, S. Petrus Dam., CXLV, 498. Per pseudo-sacerdotum ignorantiam, qui docere populum Dei nesciunt, quid fiat, *ibid.* Quod imperiti non sunt ad sacerdotium promovendi, *ibid.*, 499. — Quod intolerabilis est inscientia in sacerdotibus, S. Anselm. Luc., CXLIX, 515. Quod oportet presbyteros et diaconos scire omnia quæ sunt Ecclesiæ, *ibid.*, 517. — De presbytero qui grammaticam ignorabat, et tamen in Trinitate baptizabat, Ivo Carnot., CLXI, 116. Ut clerici ab episcopis suis canones discant, *ibid.*, 498. Ut unusquisque presbyter octo principalia vitia per ordinem sciat, *ibid.*, 885. Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis

evangeliis, comœdias legunt, *ibid.*, 1114. B. Hieronymus ab angelo verberatur, quod Ciceronis librum legebat, *ibid.* Non prohibeantur clerici sæculares litteras legere, *ibid.*, 1115, 1116. Si plenitudine scientiæ, quam planeta significat, cumuletur, id., CLXII, 526. — Decet ut sacerdotum pectora plenitudine scientiæ sint referta, Rupertus, CLXVII, 1169. — Necessitas scientiæ in sacerdote, Hildebertus, CLXXI, 766. De ore eorum requirent alii scientiam, *ibid.*, 773. Sacerdotem sine doctrina lex occidit, *ibid.*, 789. Studete et laborate ut sit in vobis scientia, *ibid.*, 821. Ut litteras noscat, *ibid.*, 927. Qui docere debet, sententiam quam decet, habere oportet, *ibid.*, 594. Magnæ temeritatis est, si accipit sacerdotium, si non habet scientiæ donum. *ibid.* Qui sine scientia vult regere populum Domini, est quasi cæcus qui cæcum ducit, *ibid.*, 595. — Scientia in ecclesiasticis est admodum necessaria, Ven. Godefridus, CLXXIV, 738. — In prædicatore requiritur perfectio scientiæ, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 845. — Labia sacerdotum custodire debent scientiam, S. Bernardus, CLXXXII, 42. — Sacerdotis est legis scientiam habere, Gratianus, CLXXXVII, 200. Quum itaque voluntaria ignorantia omnibus noxia sit, sacerdotibus est periculosa, *ibid.*, 207. Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum, *ibid*, 209. Non aspiret ad summum sacerdotium qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus, *ibid.*, 313. — De scientia clericorum, Philipp. de Harveng., CCIII., 693.

VIII — *De onere pastorali, et præmio.*

PETILIANI. Vid. *Donatistæ.*
PETRAGORICI, Heribert. monach., CLXXXI, 1721.
PETROBRUSIANI (Petrus de Bruys), Petrus Vener., CLXXXIX, 719.
PHANTASMASIASTÆ, S. Avitus Vienn. episc., LIX, 300.
PHARISÆI, S. Philast., XII, 1119; S. Isidor. Hisp., LXXXII, 297. — *Patrolog. græc.*, S. Epiph., XLI, 247.
PHILOSOPHI in genere, Tertull., II, 646; Zacchæus Christianus, XX, 1071.
PHILUMENE Marcionis meretrix, Tertullian., II, 18, 71, 765, 791; S. Hieronym., XXII, 1153; XXV, 1232.
PHOTINIANI (a Photino Ebionis discipulo), S. Hilarius, IX, 453; X, 41, 52, 65, 200, 205; S. Philastrius, XII, 1179; S. Damasus papa, XIII, 359; S. August., XLII, 34; Vincentius Lirinens. Commonitorium cap. 216, T. L.; S. Isidor. Hisp., LXXXII, 301.
PHOTIUS, Nicolaus I papa, CXIX, 773 et passim.
PITHOBIBLISTÆ, S. Philast., XII, 1280.
PLANETIS septem (de), error, S. Philast., XII, 1237.
PNEUMATISTÆ, S. Philast., XII, 1292.
PNEUMATOMACHI Vid. *Macedoniani.*
PORPHYRIUS, S. Hieronym., XXII, 502, 666, 923; XXIII, 691, 939; XXIV, 66, 339, 513; XXV, 491, 504, 533, 573; XXVI, 310.
PORRETANI. Vid. *Gilbertus Porretanus.*
PRAXEAS, Tertull., II, 74, 154; S. Hieronym., XXIII, 180.
PRISCA Montani alia meretrix, S. Hieronym., XXII, 1153; XXV, 57, 1232.
PRISCILLIANISTÆ, S. Hieronym., XXII, 10, 1085, 1150, 1153; XXIII, 496; Orosius Paulus, XXXI, 1211; S. Aug., XXXIII, 1034; XLII, 44, 669; S. Leo Mag. papa, LIV, 677; S. Turribius episc., Astur., LIV, 693; Montanus Tolet. episc., LXV, 51; S. Isidorus Hispalens., LXXXII, 303.
PRÆDESTINIANI, Anonymus, LIII, 587. Vid. *Gottescalcus.*
PROCLIANITÆ, S. Philast., XII, 1170; S. Aug., XLII, 42.
PROPHETIS FALSIS (de) hæresis, S. Philast., XII, 1189.
PROTOCLISTÆ, Vid. *Origenistæ.*
PROTOPASCHITÆ. Vid. *Quartodecimani.*
PSALTERII inæqualitate (de) hæresis, S. Philastrius, XII, 1259.

Ptolomæus, S. Philastrius, XII, 1157; S. Aug., XLII, 28. — *Patrologia græca*, S. Epiphanius, XLI, 555.
Puteoritæ, S. Philastrius, XII, 1136.
Pythonissa muliere (de) hæresis, S. Philast., XII, 1135.

R

Ranicolæ, S. Philastrius, XII, 1124.
Rebaptistæ, 255. — Variorum anonymorumque monumenta pseudodoxa in quæstione de rebaptizandis hæreticis, III, 1009.
Remphanitæ seu *Molochitæ*, S. Philast., XII, 1129.
Rhetorii, S. Aug., XLII, 44; S. Philast., XII, 1202.
Roscelinus philosophus (1092), S. Anselm. Cantuar. archiepisc., CLVIII, 259; S. Ivo Carnot., CLXII, 17.
Rufinus, S. Hieronym., XXII, 336; XXXIII, 397.

S

Sabelliani (a Sabellio III sæc.), Novatianus presbyt. Roman., III, 936, 940; S. Dionysius pap. I, V, 109; S. Hilarius, X, 26, 41, 52, 65, 165, 200, 203, 205, 232, 706; S. Philastrius, XII, 1168; S. August., XLII, 32; S. Isidorus Hispalens., LXXXII, 301; S. Petrus Damian., CXLV, 23. — *Patrolog. græc.*, S. Epiph., XLI, 1011.
Sabuæi. — *Patrol. græc.*, S. Epiph., XLI, 234.
Saciani. Vid. *Anthropomorphitæ*.
Sadducæi, S. Philast., XII, 1118; S. Isidorus Hispal., LXXXII, 297. — *Patrol. græc.*, S. Epiph., XLI, 239.
Samaritæ seu *Samaritani*, S. Philast., XII, 1120; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 298. — *Patrolog. græca*, S. Epiph., XLI, 170, 223.
Sampsæi, Schamsæi, S. Aug., XLII, 31. — *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 959.
Sarraceni, Petrus Vener., CLXXXIX, 659.
Saturniani (a Saturnino), Tertull., II, 686; S. Philast., XII, 1142; S. Aug., XLII, 26. — *Patrolog. græc.*, S. Irenæus, VII, 129; S. Epiphan., XLII, 293.
Schismatici quidam, Ennodius Ticin. episc., LXIII, 183.
Scotus Erigena, Prudentius Trecens. episc., CXV, 1009; Florus Lugd. diac., CXIX, 101; Adrevaldus Floriac. monac., CXXIV, 948.
Scribæ, *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 242.
Scythismus, *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 166.
Secundiani (a Secundo), S. Philast., XII, 1158; S. Aug., XLII, 28. — *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 543; S. Irenæus, VII, 103.
Seleuciani (a Seleuco), S. Philast., XII, 1169; S. Aug., XLII, 41.
Semi-Ariani, S. Philast., XII, 1181; S. Aug., XLII, 39.
Septuaginta duorum interpretationem hæresis rejiciens, S. Philast., XII, 1276, 1279.
Serpentis ænei cultus hæreticus, S. Philast., XII, 1131.
Sethiani seu *Sethoitæ* II sæc., Tertullian., II, 65, 66; S. Philast., XII, 1116; S. Hieronym., XXIII, 178; S. Aug., XLII, 29; S. Isidorus Hispal., LXXXII, 299. — *Patrolog. græc.*, S. Irenæus, VII, 167; S. Epiphan., XLI, 666.
Severiani (a Severo), S. Aug., XLII, 30; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 300. — *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 831.
Sideribus et pecoribus (de) hæreses, S. Philast., XII, 1216.
Simoniani (a Simone mago), Tertull., I, 346, 672; II, 46, 62, 708, 749; S. Cyprian. de Baptismo, IV; S. Philast., XII, 1138; S. Hieronym., XXII, 1155; XXIII, 178, 281, 607; XXIV, 527; XXV, 127; S. Aug., XLII, 25; S. Isidorus Hispal., LXXXII, 298. — *Patrol. græc.*, S. Irenæus, VII, 117; S. Epiphan., XLI, 286.
Simoniaci (a Simone), Humbert. cardin. Silvæ candidæ episc., CXLIII, 1005.
Spiritu Sancto (de) hæresis, S. Philast., XII, 1198
Stellis cœlo infixis (de), S. Philast., XII, 1264.
Symmachiani, S. Philast., XII, 1177.
Symmachistæ, S. Philast., XII, 1280.
Symmachus ethnicus, Aurel. Prudent., LX, 118.

T

Tatiani (a Tatiano) seu *Encratitæ*, *Continentes*, *Severiani*, S. Philastrius, XII, 1196; S. Hieronym., XXIII, 309; S. Aug., XLII, 30; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 300. — *Patrolog. græc.*, S. Irenæus, VII, 160; S. Epiphan., XLI, 835.
Tempore ultimo (de) hæresis, S. Philast., XII, 1228.
Terram beatitudinis hæresis ignorans ac reprobans, S. Philast., XII, 1207.
Tertullianistæ, S. Aug., XLII, 46; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 303.
Tessaracædecatitæ, seu *Quatuordecimani*, S. Philast., XII, 1173; S. Aug., XLII, 31; S. Isidorus Hispalens., LXXXII, 303; S. Aldhelmus Schireburg. episc., LXXXIX, 87.
Testamenti veteris multa reprobans hæresis, S. Philast., XII, 1265.
Tetraditæ. Vid. *Patripassiani*.
Thammus simulacro (de) hæresis, S. Philast., XII, 1133.
Themistius, philosoph. ethnicus, Juliani Apostatæ amicus, Aurel. Cassiodor., LXIX, 1118.
Theodotiani (a Theodoto Byzantino), S. Philast., XII, 1166; S. Hieronym., XXIII, 202; S. Aug., XLII, 31; S. Isidorus Hispal., LXXXII, 304. — *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 962.
Theodotionistæ (a Theodotione), S. Philast., XII, 1280.
Theopaschitæ. Vid. *Patripassiani*.
Theotimus, II sæc., Tertull., II, 546, 538.
Tophetitæ (Tophet), S. Philast., XII, 1129.
Trismegisti hæresis de pecoribus et sideribus, S. Philast., XII, 1216.
Troglodytæ, S. Philast., XII, 1126.
Tropitæ, S. Philast., XII, 1184.
Tunicis pelliceis (de) protoparentum hæreses, S. Philast., XII, 1240.

U

Uxoribus et concubinis Salomonis (de) hæresis, S. Philast., XII, 1289

V

Vadiani, S. Aug., XLII, 39.
Valentiniani (a Valentino) II sæc., Tertull., II, 42; S. Hilarius Pict., X, 162; S. Philast., XII, 1155; S. Hieronym., XXIII, 182, 376, 1073; XXIV, 775; XXV, 1018, 1105; S. Aug., XLII, 27; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 299; S. Irenæus, VII, 23; S. Epiph., XLI, 474.
Valesii, S. Aug., XLII, 32; *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 1010.
Vigilantius, S. Hieronym., XXII, 602, 906; XXIII, 337-352.

W

Waldenses, Bernardus abb. Fontis calidi, CCIV, 793; Alanus de Insulis, CCX, 305.
Wandali Ariani, Victor Vitens. episc., LVIII, 181; S. Fulgentius Ruspens. episc., LXV, 103, 223.

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS

HÆRESEON VEL SECTARUM PRÆCIPUARUM A TEMPORIBUS APOSTOLORUM PER SINGULA SÆCULA USQUE AD SÆCULUM XIII DEDUCTARUM.

Hæreses sæculo primo exortæ.

Simoniani. — Primus qui hæresis pestem in orbem invexit, fuit Simon Magus, e Samaria oriundus. Cum a Philippo baptizatus fuisset, et videret Spiritum sanctum in eos quibus manus imponebant apostoli, illabi, oblata pecunia voluit ab apostolis potestatem emere similiter conferendi Spiritum sanctum; quo facto labis, ab ipso dictæ Simoniacæ, primum jecit fundamentum. Contendebat 1. se esse magnam virtutem Dei, imo Deum ipsum, qui in Samaria apparuerit ut Pater, in Judæa ut Filius, in gentibus ut Spiritus sanctus; 2. Christum vere non

venisse, nec realiter esse passum, sed solum apparenter; 3. vagam quamdam mulierculam, nomine Helenam, cum qua clam omni se libidinum genere polluebat, jam blasphemabat esse Spiritum sanctum, jam fabulabatur esse Minervam, et sub hujus simulacro suis discipulis præbebat adorandam, sicut seipsum sub simulacro Jovis; 4. legem dicebat non a Deo, sed a sinistra quadam intelligentia latam fuisse, unde duos fingebat deos; 5. omni sublata lege, ac bonis operibus eliminatis, velut minime necessariis, amplam suis cultoribus ad omne scelus impune patrandum viam aperiebat, speciatim vero indifferentem feminarum usum permittebat; 6. negabat carnis resurrectionem cum Sadducæis, metempsychosin vero cum Pythagoricis adstruebat. Postquam hos errores per varias orbis partes circumtulisset, multisque falsis signis, ope dæmonum perpetratis, persuadere studuisset, tandem Romam venit, ubi cum eorumdem ope in cœlos evolare tentaret, quo se verum Deum probaret, precibus S. Petri præceps ruit, et confractis ossibus, animam exhalans ad inferna descendit. Simeonis discipuli vel successores fuere postea Menander, a quo Menandriani; Saturninus a quo Saturniani; Basilides, a quo Basilidiani, qui easdem insanias propagarunt et adauxerunt.

Nicolaitæ. — Errabant 1. in eo quod docerent, mundum non esse factum a Deo, sed a quibusdam principibus quos exprimebant nominibus barbaris ac horrendis, quibus terrorem suis auditoribus incuterent; 2. indifferentem feminarum usum indulgebant; 3. docebant licere sectari, 4. et vesci idolothytis.

Cerinthiani. — Sic nuncupati a Cerintho, qui ex Judæo factus Christianus, cum baptismo circumcisionem, velut ad salutem necessariam, volens esse jungendam, varias contra Christi discipulos excitavit contentiones. Capitalis autem ipsius error in eo stetit, quod Jesum a Christo distingueret, diceretque illum non de virgine, sed de muliere, maritali commercio intercedente, conceptum ac natum esse; Christum vero, seu Spiritum sanctum sub columbæ specie in eum descendisse, eique sanctitatem, et vim aliis eam communicandi patrandique miracula tribuisse. Addebat Christo in cœlum reverso, solum Jesum passum ac mortuum esse.

Ebionitæ. — Ebionitæ, seu Ebionæi, sic appellati ab Ebione quodam ejus sectæ auctore, apostolis coævo, docebant: 1. Christum esse purum hominem ex Josephi et Mariæ concubitu, more hominum aliorum, progenitum; 2. Circumcisionem et alia legalia post Christum adhuc esse servanda; 3. virginitatem a suis cœtibus repellebant; 4. uxorum pluralitatem permittebant.

Hæreses sæculi II.

Gnostici. — Sic dicti fuere a rerum omnium γνώσει, sive scientia, quam sibi præ cæteris superbe arrogabant. Eorum auctor præcipuus fuit quidam Carpocrates, vel Carpocras nomine, a quo etiam dicti Carpocratiani. Delirabant præcipue in sequentibus capitibus: 1. Duos admittebant deos; 2. dicebant mundum non esse factum a Deo, sed ab angelis; 3. contendebant Christum non esse de Maria natum, sed per illam ostensum, et hinc sanctam Dei genitricem ludibrio habebant; ipsum vero Christum non habere carnem, nisi apparenter talem; 4. duas in homine animas fingebant, alteram bonam et ratione præditam, alteram malam et rationis expertem, illamque, non autem istam volebant esse de Dei substantia; 5. metempsychosin admittebant, resurrectionem et judicium futurum negabant; 6. dicebant licitum esse Christiano negare Christum ad vitanda tormenta; 7. Jejunia et castitatem aversabantur.

Valentiniani. — Sic nuncupati a quodam Valentino, qui indignatione spirituque vindictæ accensus, Ecclesiam oppugnavit erroribus, quorum summarium his capitibus præcipuis absolvitur: 1. Duo statuebat prima principia: profundum et silentium, sive chaos, velut primos duos deos, quorum alterum masculum, alterum feminam dicebat; atque ex his duobus, velut ex conjugio, seu immediate, seu mediate processisse Æonas triginta, e quibus 15 mares, et totidem feminas. 2. Triplex fingebat hominum genus, pneumaticum, seu spirituale; psychicum, seu animale; et hyginum aut choicum, seu materiale. Primo hominum generi, cujusmodi se Valentiniani omnes esse credebant, tribuebat animam sua natura bonam, et nullis sceleribus, quæ impune ipsi liceret, contaminandam; atque ideo ejus generis hominem aliquando resurrecturum aiebat, sed cum alio corpore, nempe spirituali, et certo salvandum. Alteri generi tribuebat animam boni maliquæ capacem, et pro diversa vivendi ratione salvari damnarive posse contendebat. Postremo denique generi animam natura malam inesse aiebat, et ad exitium conditum esse asserebat ea ratione, ut cum corpore simul et anima interiret. 3. Docebat propter medii generis homines Christum a Patre, id est, a Profundo missum esse, sed spirituale vel cœleste corpus secum attulisse; adeoque nihil sumpsisse de Virgine Maria; sed per illam, tanquam per rivum aut fistulam transiisse. Primarius Valentini discipulus ac successor fuit Secundus, a quo Secundiani nomen habent, et qui magistri errores ampliavit, excogitata nova Æonum serie ac natura.

Marcionitæ. — Marcionitæ a Marcione, Apellitæ, ab Apelle, Cerdoniani a Cerdone quodam appellati, Manichæis præluserunt, dum duo rerum principia duosque deos statuerunt, unum bonum, alterum malum; illum Christi patrem, hunc legis et prophetarum auctorem. Hunc errorem adoptarunt Tatiani, dicti etiam Encratitæ, seu continentes, quod a nuptiis dicerent esse abstinendum, neque carne vinoque uterentur, quæ aiebant profluxisse a principio malo: unde et in ipso Missæ sacrificio aquam solum adhibebant sine vino.

Montanistæ. — Nomen traxere a Montano, qui adjunctis sibi duabus mulierculis Priscilla et Maximilla, quas velut prophetissas venditabat, 1. docuit in seipsum hasque feminas Spiritum sanctum majori plenitudine descendisse, quam in ipsos apostolos; et hinc Spiritum sanctum se appellabat, imo Deum Patrem. 2. Negabat in Ecclesia dari potestatem remittendi peccata quædam graviora, post baptismum commissa; adeoque pro eorum remissione Deum duntaxat esse exorandum. 3. Secundas nuptias illicitas esse proclamabat, et pro fornicationibus habebat: ex adverso matrimonium dissolvi posse aiebat. 4. Negabat esse licitum Christianis, fugam capere in quacumque persecutione. 5. Nova jejunia prædicabat, tanquam jure divino præscripta.

Tertullianistæ. — Dicti a Tertulliano, qui, postquam contra Montanistas strenue pugnasset, falsa severioris disciplinæ quam Montanus præ se ferebat specie, et somniis Priscillæ et Maximillæ delusus, illorum errores adoptavit, et novis adauxit; nam docuit: 1. Angelos esse corpora tenuia ac subtilia; animam quoque nostram, licet immortalem, corpoream tamen esse, eamque crescere, adolescere, cibos desiderare, et in cæteris cum corpore convenire; unde illi tribuebat longitudinem, latitudinem, sublimitatem, effigiem, sexum, habitum, terminum, ut corpori. 2. Dicebat, teste Augustino, animas sceleratorum hominum post mortem converti in dæmones.

Hæreses sæculi III.

Novatiani. — Nomen hoc adepti primum a Novato, tum etiam a Novatiano; postmodum Catharos ipsi se, id est, mundos et puros, superbe appellarunt. Hi fuere sequentium errorum disseminatores: 1. iis qui a fide defecerant, vel in alia crimina, saltem graviora, veluti adulterium, homicidium, etc., post baptismum lapsi erant, spem omnem veniæ eripiebant, saltem obtinendæ ab Ecclesia; cui proinde potestatem ejusmodi peccatis veniam indulgendi denegabant. 2. Accedentes ac redeuntes ad suam sectam iterato baptizabant, existimantes baptismum extra illam collatum, esse irritum. Cæterum Confirmationis sacramentum penitus negligebant 3. Martyres eorumque reliquias contemnebant. Demum cum Montanistis secundas nuptias damnabant.

Sabelliani. — A Sabellio ex Africa vel Libya oriundo; qui novam hæresin non tam primus excogitavit, quam a Praxea, Montani prius assecla, postea desertore, alioque quopiam Noeto, acceptam propagavit, docens esse in Deo unam duntaxat reipsa personam, sicut et unam naturam, licet secundum triplicem notionem tribus nominibus expressam; unde et Sabelliani dicebant, Patrem quoque in Christo passum fuisse, quapropter etiam appellati fuere Patripassiani. Sabellii hæresin deinde adoptarunt tum Photinus, unde Photiniani; tum Paulus Samosatenus, unde Pauliani.

Origenistæ. — Sic nuncupati ab Origene, qui erravit: 1. circa creationem et naturam animarum: fingebat enim quod Deus primo creavit rationales creaturas omnes æquales; eas vero, quæ ex libero arbitrio magis vel minus ad Deum conversæ fuerant, ad diversos angelorum ordines pro meritorum diversitate fuisse promotas; illas quæ a Deo sese averterunt diversis corporibus fuisse alligatas, et animas evasisse, corpori magis vel minus imperfecto, pro diversitate demeritorum, velut carceri inclusas: ex quibus alterius delirabat animam etiam Christi, antequam corpori uniretur, præexstitisse: item solem, lunam et astra animatas quasdam virtutes esse. 2 Erravit circa corporum resurrectionem, quam equidem admittebat, sed aiebat illa non surrectura rectæ, ut modo, sed orbicularis figuræ; neque cum sanguine et membris, quæ habent modo, quia pro illo statu haud servituris, sed

subtilia et aerea esse futura. 3. Erravit circa statum animarum post hanc vitam. Præter quam enim quod negaret, damnatorum animas quidpiam pati ab igne corporeo, insuper negabat illorum, dæmonumve ipsorum pœnas in æternum esse duraturas. Addebat, Christum iterum esse crucifigendum pro dæmonibus. Ad extremum eo usque deliravit, ut, sicut ponebat dæmones et animas damnatorum quandoque a pœna liberandas, ita poneret angelos et animas beatorum quandoque a beatitudine in hujus vitæ miserias devolvendas. Imo damnatos ad hoc quoque sæculum rursus redituros, et hinc ad beatitudinem evocandos, dæmonesque in priorem statum et ordinem restituendos.

MANICHÆI. — His appellationem dedit Verna quidam, natione Persa, qui antea Cubricus vocabatur, et post hæc vocari voluit Manes. Manichæi 1. statuebant duo principia opposita, et quidem æterna, immortalia, ab invicem independentia; unum bonum et alterum malum. Deum faciebant corporeum, finitum et divisibilem. Insuper Patrem, Filium et Spiritum sanctum admittebant, sed unum Deum dicebant sub triplici nomine. 2. Carnem aiebant provenire a malo principio et esse de ejus substantia. Quapropter in primis negabant Christum veram carnem habuisse, ac proinde vere natum ex Virgine, ne inquinaretur; neque vere passum, crucifixum aut mortuum dicebant, sed solum apparenter et similitudinarie, atque pari solum modo resurrexisse. 3. Duas uni corpori fingebant animas insidere, alteram bonam et rationalem, a bono principio efformatam; alteram malam et animalem pariter effectam a malo principio. 4. Animarum metempsychosin asserebant. 5 Mala culpæ negabant esse tribuenda libero hominis arbitrio; ne, cum hoc procedat a Deo, hic pariter sit auctor illius. Illa igitur tribuebant animæ, natura sua malæ, qua ad illa vel invite cogeret, etc., etc

Hæreses sæculi IV.

DONATISTÆ vel DONATIANI. — Nomen et errores hausere a duobus Donatis, altero Casarum-Nigrarum in Numidia episcopo, velut auctore; altero episcopo Carthaginensi, velut promotore. Præcipui illorum errores sunt sequentes: 1. Ecclesiam perversorum communione toto orbe terrarum periisse contendebant, et in sola Africa inter Donatistas remansisse. Cum vero considerarent, veram Ecclesiam non consistere sine communione cum Romana, Romam aliquem ex suis secreto mittebant, qui suæ factionis homines ibidem degentes velut episcopus gubernaret. 2. Ex primo illo errore hunc alium trahebant: illum solummodo baptismum esse validum, qui apud ipsos conferretur; quapropter, si Catholicorum aliqui ad eos delicerent, illos rebaptizabant. 3. Plures illorum prætextu martyrii, sponte aliis se occidendos tradebant; imo sibi ipsis violentas manus frequenter inferebant, et ita se martyres jactitabant. Qui hoc insano furore correpti erant, Circumcelliones appellati fuere.

ARIANI. — Arianorum hæresis auctorem habuit Arium, e Libya oriundum, presbyterum Alexandrinum, qui sequentes sparsit capitales errores: 1. Etiamsi tres personas, Patrem, Filium et Spiritum sanctum admittere se profiteretur, solam tamen primam Deum verum, æternum, immutabilem esse contendebat. Hinc 2. negabat Filium et Spiritum sanctum esse ejusdem cum Patre substantiæ, vel naturæ; imo asserebat Filium habere naturam plane diversam a Patre; et Spiritum sanctum diversam a Patre et Filio. 3. Filium, quemadmodum et Spiritum sanctum aiebat, ex nihilo factum esse in tempore, adeoque esse creaturam, et hinc Patre minorem; sed Filium esse creaturam primam, ante omnia sæcula factam, omnimmque perfectissimam, et maxime ad Deum accedentem, quæ ideo per excellentiam vocetur Filius Dei, et Deus per quamdam *participationem*, non per *naturam*: Deum vero per illum velut per ministrum sæcula et omnia alia fecisse. Spiritum sanctum autem dicebat præcipuam Filii creaturam et hinc *Creaturam Creaturæ* nominabat. Unde etiam loco istius glorificationis versiculi, quem canere consuevit Ecclesia catholica: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto;* ipse suos canere docuit: *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto.*

SEMIARIANI. — Hi partim assentiebantur Arianis, partim ab illis dissidebant. Nam cum illis quidem de Spiritu sancto idem prorsus sentiebant, ac Filium Patri *consubstantialem*, seu ejusdem cum illo naturæ esse, negabant; attamen secus ac illi dicebant, hunc esse Patri per omnia, atque adeo etiam in essentia similem; quapropter eumdem quidem renuebant appellare ὁμοούσιον, id est, consubstantialem; dicebant vero ὁμοιούσιον, seu similem in substantia. Auctores habuere Semiariani Basilium Ancyranum, et Gregorium Laodicenum.

ACACIANI. — Sic dicti ab Acacio Cæsariensi episcopo. Inter Arianos et Semiarianos velut medii, Filium hæc Patri consubstantialem dicebant cum Catholicis, nec eidem plane dissimilem cum Arianis, neque similem in substantia cum Semiarianis, sed duntaxat in accidentibus et forma, sicut statua aurea suo prototypo, quod repræsentat.

MACEDONIANI. — Arianorum surculi nomen et errorem accepere a Macedonio, qui docebat: Filium quidem Deum esse, per omnia similem Patri; imo, ut loquitur S. Augustinus, unius ejusdemque cum illo substantiæ, vel essentiæ; Spiritum vero sanctum creaturam esse, ejusdem cum Patre et Filio dignitatis expertem; imo famulum ac ministrum eum appellabat.

AERIANI. — A quodam Aerio exorti sunt, qui e Ponto oriundus, cum episcopatu Sebasteno, quem ambiebat, exclusus fuisset, contra episcopalem ipsam dignitatem deblaterare cœpit. Itaque primum ac præcipuum errorum Aerii caput erat, quod episcopi non sint presbyteris superiores, neque ab eis ulla in re discriminentur. Huic errori alios subinde addidit: nempe orationes pro defunctis, et bona pro illis suscepta opera nihil iis prodesse, adeoque esse rejicienda. Præterea jejunia ab Ecclesia statuta, et a Christianis observare solita non esse servanda. Demum negabat pascha a Christianis esse celebrandum.

AETIANI ET EUNOMIANI. — Ab Aetio et Eunomio nuncupati, Arianæ quoque hæresis soboles exstitere, eamque novis auxere blasphemiis. Primus illorum error fuit, quod dissimilem per omnia assererent Patri Filium, et Filio Spiritum sanctum; ex quo dicti etiam sunt *Anomæi*, id est *Dissimiles*. Quapropter non baptizabant verbis a Christo institutis, sed sub hac formula: *In nomine Dei increati et in nomine Filii creati, et in nomine Spiritus S. sanctificatoris a Filio procreati;* ideoque baptizatos a Catholicis ad se accedentes rebaptizabant. Secundus error fuit quod Verbum divinum animam non assumpsisse, sed divinitatem animæ vices supplevisse, assererent. Tertius error fuit, quod dicerent se Deum ita perfecte cognoscere, sicut Deus ipse se cognoscit; unde et se illum pariter comprehendere blasphemabant. Quartus, quod sanctorum reliquias contemnerent, et miracula ad eorum invocationem a Deo patrata dæmonum præstigia esse effutirent. Quintus, quod docerent malam vitam conjunctam cum fide, quam ipsi prædicabant, nihil obesse; sic, ut quibuscunque peccatis quis irretitus foret, etiamsi in eis perseverare vellet, duntaxat fidem suam servaret, æternæ vitæ particeps esse posset.

APOLLINARISTÆ. — Secta hæc auctorem habuit Apollinarem, qui sequentes producit errores: 1. Quod Verbum non assumpserit animam saltem rationalem, seu mentem, sed ejus vices suppleverit. 2. Quod Christus veram carnem non habuerit. 3. Circa Trinitatem etiam varie delirabat. His erroribus ridiculam addebat commentum, nempe post universalem resurrectionem nos rursus ad observationem legis Mosaicæ esse reversuros.

PRISCILLIANISTÆ. — A Priscilliano hæresis ista per Hispaniam propagata, simul ab eodem nomen accepit. Errores autem suos ab omnibus fere, qui antea exstiterant, hæreticis mutuarunt. Nam 1. cum Sabellio unam duntaxat in Deo personam agnoscebant. 2. Cum Arianis de Filio sentientes, quasdam virtutes ex Deo cœpisse procedere somniabant; diabolum vero nunquam fuisse bonum, neque ejus naturam esse opificium Dei, sed ex chao et tenebris emersisse, illumque omnis mali principium et substantiam esse, adeoque et corporum etiam humanorum; et hinc a carnibus quoque abstinebant et Christum veram habuisse carnem negabant. 3. Cum Manichæis animam hominis particulam divinæ esse substantiæ fingebant. 4. Cum Origene animas prius in cœlo peccasse dicebant, et in pœnam fuisse in corpora detrusas. 5 Cum Stoicis homines non sponte et libere peccare aiebant, sed invitos et fatali siderum necessitate compulsos. 6. Denuo cum Manichæis nuptias et matrimonium damnabant.

AUDÆANI, seu ANTHROPOMORPHITÆ. Hoc nomen sortiti sunt ex palmari suo errore, quo sentiebant Deum esse corporeum, et membra ad formam humani corporis habere.

JOVINIANISTÆ. — Hæc hæresis nomen accepit a Joviniano, cujus primus error fuit, quod virginitati nuptias quoad meritum adæquaret. Secundus error fuit, quod jejunia et abstinentiam a certis cibis doceret ad salutem nihil prodesse Tertius erat, quod qui plena fide in baptismo renati sunt, a diabolo non possint subverti, sive peccare. Quartus fuit, quod cum Stoicis doceret omnia peccata esse in gravitate paria; item paria esse omnia merita, atque parem proinde omnium in cœlis remunerationis gradum. Addebat denique quintum hunc errorem, quando B. Virgo, licet ante partum virgo fuerit, et

Christum intacta virginitate conceperit, neque ullum seu ante, seu post partum cum Josepho maritale commercium habuerit, tamen in ipso partu pariendo fuisse corruptam, et ejus corruptam virginitatem.

Hæreses sæculi V.

Pelagiani. — Dicti a Pelagio, natione Britanno, professione monacho. Capitales illius errores sunt sequentes : 1. Docebat, primævum primi hominis statum fuisse statum naturæ, non beneficium gratiæ, et Adæ posteros nunc nasci, qualis Adam conditus fuit, hoc est, inquiebat, sine virtute et vitio, sine gratia et peccato. 2. Negabat ab Adæ posteris ex ipso contrahi peccatum originale, ac proinde Adamum aiebat peccando sibi soli nocuisse, non posteris. 3. Contendebat, hominem per solas liberi arbitrii vires posse omnia divina mandata servare, tentationes omnes vincere, omnia plane peccata vitare, adeoque salutem solis iisdem suis viribus adipisci; quapropter negabat, ad istorum quippiam necessariam esse Dei gratiam, etc.

Cœlestiani. — Hi nomen habuerunt a Cœlestio, Pelagii discipulo, qui eosdem ac Pelagius errores disseminavit.

Semipelagiani. — Recedebant a Pelagianis Semipelagiani : 1. quod primigeniam originis noxam admitterent, in Adæ posteros derivari; 2. quod adstruerent necessitatem gratiæ et baptismi ad illius deletionem; 3. quod agnoscerent pariter naturæ nostræ infirmitatem, ex eadem originaria culpa profluentem. 4. Fatebantur quoque, saltem eorum plerique, gratiæ etiam interioris necessitatem, ad opus bonum saltem perficiendum et consummandum; ac proinde non posse hominem solis suis viribus naturalibus ad salutem pervenire. Accedebant vero ad Pelagianos, et errabant Semipelagiani primario ac præcipue in eo quod dicerent initium fidei, adeoque justitiæ et salutis, esse a nobis, seu a solis naturæ viribus sibi relictis; nullamque ad ejusmodi initium gratiam interiorem prævenientem esse necessariam. Sic errorem suum ordinabant : 1. Aiebant : Is cui prædicatum exterius fuit Evangelium, solis naturæ viribus concipit fidem aliquam initialem, seu pium credulitatis affectum erga Salvatorem, velut potentem ac volentem ipsum liberare a miseria per peccatum contracta. 2. Succedebat desiderium sanitatis spiritualis aut salutis, ex illa fide initiali excitatum, illudque mere naturale. 3. Sequebatur inera aliquis surgendi, seu ex illa miseria emergendi conatus, solis iisdem viribus naturæ, quæ cum ad surgendum reipsa non sufficerent. 4. Voluntas ad Deum recurrebat, quærendo et palsando per orationem et implorationem auxilii ad id necessarii, pariter mere naturalem. 5. Dicebant, Deum ejusmodi actibus mere naturalibus, atque absque interiori gratia elicitis, moveri ad conferendam tali homini interiorem gratiam, qua posset ad fidem perfectam et sanitatem spiritualem, seu justificationem pervenire, et accedente talismodi gratia ulterius bene et salutariter operari, mandata Dei observare, ac tandem salutem ipsam æternam adipisci.

Prædestinatiani. — Hoc vel affini prædestinatorum nomine veniunt illi qui ex optimis S. Augustini libris, præsertim de Gratia et Prædestinatione, pessime intellectis, docuerunt : 1. ex hominibus alios antecedente Dei voluntate absoluta et efficace destinatos esse ad gloriam; alios ad pœnam æternam; 2. neque eos proinde qui sunt ad vitam prædestinati, ullo modo posse damnari; neque illos qui sunt ad gehennam præordinati, ulla ratione posse salvari. Hinc inferebant 3. per Dei prædestinantis voluntatem liberum hominis arbitrium penitus exstingui, aut certe nihil valere, seu ad obtinendam salutem, si destinatus a Deo sit ad damnationem; neque ad hanc incurrendam, si ad illam fuit præordinatus. Unde 4. insuper intulere, neque bona opera quidquam prodesse reprobis, neque mala obesse prædestinatis; neutrosque proinde esse debere sollicitos, seu ut agant bene, seu ne agant male.

Nestoriani. — Nestorius ex Syria oriundus, primum Antiochiæ monachus, inde patriarcha Constantinopolitanus, Nestorianis nomen et errores dedit. Errabat 1. quod duas in Christo personas statueret, illumque veluti divideret in Filium Dei et Filium hominis; illum non ex Maria, sed ex Deo ante sæcula genitum; hunc ex Maria, in sæculo natum. Hinc 2. Mariam nolebat dici Θεοτόκον, seu Deiparam, sed Χριστοτόκον, seu Christiparam. 3. Quod consequens erat, negabat Filium Dei pro nobis passum esse, aut mortuum; sicque redemptionis nostræ mysterium evacuabat.

Eutychiani. — Ab Eutyche seu Eutychete denominationem accepere. Capitalis ejus error fuit, quod cum Nestorium acrius perstringit, duas in Christo personas statuentem, ipse non unam solum in eo adstruat, sed etiam unam post unionem naturam; contendens Christum esse quidem ex duabus, sed non in duabus naturis; seu duas quidem ante unionem fuisse naturas, sed unicam post unionem; ita ut in ipso incarnationis articulo ex utraque natura, divina et humana, una substantia coaluerit; sive jam senserit Eutyches id factum esse per confusionem aut mixtionem, sicut ex quatuor elementis fit natura mixti; sive per conversionem unius naturæ in aliam, sicut aqua in Cana Galilææ conversa est in vinum; sive per compositionem, uti ex corpore et anima fit una natura humana; seu contenderit naturam humanam a divinitate fuisse pœnitus absorptam.

Hæreses sæculi VI *et* VII.

Monothelitæ. — Nomen accepere a duplici Græco vocabulo : *Monos*, id est, unus, et *thelema*, id est voluntas, quasi unius voluntatis professores, quia nimirum in Christo nonnisi unam agnoscebant voluntatem et operationem : opinabantur enim quod humana natura in Christo nunquam moveretur proprio motu, sed solum secundum quod mota erat a Verbi divinitate.

Hæreses sæculi VIII *et* IX.

Iconoclastæ. — Alio affini nomine dicti Iconomachi, seu SS. imaginum contemptores, impugnatores, eversores.

Græcorum schisma. — Cujus auctor præsertim fuit Photius. Quinque sunt præcipui articuli, in quibus Græci dissidebant a Latinis, scilicet : 1. quod Spiritus sanctus non procedat a Patre et Filio; 2. quod Eucharistia non in pane azymo, sed in solo fermentato confici possit; 3. quod non detur Purgatorium; 4. quod nec justis æterna detur felicitas, nec impiis æternum infligatur supplicium ante judicii diem; 5. quod Romanus pontifex non sit totius Ecclesiæ caput, et B. Petri successor.

Hæreses sæculi X *et* XI.

In sæculo X, vix ulla nova exorta est hæresis, sed secta Manichæorum in Occidentem recreduit; sæculo vero XI, exsurrexit.

Berengarius. — Famosus ille sacramentariorum parens, vel antesignanus, et eorum hæreseos disseminator præcipuus, 1. baptismum parvulorum evertebat. 2. Legitima conjugia abrogabat, impudenter asserens licitam esse eum omnibus meretricem. 3. Quod Christus januis ad discipulos non intraverit, asseverabat. 4. Eucharistiam non esse vere et substantialiter corpus et sanguinem Domini, sed solam illius umbram et figuram astruebat. Ac propterea, 5 panem et vinum per verba consecrationis non converti substantialiter in verum corpus et sanguinem Christi.

Hæreses sæculi XII *et* XIII.

Petro-Brussiani. — Hæretici illi a Petro Brusso, seu de Bruis, nomen acceperunt. Fœdis Manichæorum erroribus hos addebant : Missæ sacrificium nihil esse; baptismum absque fide parvulis nil conferre; neque fidelium preces quidquam prodesse defunctis; quibus ævi nostri moderni novatoribus præludebant.

Albigenses. — Eadem secta, stabilem sedem nacta Albiæ civitate Tolosæ vicina, inde nomen fecit Albigensibus hæreticis, qui exiguo temporis spatio universam pene Galliam corruperunt. Illi docebant : 1. cum Manichæis duo esse rerum principia; 2. cum Sadducæis carnis negabant resurrectionem; 3. infernum simul cum purgatorio explodebant; 4. Baptismi et Eucharistiæ sacramenta respuebant.

Waldenses. — His nomen dedit Petrus Waldus, mercator Lugdunensis, sat litterarum expers. Alio nomine dicti sunt etiam *Pauperes de Lugduno*. Isti sunt illorum præcipui errores : 1. Ecclesiam Romanam defecisse a tempore Sylvestri I, quo possessiones habere cœpit. Unde inferebant nullum in ea, quantumvis probum, salvari posse; spernendas esse ejus indulgentias, benedictiones, consecrationes, cæremonias; non esse pendendas Ecclesiæ decimas; neque ab illo obtemperandum summo pontifici, episcopis aliisve Ecclesiæ prælatis; 2. ministros Ecclesiæ Christi, propria possidentes, peccare omnes contra præceptum Domini : *Nolite possidere aurum*. 3. ministerium Eucharistiæ aliorumque sacramentorum, non ad solos sacerdotes pertinere, sed ad omnes et quosvis etiam laicos; 4. omnem potestatem, etiam laicam, solo peccato mortali deperdi, ac proinde sacerdotem in peccato mortali existentem nec consecrare, nec absolvere; laicum e contra justum ista rite facere; quem errorem moderni Janseniani adoptarunt. 5. Demum, ut plura omittam, nullam orationem, præter Dominicam, esse faciendam.

LXXXVII.

INDEX DE SCHISMATIBUS,

ET DE ILLORUM ORIGINE, CAUSIS ET HISTORIA.

AB INCUNABULIS CHRISTIANISMI AD SÆCULUM XIII.

—

MONITUM.

Schisma, juxta vocis etymologiam et proprietatem, communemque notionem, nihil aliud est quam *totius divisio aut sejunctio in duas aut plures partes* ; sed quoad præsens, est divisio aut separatio facta in morali hominum, vel mystico corpore et societate, qui eamdem fidem, religionem, cultum divinum profitentur, licet sub diversis legibus ac statutis diversorum regnorum et rerumpublicarum vivant ; est, inquam, *horum divisio quoad fidem, vel usum et exercitium religionis* In hoc igitur Indice promiscus tractamur de schismatum origine et malis ; de schismaticorum baptismate, et variis schismatibus quæ ab apostolis ad sæculum XIII, in Ecclesia exorta sunt.

Schisma hæreticis unitas est, Tert., II, 57. Schismatum mater æmulatio, id., I, 1218.

Schismata ex contemptu sacerdotum, S. Cyprianus, IV, 396. Schismata unde oriantur, *ibid.*, 405.

Ille est vere schismaticus qui se a communione ecclesiasticæ unitatis separat, Tert., III, 1174 Schismate majus esse delictum non potest, *ibid.*, 1049. Sine spe sunt qui schisma faciunt, *ibid.*, 1142. Quantum peccatum schisma, *ibid.* Pejus crimen schismaticorum quam lapsorum, id., IV, 514. Non potest ei cum aliquo convenire cui cum Ecclesia non convenit, *ibid.*, 509. Pacatum habere Deum non potest qui cum fratre pacem non habet, *ibid.* Schismatici Dominico pani adunati non sunt, cum Christi populo non sint commisti. id., III, 1142. Fides apud schismaticos sane esse non potest, *ibid.*, 1195. Aduuarianimæ non possunt, quæ se ab unitate Dei diviserint, Tert. III, 1457. Nihil prodest proximos sibi esse corporibus, si mente dissideant, *ibid.* Discordans cum Fratribus nec martyrio salvatur, id., IV, 556 Schismatici ecclesias humanas instituunt, id., III, 790. Numerum suum mendacio inflant, *ibid.*, 811, 813 A seipsis damnati, *ibid.*, 728. Pereunt qui a schismatis ducibus seducuntur, *ibid.*, 1150. Pari crimine tenetur qui ducem schismatis sequitur, id., IV, 514. Duces schismatis rei sunt, et qui eos sequuntur, id , III, 1145. Perdita factio consentientes perditura, *ibid.*, 726. Fideles movere non debent schismata, quia prædicta sunt, *ibid.*, 805, 806. Movere non debet confessor, ad schisma deficiens, id., IV, 515. Confessori schisma amplectenti magis ex hoc ipso crescunt merita pœnarum. *ibid.*, 516. Vita schismaticorum exsecrabilis, id., III, 823. Schismatici non habent Spiritum sanctum, id., *ibid.*, 1146. Precem alteram illicitis vocibus faciunt, id., IV, 513. De pectoribus schismaticorum excessit Spiritus sanctus, *ibid.*, 401. Schisma adulterum est impium et sacrilegum, *ibid.*, 336. Contra Deum fit quidquid improbi ad destruendam Dei ordinationem conantur, *ibid.*, 513. Quidam schismatici non possunt sine scandalo recipi, id., III, 823. Schismaticus et hæreticus error, id., IV, 344. Schismatis incendium, *ibid.*, 728. Schismatici nihil habent potestatis. *ibid.*, 1138. Schismaticorum baptismus, id., IV, 408; III, 1040, 1046. Schisma factum in urbe. id., IV, 340 Schismatici fervent inter initia, id., III, 790. Schismaticus non potest ad Ecclesiæ præmia pervenire, id., IV, 515. Schismaticus et hæreticus, id., III, 719, 727, 732. Schismata et hæreses surgunt, *ibid.*, 1134.

Separatio a radice matris Ecclesiæ, S. Optatus, XI, 906 Hujus origo, *ibid.* Schismatis mala, *ibid* , 890. Schismatis auctores qui, *ibid.*, 886. Quam grave malum schisma et divisio, *ibid.*, 925. De schismatis crimine pœnarum in schismaticos exempla, *ibid.*, 924, 926. Egregia schismatis Africani descriptio, *ibid.*, 1020. Schismatici qui, *ibid.*, 903. Recedentes ab episcopo et novam constituentes cathedram schismatici sunt, *ibid.* In quo differunt ab hæreticis, *ibid.*, 906, 1047. Inconsolabiles Deo lacrymas faciunt, *ibid.*, 887. Falsi vates ruinosum exstruentes parietem, *ibid.*, 1021. Mala a schismaticis invecta, *ibid.*, 890. Fratres dici possunt etsi nolint, *ibid* Comparantur ramis et palmitibus abscissis, *ibid.*, 962. Comparantur ramis ab arbore divisis et panno discisso, *ibid* , 1019, 1020. Eadem habent sacramenta, eamdem fidem, eamdem orationem Dominicam cum Catholicis, *ibid.*, 907, 1020. Cur ad unitatem quærantur a Catholicis, *ibid.*, 1083.

Schisma Luciferianorum, Rufinus Aquil., XXI, 501. — Schisma in quo differt ab hæresi, S. Hieronymus, VII, 738.

Schisma quid sit secundum Faustum, S. Augustinus, XLII, 269. Schismata, scissuræ, id., XXXVIII, 1165, 1244. Schisma, recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio, id., XLIII, 471 Schisma in discessione, hæresis in sacrilego dogmate cernitur, *ibid.*, 747. Schismatis nulla causa licita, *ibid.*, 517. Præcidendæ unitatis nulla est justa necessitas, *ibid.*, 69. Nulla est causa corporalis separationis bonorum a malis, *ibid.*, 59. Separatio cordis, non corporis præcipitur, *ibid.*, 79, 80. A catholicis Episcopis, sicubi forte fallantur, ut contra canonicas Dei Scripturas aliquid sentiant, non recedendum, *ibid.*, 410. Israelis secessio a regno Juda non schismatica fuit, *ibid.*, 417. Adversus hypocrisim sic certandum, ut caveatur periculum schismatis, id., XXXVIII, 94. Schismata, stercora Ecclesiæ, *ibid.*, 53. Schismata sacramenta præcisa, *ibid.*, 53, 55. Quid ex vana et temeraria separatione sequitur, id., XLIII, 105. Ubi charitas non est, non potest esse justitia, id., XXXIV, 1236. Charitas unitatem scindi dolet, id., XXXV, 1992. Posset eos, qui schismata fecerunt, area dominica usque ad tempus ultimæ ventilationis, velut paleas sustinere ; nisi sese a nobis ultro separassent, id., XXXIV, 127. Neminem se a communione omnium gentium recte separare unde certi sumus, id., XXXIII, 334.

Schisma a Veteri Testamento crimen gravius et combustione libri prophetici, et fabricatione idoli, *ibid.*, 192. Vulnus gravius idololatria vel infidelitate, XLIII, 115. Schismatis crimen longe sceleratius quam traditionis, *ibid* , 349. Quam homicidium, *ibid.*, 581. Schisma sacrilegium immanissimum, *ibid.*, 533. Schismatis sacrilegio nihil gravius, *ibid.*, 69, 132. Schisma vulnus et mors, *ibid.*, 137, 138. Schisma vel hæresis mors tetrior quam mors corporis, *ibid.*, 43. Schisma omnia scelera superat, *ibid.*, 58. Schisma an peccatum in Spiritum sanctum, *ibid.*, 554. Schismata Deus odit, id., XXXIII, 172. Schisma quanti divino judicio pendatur, demonstrat Dathan et Abiron supplicium, *ibid.*, 298. Schismata a sola ipsa vera unitate justissime puniuntur, *ibid.*, 55 Schismata unde nascantur, id., XXXV, 1981. Schismatum origo, odium fratris, id., XLII, 118. Schismata ex ipso animali sensu generantur, *ibid.*, 122. Schismata omnia per carnales sunt, id., XXXVIII, 49. Schisma facere non potuerunt nisi aut superbiæ tumore furiosi, aut invidentiæ livore vesani, aut sæculari commoditate corrupti, aut carnali timore perversi, id., XLIII, 104. Schisma hæresim Donatistæ male perseverando fecerunt, id., XXXIII, 298. Schismatis tantum crimen objiciebat Augustinus Donatistis, *ibid.*, 298. Communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum, *ibid.*, 579 Id dederunt Donatistæ in *Coll. Carth.*, *ibid.*, 403, 409. Hæreses et schismata sigil-

ficantur, per filios Cethuræ, *ibid.*, 2133. Exhortatio ad schisma præcavendum, id., XLIII, 350. Schismatici quid ab hæreticis distent, id., XXXV, 1367. Hæretici et schismatici de matre adolescentula et de patre sene nati sine repromissione. *ibid.*, 2134. De libera nati, sed secundum carnem, *ibid.*, 2133 Schismatici se solos Christianos jactant, et damnant cæteros, id., XLIII, 588. Schismatis auctores omnes eam unam causam assumunt, justos alienis peccatis maculari, quando cum eis sacramenta communicant, id., XXXIII, 339. Quam id falsum, *ibid.* Schismatici quidam facti, dum timent maculari per consortium peccatorum, id., 41. Zizania et falsos fratres usque ad messis tempus inter frumenta tolerari necesse est, id., XXXV, 1799. Schismatici in parte Christum volunt ostendere, qui emit totum, *ibid.*, 1984. Schismatici crucifixoribus Christi pejores sunt, id., XXXVI, 311. Schismatici inter mortuos et perditos computandi, id., XXXII, 642. Qui se separaverunt ab unitate, et animas seducendo interimunt, spiritualiter, non carnaliter sanguinem fundunt, id , XXXVI, 645 Schismatici homicidæ, id., XLIII, 274. Schismate spiritalem vitam perdi, id., XXXVIIII, 1251. Schismatici ad Ecclesiam non pertinent, id., XL, 193. Schismatici rumpunt retia, idem, XXXVI, 781. Schismatici ex aliqua parte connectuntur Ecclesiæ et habent aliquid sanum, id , XLIII, 115. Sed lethali vulnere schismatis illa sana trahuntur ad mortem, *ibid.*, 115. Schismatici in quo nobiscum sentiunt, eo etiam nobiscum sunt, *ibid.*, 110. Schismatici ad populum Dei pertinent, et si non per virtutem, certe per speciem pietatis, id., XXXVII, 1427. Schismatici, etsi baptismum habeant, non habent Spiritum sanctum, id., XXXVIII, 462, 1235, 1236. Schismaticis charitas deest, id., XLIII. 121. Schismatici boni esse non possunt, id , XXXIII, 932. Separare ille debet, qui nescit errare, *ibid.* Schismaticis non possunt, quidquid boni possunt operari, id., XLIII, 116. Schismatici, ne Christum neget, cruciatus tolerantis, an laudanda patientia, id., XI., 623. An illa potentia sit donum Dei, *ibid.*, 624. An ei prosit, *ibid.* Quisquis ab Ecclesia catholica fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, idem, XXXIII, 579 Schismaticis non esse partem in hæreditate Dei, id., XXXVIII, 797. Foris ab Ecclesia constitutus, æterno supplicio punireris, etiamsi pro Christi nomine vivus incendereris, id., XXXIII, 756. Schismatici non assumuntur a Christo, quia unitatem assumit, id., XXXVI, 779. Schismatici impugnantur, id., XXXVII, 1254. Schismatici ad pacem pacifice revocandi, id., XXXIX, 1583. Schismatici recte coguntur ad unitatem per imperatores, id., XXXVIII, 295. Illos ad communionem catholicam violenter reduci olim non approbabat Augustinus, sed postea expertus quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ, mutavit sententiam, idem, XXXII, 641. Pœnæ in schismaticos decretæ per legem Theodosii, id., XLIII, 48. Schismaticis ad Catholicam redeuntibus adjicienda pietas unitatis, non negandum sacramentum veritatis, *ibid.*, 603. Agere cum hæretico vel schismatico de negotio animæ licet, id., XXXIII, 160.

Schismaticos rodere in solitudine, quid sit, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 149. Nulli martyres extra unitatem Ecclesiæ, *ibid* , 58. In schismate charitas nulla, *ibid* , 59. Schisma Corinthiorum a Paulo quam prudenter curatum, *idib.*, 912. Deus in unitate est, non in divisione mentium, *ibid.*, 1176. — Schisma in quo differt ab hæresi, Alcuinus, C, 1025. — Quod schismatici appellantur, quid cum sacerdotibus non auxiliantur, Remigius Curiensis, CII, 1102. — Schismaticus est, quisquis Sedi romanæ communione junctus non est, S. Agobardus CIV, 293. Et quisquis a sedibus apostolicis divisus est, *ibid.*, 294. — Schisma quomodo oriatur, Rabanus Maurus, CXI, 94. Sub Ratgirio abbate quale, id., CXII, 1621.

De schismate Græcorum per Michaelem Cerularium in Romanam Ecclesiam excitato, S. Leo IX papa, CXLIII, 555. — Schisma Ecclesiæ vitandum, Goffridus abbas, CLVII, 220. — Schismatici dicuntur qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt, Ivo Carnot., CLXI, 1198.—Pro vitando schismate, multa, licet mala, vel dissimulanda, vel etiam toleranda sunt, Hildeb. Cenom., CLXXII, 236. — De schismate et reconciliatione Calixti papæ et Cluniacensis abbatis, CLXX, 1151. — Schisma Anacleti II, CLXX, 1184. — De schismate vitando, Hugo a S. Victore, CLXXVII, 708. — In quo differant schismatici ab hæreticis, Algerus Scholasticus, CLXXX, 931. Quod schismatici in sacramenti sanctitate sunt pro nobis, non in schismatis vulnere, *ibid.*, 932. Quod schismaticorum baptisma verum quidem est, sed non prodest quandiu sunt in schismate, *ibid.*, 932. Quod etiam ordinati schismaticorum conversi recipiuntur, *ibid* , 935. — Schisma quantum malum, S. Bernardus, CLXXXII, 582. Schismata coercere debent regis consiliarii, *ibid.*, 389. Schismatum curatrix Gallia, *ibid.*, 382. Schisma Petri Leonis per octo ferme annos, id., CLXXXIII, 894. Oratio Bernardi pro schismaticis, id., CLXXXII, 281. — De schismate Cluniacensi per Pontium, qui abbas fuerat, concitato, Petrus Ven., CLXXIX, 922. De schismate Romanæ Ecclesiæ, et quam viriliter catholicam partem defenderit, *ibid.*, 928.

LXXXVIII.

INDEX HAGIOGRAPHICUS

VEL

SANCTORUM OMNIUM, QUORUM VITA, NOTITIA, ENCOMIUM, VEL MENTIO TANTUM CONTINENTUR IN TOTA PATROLOGIA LATINA, USQUE AD SÆCULUM XIII,

ORDINE NOMINUM DIGESTUS ALPHABETICO.

A

Abbo (S.), episc., LXXXVII, 215.
Abbo (S.), abb., CXXXIX, 375.
Abdella (S.), martyr, CXXIII, 218.
Abitinenses (S.), martyres, XI. 520.
Abraham (S.), abb., LXXIII, 227.
Abraham (S.), monach., LXXXIV, 76.
Abundius (S.), presbyt. et martyr, CXV, 813.
Achilleus (S.), martyr, CXXIV, 45.
Adalbertus (S.), episc. martyr, CXXXVII, 859.
Adalhaïda (S.), imperat., CXLII, 963.
Adalhardus (S.), abb., CX, 533; CXX, 1507; CXLVII, 106.
Adamanus (S.), abb., LXXXVIII, 721.
Adauctus (S.), martyr, XIII, 599.
Adelardus (S.), abb., CXLVII, 1177.
Adelbodus (S.), episc., CXL, 108.
Adelgorius (S.), archiepisc., CLVII, 483
Adelphus (S), episc., LII. 567
Adeodatus (S.), papa, martyr, LXXXVII, 1559.
Aderitus (S.), episc., CVI, 481.
Adjutor (S.), episc., CLXXVI, 603; CXCII, 1346.
Ado (S.), archiepisc., CXXIII, 9.
Adrianus (S.), I. papa, XCVI, 1167.
Adrianus (S.), martyr, LXXII, 621.
Advocatus (S.), martyr, VII, 752.
Aelredus (S.), abb., CXCV, 196.
Æmilianus (S.), martyr, LXXI. 1061.
Æmilianus (S.), martyr, LI, 730.
Æmilianus (S.), confessor cognomento cucullatus, LXXX, 700.
Æmiliæ (S), (duæ), virgin. et martyres., LXXI, 779.
Æmilius (S.), Lugdun., martyr, LXXI, 779.

Æmilius (S.), Hispal., martyr, XXXVIII, 1293.
Africanus (S.), martyr, VII, 365.
Agapetus (S), papa, LXVI, 31.
Agapitus (S), martyr , CVI, 691.
Agapius (S.), martyr, VII, 322.
Agatha (S.), virgo et martyr, CLXXIV, 709.
Agatho (S.), episc., LXXXVII, 1254.
Agaunenses (S.), martyres, CXLV, 1083.
Agileus (S.), martyr, 41, 755.
Agnellus (S.), episc., CVI, 617.
Agnes (S.), virgo et martyr, CXXXVII, 1121.
Agobardus (S.), episc., CIV, 17.
Agricola (S.), martyr, LXXI, 745.
Aigulfus (S), abbas, CXXIV, 954.
Aileranus (S.), abb., LXXX, 527.
Aladia (S.), virgo et martyr, CXV, 771.
Albanus (S), et socii, martyres, XCV, 52.
Albero (S.), episc., CXXXIX, 779.
Albena (S), virgo et martyr, LXXI, 779.
Albinas (S.), episc., LXXI, 899.
Albinus (S.), episc. et martyr, LXXI, 779.
Albinus (S.), martyr, CXXIV, 755.
Alcibiades (S,), martyr, LXXI, 779.
Alcuinus (S), abbas, C, 18.
Aldegundis (S.), virgo, CXXXII, 859.
Aldhelmus (S.), episc., LXXXIX, 685.
Aldricus (S.), episc., CV, 797.
Alexander (S.), I, papa, CXXVII, 1145.
Alexander (S.), martyr, LVII, 695.
Alexius (S.), confessor., CXLIV, 625.
Algerus (S.), canonic., CLXXX, 165.
Almachius (S.), martyr, CXXVII, 779.
Alodia, virgo et martyr, CXL, 771.
Alphanus (S), episc., CLVII, 1213.
Altmannus (S.), episc., CXLVIII, 169.
Alumnus (S.), martyr, LXXI, 779.
Amabilis (S.), presbyter.. LXXI, 852.
Amadeus (S.), Lausan., episc., CLXXXVIII, 1247
Amalberga (S.), virgo, CXXXII, 550.
Exod. IV, 12, Ego ero in ore tuo, doceboque quid loquaris. II Reg. XXII, 19, Prævenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum. III Reg. VIII, 24, Ore locutus es, et manibus perfecisti. II Paralipomen. XXX, 9, Si vos reversi fueritis ad Dominum, pius et clemens est Deus vester, et non avertet faciem suam a vobis, si reversi fueritis ad eum. Judith XIII, 7, Confirma me, Domine, ut hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam. Job XLI, 2, Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Omnia quæ in cœlo sunt, mea sunt. Psal. XII, 1, Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? Usquequo avertis faciem tuam a me? Psal. XVI, 5, Perfice gressus meos in semitis tuis. Psal, XX, 4, Prævenisti eum, Domine, in benedictionibus dulcedinis. Psal. XXII, 6, Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Psal. XXIV, 4, Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me; dirige me in veritate tua et doce me, quia tu es Deus Salvator meus. Psal. XXVI, 9, Ne avertas faciem tuam a me; ne declines in ira a servo tuo. Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus. Psal. XXIX, 8, Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. Psal. XLIII, 23, 24, Exsurge, quare obdormis, Domine? Exsurge, et ne repellas in finem; quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ nostræ et tribulationis nostræ. Psal. L, 17, Domine, labia mea aperies. Psal. LVII, 29. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Psal. LVIII, 11, Misericordia ejus præveniet me. Psal. LXVIII, 18, Et ne avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Psal. LXVI, 71, Dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelsi. Psal. LXXXIV, 3, Converte nos, Deus, salutaris noster. Psal. LXXXVI, 15, Ut quid, Domine, repellis orationem meam; avertis faciem tuam a me? Psal. XCIII, 10, Qui docet hominem scientiam; beatus homo, quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum. Psal. CI, 3, Non avertas faciem tuam a me. Psal. CIII, 29, Avertente autem te faciem, turbabuntur. Psal. CXLII, 7, Misericordia ejus præveniet me. Psal. CXVIII, Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas; revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua; bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. Prov. VIII, 18, juxta LXX, Præparatur voluntas a Domino. Cant. I, 3, Trahe me post te. Sap. VII, 7, Invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ; omnium enim Artifex docuit me sapientia. Isai. XXVI, 12, Omnia opera nostra operatus es nobis. Isai. XXVIII, 26, Deus docebit illum. Isai. XLII, 16, Adducam cæcos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignoraverunt ambulare eos faciam. Isai. XLVIII, 17. Ego Dominus Deus tuus docens te utilia. Isai. LIV, 12, Ponam universos filios tuos doctos a Domino. Isai. LXV, 1, Invenerunt me qui non quæsierunt. Jerem. XXXI, 3, In charitate perpetua dilexi; ideo attraxi te miserans. Jerem. XXXI, 18, 19, Converte me, et convertar; postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam. Jerem. XXXVI, 27, Faciam ut in præceptis meis ambuletis et judicia mea custodiatis et operemini. Thren. III, 22, Misericordiæ Domini est quod non sumus consumpti. Thren. V, 21, Converte nos, Domine, ad te, et convertemur. Ezech. XXXVI, 26, Dabo vobis cor novum, et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. Ezech. XXXVI, 32, Non propter vos ego faciam, sed propter nomen sanctum meum. II Machab. I, 4, Adaperiat Deus cor vestrum in lege sua et in præceptis suis. Matth. XIX, 26. Apud homines impossibile est, sed non apud Deum; omnia enim possibilia sunt apud Deum. Marc. X, 27, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Luc. VII, 10, Domine; adauge nobis fidem Luc. XVII, 10, Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite : Servi inutiles sumus. Luc. XVIII, 27, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Luc. XXII, 61, Conversus Dominus, respexit Petrum. Joan. I, 9, Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. V, 30, Non possum a meipso facere quidquam. Joan. VI, 44, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Joan. VI, 45, Est scriptum in prophetis : Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre et didicit venit ad me. Joan. XII, 32, Et si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Joan. XIV, 26, Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Joan. XVI, 13, Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Act. XVI, 14, Cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur a Paulo. Rom. III, 8, Ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Rom. III, 24, Justificati gratis per gratiam ipsius. Rom. IV, 2, Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Rom. IV, 6, Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non esset gratia. Rom. VIII, 25, Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum. Rom. IX, 2, Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Rom. IX, 11-13, Ut secundum electionem propositum Dei maneret non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei : Quia major serviet minori. Rom. IX, 16, Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. I Cor. XII, 6, Deus qui operatur omnia in omnibus. I Cor. XIV, 7, Quis enim discernit? quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? II Cor. III, 5, Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. II Cor. XII, 9, 10, Sufficit tibi gratia mea; cum enim infirmor, tunc potens sum. Gal. VI, 3, Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Ephes. II, 8-10, Gratia estis salvati per fidem; Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Philipp. II, 13, Deus enim est qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate. II Timoth. I, 9, Liberavit et vocavit nos Deus vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam quæ data est nobis in Christo Jesu. Tit. III, 5, Non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam Deus salvos nos fecit

Hebr. x, 14, Una oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Hebr. xii, 2, Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum. Hebr. xxi, 15, Contemplantes ne quid desit gratiæ Dei. Jacob. i, 17, Omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum. Jacob. i, 18, Voluntarie genuit nos verbo veritatis. I Petr. i, 3, Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam. I Joan. iv, 10, Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.

Sententiæ divinæ gratiæ ex Patribus collectæ.

stæ sententiæ magna ex parte deducuntur, verbum ad verbum, e scriptis Patrum; suntque propositiones capitales et velut cardines et axiomata quibus fundatur dogma catholicum catholicæ fidei circa divinam gratiam.. Quosdam tantum Patres selegimus, qui specialiter præsentem quæstionem velut ex professo tractarunt.

ADAMUS, Præmonstratens. canonic.

CXCVIII, 103 Gratia eadem Salvatoris angelum conservavit quæ lapsum hominis erexit. 116, Gratia est tum præservatio a peccatis, tum illorum remissio. 171, Gratitudo pro acceptis, nova beneficia advocat. 213, 214, Anima absente gratia turbatur, et præsente quiescit 227, 351, Gratiæ Dei omne bonum tribuendum. 248, Gratiæ quatuor insignia designata per quatuor capita fluvii paradisi. 250, Gratia semen est gloriæ. 251, 351, Gratia intellectum et voluntatem perficit. 252, Gratia Salvatoris omnibus apparet; solos electos erudit ad salvationem. 245, 264, Gratia creatrix est Patris, salvatrix Filii, confirmatrix Spiritus sancti; et gratia gloriæ totius est sanctæ Trinitatis. 256, Gratiæ specialis opus est emendatio vitæ. 355, 426, Gratiarum diversarum diversis distributio quam sit dispensatoria.

S. AMBROSIUS, Mediolanens. archiepiscopus.

XIV, 88, Operatio divina sacrilegis pectoribus potest studia pietatis infundere. 329, 335, 346, Christi manifeste in omnes prædicatur misericordia, eo quod qui pereunt, sua pereunt negligentia; qui autem salvantur, Christi sententia salvantur. 666, 972, Nostræ non est potestatis iter nostrum ex voluntate dirigere. 1033, Gratia Dei beatiores nos facit quam nostra innocentia. 1036, Non suæ virtutis homo putet esse, sed gratiæ cœlestis, si non deseratur a Christo. 1088, Deus sine labore nostro, non ex operibus. sed ex fide per gratiam suam nobis peccata donavit. 1111, Ubi gratia, non utique merito operum, nec justificatione virtutum, sed liberalitate donantis et electione redimentis salvamur. 1115, 1126, 1138, Ad gratiam Christi vocatur omnis anima.

XV, 1207, Nullus perfectus esse potest et sanctus sine favore Dei. 1213, Lucet Deus super justos per gratiam, super injustos per misericordiam, illis mercedem meritorum tribuens, istis peccata dimittens. 1244, 1419, Omnis creatura quæcunque habet bona accepit a Christo. 1491, qui suo peccato pereunt, misericordia Domini liberantur. 1547, Cum Deus glorificatur a sancto, gratia est. 1559, Cui adest gratiæ Spiritus, nihil deest, 1559. Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia. 1604, Ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit quidquam incipere nisi a Domino. 1603, Habemus adversarium magnum qui vinci a nobis non potest sine Dei favore. 1687, 1755, Dominus studia exigit. vires ministrat; gratia pro meritis nostris diversa, sed eadem divini operis misericordia. 1706, Deus quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit. 1708, Deus quos misereatur, etiam imprudentes advocat.

XVI, 70, 349, Gratia non ex merito mercedis, sed ex Dei voluntate defertur. 507, 508, 406, Majoris virtutis est gratia quam natura. 733, Gratia esse non potest sine Spiritu, cum omnis gratia divina sit in Spiritu sancto. 915, 1114, Deo convenit ut quos invitaverit per gratiam, eosdem gratiæ incrementis provehat. 1264, Servi sumus Creatoris nostri, sed libertatem habemus quam per gratiam Christi accepimus.

XVII, 97, Gratia confert vitam per Christum. 107, Acquiritur Deo qui in gratia ejus manet. 116, Gratia reparat hominem ad pristinum innocentiæ statum. 290, 805, Hominum talis est natura ut nihil boni a se habere possint, nisi ab eo accipiant qui est summe bonus. 371, Omne donum gratiæ Dei in Christo est. Gratia donum Dei est, et non debita merces operibus, sed gratuita ratione. misericordia interveniente concessa. 383, Unicuique Deus gratiam tribuit, ut tantum hauriat quantum sitit. 512, Spiritus Dei sua gratia replet, quos vult, quantos et quantum vult. 818, Quidquid boni fideles faciunt, operante Deo faciunt.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepisc.

CLVIII, 227, Sine Deo nihil valemus, et Deum quærere non possumus nisi ipse doceat, nec invenire nisi se ipsum ostendat. 374, Dando voluntatem Deus trahit nos. 593, Nullus vitam perpetuam consequi valet nisi per gratiam. 674, Libero arbitrio vim gratia non infert. 740, Ut a malis abstineamus et bona faciamus, hoc nostra virtute sine Dei adjutorio facere non possumus. 744, Nihil possumus acceptum offerre coram Deo et gratum nisi de fonte bonitatis suæ illud præhauserimus, et hoc utique ipso illuminante et docente. 800, Bona nostra, munera Dei, sunt. 800, 871, Nec Deo servire, nec placere possumus, nisi de suo munere. 864, Homo per se non potest Deum sibi placare. 866, A Deo est omnis bonus. 668, Deus dat quod nos facit velle.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. Eccl. doct.,

XXXII, 596, Nisi gratia Dei liberetur voluntas a servitute peccati, recte pieque vivi a mortalibus non potest. 597, Gratia est et vocatur gratia quia gratis datur. 681, Gratiæ deputandum quidquid boni nos fecimus. 781, Gratia potens est omnis infirmus, et per ipsam fit conscius infirmitatis.

XXXIII, 354, Gratia quanto magis minusve adjuvatur homo, tanto magis minusve potest ea quæ ad vitam conducunt exsequi. 354, 369, 393, Cur ille sic, ille non sic adjuvetur, vel etiam non adjuvetur, nescitur; sed tamen id scitur a Deo fieri summa notaque æquitate. 575, 576, A Deo est ut eum sciamus et eum diligamus 597, 633, Vetera sacrificia gratiam significabant, non efficiebant; præcepta legis impleri non possunt, nisi per gratiam. 776, Per gratiam liberantur quicunque liberantur. 782, Gratia salvi fiunt cujusque legis prævaricatores; nec David ipse surrexisset a peccato nisi gratia eum relevasset. 782, Necesse est ut, quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante, vincamur. 785, Gratia divina privatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat. 818, Cogitationes bonæ nonnisi ex gratia. 819, 821, Gratia non invenit eligendos, sed facit. 829, Gratia non datur ad faciendum ex abundanti et tantum ad facilius. 850, Salutem sine gratia non poterat custodire natura, etiam integra. 831, Gratia sanantur infirmi, excitantur pigri, volentes juvantur. 849, 851, Sine gratia voluntas bona esse non potest. 880, Omne bonum meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia. 882, Neminem Deus liberat, nisi gratuita misericordia. 887, Electio gratiæ non fit ullis præcedentibus meritis, vel parentum vel parvulorum nec ex prævisione operum. 969, Sine gratia vel cogitare vel agere aliquid secundum Deum nulla ratione possumus. 969, Si non est gratia Dei, quomodo Christus salvat mundum? 974, Gratia Dei nihil nobis hic confert utilius, nisi ut moriamur peccato. 984, Quibus gratia non datur, justo Dei judicio non datur. 984, Gratia non secundum merita operum, nec juxta voluntatem datur. 985, Quomodo intelligendum quod Deus velit omnes homines salvos fieri. 987, Per occultam gratiæ inspirationem præparatur voluntas a Domino.

XXXIV, 582, Homo non potest aliquid bene agere tanquam ex seipso. 406, Causa gratiæ per quam salvi fiunt peccatores in Deo est abscondita. 406, Natura non per semetipsam instauratur, sed per Dei gratiam. 412. Per gratiam Dei homo creatur de novo. 431, Homo non bene vixisset, nisi per gratiam Dei. 598, Gratiam Dei ut præcedat voluntas accipiendi et jubet et facit Deus. 712, Gratia non pendet a visibilibus sacramentis. 737. Gratia est aqua qua interior sitis irrigatur.

XXXV, 1400, Gratia prima quam peccator accipit, quænam. 1842, Gratia a Christo ut Deus et homo est. 1843, Gratia prævenit nos. 1850, A Deo quidquid boni est donatur. 1850. Gratia a Deo donatur ut sciatur a quo bonum omne donetur. 1851, Gratia jam non est gratis, si præcessisse contendimus merita. 1915. Sanctificati indigent auxilio Dei ut fiant sanctiores. 2065, Sola gratia aufert peccatum. 2068, Gratia efficit ut non tantum velimus recta facere, sed etiam possimus. 268, Gratia quomodo abundavit.

XXXVII, 1065, Gratia Dei facit homini gradus quibus ascendat ad beatitudinem 1116, Gratia Dei nimis occulta est qua hominum mentes reviviscunt, ut possint præcepta sanitatis audire. 1117, Auditis divinis testimoniis hi non convertuntur ad fidem, in quibus occulta gratia non operatur ut credant. 1204, Disciplina Christiana hæc est ut quod quis facit male, sibi; quod bene, Deo tribuat, neque super eum qui bene non facit sese extollat. 1224, A te deficere potes, tu te ipsum reficere non potes. 1579, Gratia Dei id agit ut dilectione impleantur mandata Dei, quæ timore non poterant. 1632, 1717, Nemo præsumat viribus suis se reddere quod voverit; qui te hortatur ut voveas, ipse te adjuvat ut reddas. 1851, Ut sis Deus ope-

ratus est, ut bonus sis et si bonus es, ipse operatur. 1852, Sitire possum, me irrigare non possum. 1890, Deus opus suum non deserit, si ab opere suo non deseratur.

XXXVIII, 151, Bona voluntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram. 108, Non poluisti in te, nisi perdere te; nec scis invenire te, nisi ille qui fecit te, quærat te. 179, 181, Gratiæ munera ex profundo Dei judicio dantur. 190, Gratia necessaria ad superandas tentationes. 200, Ipse Deus dat vires ut quod jubet impleri possit. 355, Gratia necessaria ad explicanda fidei mysteria. 480, 481, 679, Homo si vult aliquid esse boni, de proprio non erit, 691, Gratia homines filios Dei facit. 730, 750, Ambulans in via justa, si id sibi tribuat, perit de via justa. 830, 843, Gratia delevit omnia peccata, et ad non peccandum voluntati nostræ conanti adjutorium administravit. 855, Gratia Dei nisi regat, cadis; nisi illa erigat, jaces. 856, Gratia non tantum ut facilius, sed omnino ut facere possis necessaria. 871, 872, A Deo habet homo et quod homo est et quod justus est. 905, Gratia cur alii datur, alii non datur. 921, Justitia vera nobis non est nisi ex gratia. 921, 923, Qui fecit te sine te, non te justificat sine te. 952, 953, Deo debemus quod homines sumus, quod recte intelleximus, et quod bene viximus.

XL, 111, 115, Gratia merita præcedit. 225, 271, Contra peccatum pugnantes vincimur, nisi divinitus adjuvemur, ut non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam delectatio justitiæ vincat in nobis aliarum rerum delectationes, 275, 276, Ut nemo damnatur, nisi per debitum judicium, sic nemo liberatur nisi per indebitam misericordiam. 277, 278, Deus malas hominum voluntates quas voluerit potest in bonum convertere. 282, Nisi gratis est, gratia non est. Gratiæ auxilium necessarium in utroque statu hominis, sed magis in præsenti. 288, Gratia Christi nec ante eius adventum defuit quibus eam impertiri oportuit. 421, Gratia adjuvantis necessaria est ut impleatur præceptum jubentis. 621, Gratia cum adjuvat justum, videtur meritis reddi, sed non desinit esse gratia, quia id adjuvat quod ipsa est largita.

XLI, 376, 443, Gratiæ dispensatio multum occulta, sed tamen justa 528, Gratia figurata et explicata per matrem Samuelis. 729, Omne opus gratiæ pertinet ad futuram sæculi novitatem.

XLIV, 116, Gratia necessaria est ut anima ad Deum redeat; regnum mortis sola in quolibet homine destruit gratia Salvatoris. 123, Gratia Dei gratuita, nullis præcedentibus meritis, non iniqua. 133, 153, Homo indiget ope Dei ad non peccandum et ad juste agendum. 154, Gratiæ Dei conatus voluntatis nostræ adjungendus. 170, Gratia aliis ex misericordia datur, aliis ex veritate non datur. 212. Gratia quæ nos adjuvat, sine nostra est voluntate. 221, Gratia data est ut lex impleretur. 226 Non forinsecus adjuvat Deus, sed intrinsecus. 241. Cur illi ita suadetur ut persuadeatur, alii non ita. 259, Ad peccandum nobis ipsi sufficimus; ad justitiam vero ut redeamus non item. 261, Etiam perfectissime justificatus indiget auxilio gratiæ ut recte vivat. 277, Deus, cum gratiam homini facit, per misericordiam facit; cum autem non facit, per judicium facit. 338. Gratia non secundum merita datur, ad singulos actus datur, nec est in libero hominis arbitrio, nec in lege, nec in doctrina. 340, Gratia gratis datur et indignis datur. 341. Ut corona digno redderetur, gratia data est indigno. 370. Necessaria est gratia ut homo aliquid boni faciat. 372. Sine Dei adjutorio ad Deum nemo pervenire potest. 372, Gratia cor nostrum quo voluerit inclinat. 377, 635. Fides et oratio sunt dona gratiæ. 620, Meritis malis redduntur munera bona. 693, De Dei misericordia, non de virtute sua homo præsumere debet. 917, Gratiam desiderare initium gratiæ est. 889, Sine gratia cadit homo, præcipitatus libero arbitrio. 897, Gratia facit ut lex impleatur et natura liberetur, ne peccatum dominetur. 939, Ideo possunt homines quia sic volunt, et ideo sic volunt quia sic Deus operatur gratia sua ut velint. 940. Adjutorio gratiæ donante fit ut invictissime quod bonum est homines velint, et hoc desererе invictissime nolint. 114, Nos volumus, sed Deus operatur in nobis et velle; operamur, sed Deus operatur in nobis et operari; homo velle bonum non potest, nisi adjuvetur ab eo qui malum non potest velle.

XLV, 1000, Cum de gratia agitur, totum Deo tribuendum. 1001, Ad solam nunc Dei gratiam pertinet, ut ad Deum accedamus et ab eo non recedamus. 1002, Non injustus Deus qui non omnibus et uni potius quam alteri donat gratiam 1003, Gratia gratis datur. 1009, Gratia secundum placitum voluntatis Dei datur. 1012, Gratia et inchoandi et usque in finem perseverandi non datur secundum merita. 1131, Gratia prævehit ut Deum diligamus. 1151, Gratia prævehit opera bona. 1131, Gratia non debita, sed gratuita. 1135 Ut faciat homo, Deus facit prior. 1520, Velle justitiam nemo potest, nisi ex gratia.

BEDA (Venerabilis).

XCI, 116. Qui divinæ protectionis dono adjuti, nec correptionibus, nec donis a sua iniquitate nolunt corrigi, merito damnantur. 395, Gratia Evangelii ad omnes per orbem nationes perventura. 399, Nec initium bonæ actionis aut aliquid cogitationis nisi a Domino habere possumus. 407, Auxilium recte vivendi a divina propitiatione quærere instituendum. 782, Gratia septenario Spiritus sancti numero solet assignari. 825, Post inchoata præsidia operum bonorum, majore gratia illuminamur 845, Gratia electos ab omnibus malis eruens, ad promissa superni regni gaudia inducit. 922, Gratia ex longo sanctæ conversationis profectu hominem ducit ad perfectionem et pacem mentis. 975. Qui bonus est non confidit cogitationibus suis, sed Domini gratiam quærit, et per illam accipit ut pie vivere possit. 986, Nec animum præparare nec linguam gubernare, nec aliquid boni facere absque divina gratia valemus. 1029, Gratia sibi congregat ex incredulis et scelestis Ecclesiam electorum 1068, In gratia est quod homo habeat bonorum operum nec initium nec perfectionem. 1087, Currere vel cursum consummare sine gratia non valemus. 1091. Auxilium Redemptoris necesse est eo instantius quo major adversitas pravorum tentat fidem electorum. 1103, Per auxilium gratiæ, Christus manet cum omnibus sanctis.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb.

CLXXXII, 132. Gratiam Deus subtrahit ingratis et de se præsumentibus. 572, Gratia ut gratia est habenda. 578, Gratia Dei humilitati datur, in fide suscipitur, in timore custoditur. 1001, Gratia nos prævenit, provehit et perficit. 1001, Ex gratia merita hominis et salutis nostræ opera. 1012, Gratia dat sapere et posse.

CLXXXIII, 286, Gratia gratis datur; etiam cum auferitur, gratis emitur, quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. 344, Gratia promerendi habet odium præteritorum malorum, contemptum præsentium bonorum et desiderium futurorum. 366, Gratia Dei omnibus oblata. 397, Gratiæ nos reddit capaces humilitas. 552, Gratiæ soli ascribendum prædestinationis initium et finis. 585, Gratia non tam nobis deest, quam nos ipsi. 696, Gratia est ad bonum inchoandum et perficiendum. 840, Jus nostrum ad gratiam est voluntas Dei. 1137, Gratia quædam aliis datur, aliis non. 1185. Voluntas ad Deum redeundi provenit a gratia. 1190, Gratia dat vires ad resistendum. 169, Gratiarum cessat decursus, si non fuerit recursus. 510, Nullum præsentiæ Dei certius testimonium quam desiderium gratiæ amplioris. 834, Gratiæ semper Deo agendæ pro beneficiis. 871, Gratiæ præsenti nunquam sit homo securus. 949, Gratiæ cooperandum. 1196, Gratia neglecta redundat in contemptum donantis. 1143, Gratiam perdit qui eam sibi tribuit. 1177, Gratiæ promerendæ, retinendæ et recipiendæ nihil efficacius quam non in altum sapere.

CLXXXIV, 41, Visio Dei per gratiam, seu divinæ dulcedinis experientiam. 46, Gratiæ plenitudo in Christo. 173, Bona nostra gratiosa sunt, cum gratiæ Christi deputantur. 173, Gratia quam suavis. 174. Gratia merita prævenit, comitatur et accumulat. 195. Gratia industriæ et industria gratiæ vicariam opem sibi conferunt. 226, Gratiæ variæ pro varietate attributorum. 226, Gratiam comparat humanitas Christi, divinitas confert. 295, Gratiæ vocanti non obsistendum.

CLXXXV, 42, Prærogativa temporis gratiæ. 127, Gratia non minuitur usu, sed augetur. 156, Gratiæ Spiritus sancti larga effusio. 158, Gratia non admittit fastidientes, esurientes implet.

BRUNO (S.), Astens. abb.

CLXIV, 129, Dei misericordia erga pœnitentes. 262, Spiritus sancti gratia lumen ac præsidium nobis præstat, neminemque deserit, nisi prius deseratur. 272, Sancti quidquid sancte agunt, divinæ gratiæ virtute operantur. 300, Sanctorum dies impleri dicuntur, cum per gratiam, qua ante sæcula prædestinati sunt ad gloriam vivent in æternum. 373, Electio ad gloriam in Dei misericordia et voluntate tota est. 475, Quidquid boni agimus a Dei gratia accepimus, eique reddere debemus. 476, Bona opera nostra non nostræ potestatis sunt, sed proveniunt ab eius spiritu afflante et adjuvante. 627. 664, Dei est cor nostrum emollire et ad bene agendum inclinare. 677, Quamvis prædicatores Verbi Dei retia tendant, ipse tamen interius corda convertit. 792, Gratia Dei nullis præcedentibus meritis datur; quare omnis virtus, constantia et fortitudo sanctorum non ipsorum, sed Dei est. 817. Sola Dei misericordia ad cœlos sanctos introduxit, 941, Gratia Dei non est coacta, sed voluntaria, quia et

spontе datur et sponte suscipitur. 961, Sine Dei adjutorio nihil facere possumus.

CASSIANUS JOANNES, presbyt. Massiliens

XLIX, 273, Gratiæ Dei necessitas ad castitatem servandam et ad perfectionem consequendam. 440, Salvati sumus Dei gratia 452, Gratiæ divinæ quatuor subsidia. 581, Gratiæ et liberi arbitrii concordia 932, Gratia non datur ex meritis. 939, Gratia fungitur vice nutricis et obstetricis.

CASSIODORUS, Vivariens. abb.

LXX, 39, Sine Christo nullum bonum vel incipere vel implere homo prævalet. 58, Meritum omne præcedit vocatio Domini. 94, Nihil probi habet homo, nisi quod a Domino acceperit. 130. Deus gratis vocat universos. 176, Nullus suis meritis ad gratiam Domini venit. 178, Misericordia Domini nos præcedit et subsequitur. 191. Humanis meritis nihil applicandum. 396, Gratiæ opus est peccatoris conversio. 413, Nemo de se ad aliqua Dei munera potest pervenire. 444, Deus gratis nos elegit. 467, Bona Dei nos præveniunt. 489, Gratia Dei conceditur, quod in voluntate monstratur. 503, Homo per gratiam reparatur, qui fuerat per justitiam jure damnatus. 605, Gratia Christi nos præparat, nos adjuvat, corroborat et coronat. 605, Gratia omnibus gratis datur. 625, Domini gratia cuncta prævenit 710, Gratia est principium bonæ vitæ sine qua male vivitur. 767, Quidquid in nobis est laudabile divinæ constat esse clementiæ 827. Deus per se bonus, homines per ejus gratiam. 840, In omni bono, gratia Dei prævenimur. 1077, Nemo suis viribus, sed sola gratia Dei salvari potest

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episc.

III, 1149, Cœlestis gratia est sine acceptione personæ.

IV, 219, Gratia gratuitum de Deo munus et facile. 390, Virginitas donum Dei. 418, Deus remunerat in nobis quidquid ipse præstitit. 774, Tantum quisque tentatur, quantum potest sustinere. 475, Deus sua dignatione victores facit 524, Gratiæ spiritalis origo. 674, Vinci non potest virtus jad bonum prompta. 775, Gratia gratuita.

DRUTHMARUS, Christian.

CVI, 1290, Qui bona opera prædicat, parat viam ut vis gratiæ cor audientium penetret et lumine veritatis illustret. 1313, Nullus justitiam facit nisi ex dono Dei, et quidquid boni est, Dei est. 1349, Per fistulam cordis vox auditur, et Spiritus, fons bonitatis dat incrementum et audaciam locutionis. 1436, Deus omnibus bona tribuit, nulli malum. 1465, In quinque talentis diversæ gratiæ intelligendæ sunt. 1466, Nullus se potest excusare de ignorantia, quia repleta est terra scientia Domini. 1512, Magister bonus nullus est absque Deo. 1545, Eos qui bonam habent intentionem, Dominus et approbat et adjuvat.

FAUSTUS (S.), Regiens. episc.

LVIII, 781, De modo necessitatem gratiæ intelligendi. 789, Nec per solam gratiam sine ullo hominis labore salus obtineri potest. 791, Legis opera simul et gratiæ commendantur. 792, Solutiones ad objecta de gratia Dei. 806, Gratia Dei et voluntas humana testimoniorum assertione sociantur. 829, Nec gentes gratia destitutæ relictæ sunt

FULGENTIUS (S.), Ruspens. episc.

LXV, 153, Nisi qui de cœlo descendit et se ad satiandos esurientes dedit nobis donet esuriem, non possumus cœlestem panem esurire. 153, Deus nullatenus invenitur nisi ipse nobis excitet ut quæratur. 158, Ex gratia est non solum vita bona quæ datur justificatis, sed et vita æterna quæ datur glorificatis. 158, Omne opus quod a nobis in Deo fit, Deus in nobis facit. 159, Gratia prævenit impium ut justus fiat, prævenit elisum ut surgat, subsequitur justum ne fiat impius, subsequitur elevatum ne cadat 162, Totum Deo tribuendum est etiam quod nostrum esse dicimus. 163, Vocatio, justificatio et glorificatio ab uno Deo. 163, Dei gratiæ operis est omne bonum quod operantur homines. 322, Firmiter tenendum nullam facultatem inesse posse bonæ voluntatis aut operis nisi id Deus gratuitæ miserationis munere contulerit. 322, Adjutorio Dei desistente, non possumus aliquid boni velle seu facere. 340, Solus Deus potest in accipiente quod dederit custodire. 340, Non potest quisquam hominum, sive ad cogitandum, sive ad operandum quodcunque bonum idoneus esse, nisi fuerit gratuitæ divinæ operationis munere adjutus. 350, Gratiam nemo potest poscere nisi velit, sed nisi in eo Deus ipsam voluntatem operetur, velle nullatenus poterit. 350, Perseverantia in bono et incrementum opus est gratiæ. 351, Cursus quo currimus ad Deum, viribus nostris non potest assignari. 415, Bonam voluntatem hominis non exspectat Deus, sed eam ipse tribuit. 449, Gratia Dei liberum arbitrium non aufertur, sed liberatur. 452, Gratia gratis sic datur indignis ut ipsa et exordium et profectum bonæ voluntatis operetur. 629, Deus in nobis operatur ut velimus et ut faciamus. 627, Gratia Dei est quibus vult et quantum vult immerentibus hominibus largiri. 639, 688, Deus in hac vita per misericordiam gratis justificando prævenit quos in altera vita per justitiam glorificare disponit. 639, Gratia inchoat in homine bonam voluntatem. 640, Laborem suum debet quisque gratiæ deputare, non sibi. 642, Sicut omnia bona nonnisi Deo largiente accipimus, omnia quæ accipimus, non nisi Deo custodiente servamus.

GODEFRIDUS, Venerab. Admontens. abb.

CLXXIV, 27, Gratia nos constituit habitaculum Dei. 38, Plenitudo gratiæ in redemptione super homines effusa est. 57, Gratia Dei contra tentationes nos roborat. 94, Gratia in nobis crescit. 98, 551, Sine gratia nulla dulcedo interna. 137, Sine gratia nullum est meritum. 141, Gratia in cognitionem Dei nos adducit. 150, Gratiæ cooperandum. 184, 186, Sine gratia nulla est compunctio. 532, Sine gratia nulla intelligentia Scripturarum. 635, Gratia nos illuminat ut relicto sæculo de virtute ad virtutem eamus. 685, Omne supernaturale gratia operetur in nobis. 691, Vitiosas inclinationes gratia frangit. 730, Gratia nos visitat diversis modis et temporibus. 783, Sustinet nos in prosperis et adversis. 789, Cor durum Deus commutat in hortum. 936, 1154, Gratia adest in tentationibus.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap.

LXXV, 818, Gratia Christi non hunc liberat per mortem, quem non reformat. 902, Deus non deserit tendentem ad justitiam, qui sua gratia prævenit peccantem. 907, Nisi Deus misericordiam subroget, servari non valet vita quam præbet. 957, Non potest converti mens quam Deus culpa exigente deseruit. 965, Gratiæ gratis datæ mœnia sunt, non munitiones mentis. 977, Afflante gratia cor terrena sapiens subvertitur et mutatur. 977. Subtracta gratia cor aresci 987, Adeptus munditiam non sibi tribuat, sed ei qui solus mundus est.

LXXVI. 73, Ex aspiratione gratiæ et libero arbitrio sequitur actio meritoria. 74, Debilis est omnis hominis virtus sine Dei auxilio. 131, In bonis operibus Deus nos prævenit. 140, Deus non pro merito nostro sua visitatione nos illustrat 149, Deus solus mentes gratia excitare potest. 258, Gratia non datur pro meritis. 364, A Deo est gratia et recte intelligendi et recte intellecta operandi. 423, Mirabiliter sanat Deus quia silenter et occulta vi. 470, Gratia nos facit bene operari. 503, Solus Deus corda per gratiam operit. 525, Non equidem Deus nos deserit dum respuitur a nobis. 647, Ut bene operemur a Deo est. 698, Nullus primam gratiam meretur. 869, Divinæ gratiæ necessitas ut bonum et velimus et perficiamus. 869, Gratia prævenit aspirando, et adjuvando subsequitur. 869, Quos Deus terrendos dejiceret, erectos gratia confirmat. 904, Ad bona assurgere perfecte non valemus nisi Spiritus sanctus et præveniendo elevet, et subsequendo confortet. 939, Gratia non deserit justum in tentatione. 998, Gratia Dei gratuita.

LXXIX, 50, Gratia necessaria ut vir summa diligat et ima contemnat. 69, Gratia recte dicitur Spiritus sancti robur. 88, Sine Dei auxilio stare non possumus. 90, Deus aliquando se subtrahit ut quam infirmi sumus eo absente experiamur. 107, In ædificatione omnes Domini vires humanæ deficiunt, si non divinitus adjuvantur. 212, Quidquid a nobis geritur, boni, divinæ gratiæ ascribendum. 298, Effectus gratiæ est immutatio cordis. 486, Quo propius ad gratiam accedimus, plus nos esse peccatores agnoscimus.

GUIBERTUS, abb. de Novigento.

CLVI, 27, Gratia Dei in convertendis hominibus, quæ. 34, Gratia privatus homo velut bestia. 39, Gratiæ effectus. 34, Gratiæ prævenientis et concomitantis effectus seu efficacia. 98, Gratiæ subtractio utilis ad humilitatem. 539, Gratiæ pro mensura fidei donantur. 548, Gratia præveniens ex libero arbitrio constat. 615, 617, Gratiam Deus gratuito impendit. 650. Gratia pro remissione peccatorum. 756, A massa perditorum quosdam discernit Christus. 883, Cujus vult Deus miseretur et quem vult indurat. 1049, Gratiæ exspectativæ initium.

HAYMO, Halberstatens. episc.

CXVII, 847, Gratiam aspirantem Deus non dat nisi per Christum. 509, Homo per suas vires non potest tentationibus resistere, sed a Deo liberari potest. 510, Securitas non ponenda est in homine, sed in Deo. 520, Dei solius opere innocentes esse possumus 574, Oratio quæ cum Christo fit, ad salutem est; quæ sine Christo est ad damnationem. 619, Nec bene velle possumus, nisi gratia Dei illuminemur

HIERONYMUS (S.), presbyt.

XXII, 654, Multiplicatio gratiæ promittitur et a nobis

paucitas affirmatur. 942, Sola gratia Christi credentes justificantur et salvi fiunt. 1033, Velle et currere non possumus sine Dei auxilio. 1040, Infirmitas nostra gratia roboratur. 1117, Gratia non est retributio operum, sed donantis est largitas. 1154, Non sufficit quod semel donavit Deus, nisi semper dederit.

XXIII, 50, Ut voluntas et cursus hominum compleantur, ad gratiam Dei pertinet. 499, In operibus nostris quid tribuitur gratiæ Dei, et quid libero hominis arbitrio. 541, Non nostræ solum est potestatis facere quod volumus, sed Dei clementiæ. 579, Ubi est gratia, ibi cessat liberum arbitrium.

XXIV, Gratia Evangelii necessaria. 806, Gratia et non meritum pauperem liberat. 832, Non solum opera, sed et voluntas nostra utitur auxilio Dei. 834, Semper egemus auxilio Dei. 844, Quidquid boni volumus et explemus, ad gratiam Dei referamus. 849, Omnia per gratiam generi humano sunt tradita. 890, Gratia non possidentis, sed in arbitrio donantis est. 976, Gratiæ diversæ in his qui spiritu timoris, et in his qui perfectam habent dilectionem.

XXV, 1265, Ex gratia et non ex merito plena perfectio. 1397, Nihil potest anima sine gratia Christi.

XXVI, 583, Gratia reconciliamur. 618, Gratia commendatur.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc.

IX, 48, Dei est dare ut Scripturas intelligamus, et intellectas aptis verbis explicemus. 320, Si quid boni in nobis est, ex Deo est. 338, Munera gratiæ Dei sunt justificationes divinæ. 348, Munus gratiæ Dei est scientia cælestis. 399, Gratiæ Dei, non suis meritis, confidendum. 409, Gratia Dei ad vincendas tentationes necessaria. 430, Deus uniuscujusque auxilio pro meritorum diversitate aut deest aut adest. 431, Constantia et perseverantia apostolorum et martyrum in confessione fidei, sunt Dei dona. 470, Voluntas nostra per se bonum perficere non potest quod novit. 509, Gratia necessaria est ad custodiendas justificationes et ad tenendam rectam fidem. 510, Semper orandum est ut Deus nobis mandata servare volentibus foveat. 538, Gratiæ Dei quomodo cooperari debeamus. 538, De exordio nostro munus Dei est. 538, Omnia dona Dei sunt, non eo sensu quod ignorantia humana careat culpa quoties nescit. 544, Omnia a bonitate Dei in nobis inchoantur. 559, Deus sua dona justis et injustis largitur. 569, Humana infirmitas sine gratia Dei impar est tolerantiæ passionum. 569, Gratia et misericordia Dei egemus ad vitam æternam consequendam. 575, Adjuti Dei gratia immoramur in fide, in timore Dei et spe. 598, Dei proprium donum est ut quis in Dei rebus atque operibus versetur. 609, Naturæ hominis officium tantum est aggregare se in familiam, et velit et cœperit. 610, Dei ope eget homo ut bonum perficiat. 628, Salus ex Dei misericordia est exspectanda. 675, Nullus homini relictus est gloriandi locus, cum omnia ex Deo sint et in omnibus sit misericordia. 685, Munus gratiæ Dei est intelligentia, scientia humana et intellectus Scripturarum. 688, Impar est homo tribulationibus, nisi adsit gratia. 688, Nostra conversio a Deo est. 697, Voluntas nostra per se perficere non valet bonum quod novit. 859, Homo sine auxilio Dei comparatur terræ sine aqua aridæ. 842, Quæ pars gratiæ Dei et merito hominis in victoria tentationum. 860, Deus omnibus adest, nec se humanis auxiliis subtrahit. 863, Omnia tum corporalis, tum spiritalis vitæ subsidia ex Deo sunt. 962, Venia per gratiam omnibus necessaria. 1010, Gratia evangelicæ doctrinæ percipiendæ quibus dilata, quatenus ei obedire non potuerunt.

X, 24, Dei est dare ut gratia salventur omnes. 257, Quod agimus Dei virtus esse intelligatur

HILDEBERTUS, Venerab. Cenomanens. episc.

CLXXI, 181, Sine Dei gratia nec bene volumus, nec bene operamur. 184, Officiosissima est hominibus gratia Dei; vult Deus omnes homines salvos fieri. 355, Gratia Christus nos liberat, non meritis. 488, Utrique latroni mors Christi, si voluisset, erat profutura. 493, Gratiæ virtus et ordo in conversione Petri; ad quam gratia eum prævenit et juvit. 494, Homo per se cadere potest, non resurgere nisi per gratiam. 850, Gratia auxiliatrix hominem, etsi quotidie cadentem, non deserit. 889, Gratiæ in conversione peccatoris totus progressus videtur in reversione prodigi.

HILDEFONSUS (S.), Toletan. episc.

XCVI, 54, Deus tollit peccata sine opere peccatorum. 120, Per verbum vitæ qui sint filii iræ perveniunt ad munus gratiæ. 136, Gratiarum dona Spiritus sanctus, prout vult distribuit. 136, Cum Spiritus sanctus venit ut gratia detur, gratis, non meritis nostris, sed voluntate divina; inde gratia nuncupatur. 141, Gratia est vita æterna. 165, Gratia divina confertur in ministerio nostræ obsecrationis, et illa nos orare facit. 173, Per solam gratiam conditoris attrahimur ad terram repromissionis. 187, Nemo potest salvari nisi ex præcedenti et subsequente Dei misericordia. 191, Post justificationem ad pacem Dei per gratiam venitur.

HINCMARUS, Remens. archiepiscop.

CXXV, 109, Quid per gratiam primam et gratiam secundam. 183, 219, 268, Quid gratia et liberum arbitrium. 190, 196, Gratia non adimit liberum arbitrium, sed liberat. 205, 206, Gratiæ primi Adam et secundi discrimen. 420, Gratia et prædestinatio quid differant. 436, Qualiter Ecclesia catholica teneat de gratia et libero arbitrio.

LANFRANCUS, Cantuariens. archiepiscop.

CL, 121, Gratia ex multis delictis in justificationem. 121, Quare Deus quosdam obduret, iisque gratiam deneget. 140, Gratia non ex operibus. 156, Observantia bonorum operum sanctificat. 167, De gratia quasi accepta minime glorificandum. 219, Fides, bona opera sunt gratiæ ascribenda. 271, Gratiam nisi humiliatus nemo accipere potest. 288, Gratia, redemptio. 290, Gratia sors dicitur, et quare. 291, Fidem et bona opera dat Deus. 294, Gratia et libero arbitrio indigemus. 379, Gratia Christus. 443, Gratia et opera a Deo dantur. 443, Gratia, dum nonnullum invenit meritum, prorogavit beneficium.

LEO MAGNUS I (S.), pap.

LIV, 175, Gratia quid maxime operetur in corde. 143, Gratia in quo appareat mirabilior. 201, Gratia antiquis patribus data eadem est ac ea quæ nobis datur. 203, Semper per gratiam generi humano consultum est a bonitate divina. 214, Qui dedit velle, donabit et posse, ut simus cooperatores operum ejus. 221, Quid nobis divina gratia in Incarnatione contulerit. 261, Homo bona agens habet a Deo et effectum operis et initium voluntatis. 281, Quomodo gratiæ cooperetur homo ut interius renovetur. 298, Gratiæ est inchoare et perficere, hominis voluntarie cooperari. 303, Deus, qui præstitit velle, donat et posse. 373, Deus juste instat præcepto qui præcurrit auxilio. 431, Impossibilia ex infirmitate propria, possibilia fiunt virtute gratiæ. 442, Gratia operatur omnia in omnibus. 448, Sine Dei adjutorio fortes esse non possumus. 837, Gratia non solum excitat mentem, sed et adjuvat actionem. 1141, Deus ad vincendum vires sufficit. 1201, Per Christum omnia possumus, qui sine eo nihil possumus.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episcop.

LVII, 234, Gratiæ adjutorium etiam hominibus qui fuerunt sub priori testamento ad eorum perfectionem per fidem in venturum redemptorem datum fecit. 549, Gratia baptismatis a Christo instituti quanta sit. 558, Gratiæ distinctio ex opere operato et ex opere operantis. 624, Gratia Dei superabundantia. 635, Necessitas gratiæ ad omnia bona opera stabilitur. 656, Gratia Spiritus sancti lege non stringitur, necessitatis vinculo non tenetur; ipse sicut vult spirat, sic et quibus vult gratis sua dona dispensat.

PAULUS WINFRIDUS, diacon.

XCV, 1165, Dei adoptio homines filios gratiæ efficit. 1175, Martyrium non constat per meritum, sed per gratiam. 1216, Nonnisi gratuito Dei munere sunt qui ad æternam benedictionem vocantur. 1225, Persumma gratia est filii Dei fieri. 1229, Ad legem divinam implendam totis animæ affectibus auxilium gratiæ Dominicæ exoptandum est. 1264, Si quis peccaverit, solius est Dei dimittere. 1289, Ex nobis ipsis nihil quidquam boni possumus, et cum aliquid boni facimus nonnisi clementia divina largiente illud facimus. 1320, Sancti per gratiam virtutem suam habent. 1324, Quandoque apostolica prædicatio vocat gentes, quæ quondam desertæ fuerant a Deo. 1542, Divinæ fuit in apostolos opus dignationis et gratiæ, et non illorum electionis et studii, quod in apostolatum vocarentur. 1540, Propter gratiam Dei universus orbis fide repletus est. 1570, Activa et contemplativa vita ex dono sunt gratiæ.

PAULUS OROSIUS, presbyt.

XXXI, 1181, Gratis a Deo omnia accepimus. 1183, Liberum arbitrium cum gratia conciliatur. 1184, Audax prædicator liberi arbitrii injuriam facit donis Spiritus sancti. 1186, Diversæ sunt gratiæ. 1187, Deus cui vult donat. 1189, Deus dat incrementum. 1190, Gratiæ debetur vocatio gentium. 1198, Homo ex se mendax, solum per gratiam fit justus. 1199, Præceptiones Scripturarum probant necessitatem gratiæ. 1202, A Deo omne donum perfectum. 1206, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. 1210, Deus gratiam dat petentibus

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennatens. archiep.

LII, 202, Gratia Dei nos ducit ad illius conspectum. 354, Gratia justificat peccatorem. 360, Gratia Dei audimus et respondemus de fide. 571, Vocat Deus populum

ad gratiam per ministros. 401, Gratia terrenum hominem facit esse cœlestem. 427, Gratia vocamur. 471, Gratiam habere justi fatentur per quam stant et sine qua pereunt. 477, Gratia est ad omnes absque discretione personarum. 479, Gratia etiam reprobis offertur. 484, Gratia a domino spreta, datur servo. 484, Non imus ad Deum, nisi per gratiam vocati. 507, Nos Deus vocat et ducit ad vitam. 579. Qui gratiam invenit, timere nescit. 641, Gratia mysticos sensus docet in Evangelio latere.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episc.

CXCI, 1316, Gratia quid est. 1361, Gratia sub meritum non cadit, sed gratis datur. 1368. Gratia, quia gratis datur. 1392, 1398, Gratia Christi efficacior ad salutem quam Adæ peccatum ad damnationem. 1378, Gratia meretur augeri. 1395, Gratia Christi abundans. 1400, Gratia, quomodo superabundavit, ubi abundavit delictum. 1410, Gratia merita nostra bona facit. 1410, Gratia pro gratia redditur salvatis. 1413, Gratia pro gratia, quid. 1462, Gratia sola redemptos discernit a damnatis. 1462, Gratia gratis data, quæ. 1619, Gratia virtus est sacramentorum. 1674, Gratia non tollit liberum arbitrium. 1674, Gratia non secundum merita datur.

CXCII, 180, Gratia meritum præcessit, non contra. 183, Gratia est prædestinationis effectus. 197, Gratia Christo non ad mensuram data. 246, Gratiæ divinæ augmentandæ modus. 381, Gratiam reddit Deus pro gratia, præmians ob merita.

PHILIPPUS DE HARVENG, Bonæ Spei abb.

CCIII, 207, 214, Gratia quædam præcedens. 215, Gratiæ tractus suavitate adumbratur. 217, 279, Gratia dat efficaciam operandi bonum. 319, 334, Gratia facit dona Dei appellari et esse hominum. 345, Gratia est meriti radix. 884, Gratia cur sic appellata. 909, Gratiæ omne bonum ascribendum. 1038, Gratia appellatur sibilus.

PROSPER (S.), Aquitan. episc.

LI, 80, Gratia affectum credendi et volendi in nobis generat. 82. Gratia justificans non ex bonis meliores efficit, sed ex malis bonos facit. 83, Gratia est omnino gratuita. 114, Gratia operatur non tantum docendo, sed efficaciter mentem immutando; quod efficere non potest nec prædicatio, nec natura sibi dimissa. 129, Uni Christo debemus, si quid recte sapimus et velimus. 146, 383. Quidquid nascitur boni in agro cordis de opere et munere est cœlestis agricolæ. 146, Sine gratia nullum est virtutis opus, et sola gratiæ vi, animi hominum idonei fiunt et accenduntur ad recte vivendum. 164, Justitiæ opera, non ex natura, sed ex gratia. 164, Gratiæ necessitas ad omnia bona. 171, Gratia non prius deserit quam deseratur. 205, Gratiæ necessitas ad superandas tentationes. 207, Deo auxiliante vincimus, sine illo vincimur. 207, Omnis sancta cogitatio et motus piæ voluntatis ex Deo per quem aliquid boni possumus et sine quo nihil possumus. 208, Sine gratia nihil possumus nedum facilius facere. 208, Gratiæ necessitas ad remissionem præteritorum peccatorum et ad auxilium ne committantur in posterum. 209, Omnia bona divini esse operis pro omnibus probant gratiarum actiones. 209, Per gratiam non solum scimus quid faciendum sit, sed etiam diligimus. 210, Gratia Dei præveniens omnia merita nostra non aufert libertatem. 210, Deus bonum velle et operari operatur in nobis, et cooperatores sumus gratiæ ejus. 220, Ad gloriam perveniri non potest sine gratia. 221, Gratiæ effectus in anima sunt sine læsione libertatis. 253, Pro veritate mori donum est gratiæ. 256, Initium bonæ voluntatis a gratia. 296, Si quid laudandum, si quid lætandum ab homine agitur, opus Dei est et munus gratiæ. 336. Gratiæ auxilium ad custodienda mandata necessarium. 345, Dei gratiæ munus recta cogitatio et bona actio. 374, Gratia agit ut mandata Dei dilectione impleantur, quæ impleri timore non poterant. 440, Dei gratia est ut doceat nos humilitatem. 491, Gratia Dei omne hominis meritum prævenit. 515, Nihil in homine dignum amore, quod non sit ex Deo. 544, Dei munus recta cogitatio, et bona actio. 585, Quotidie quod alii per meritum suum perdunt, alii per gratiæ munus acquirunt. 649, Gratiam negat qui eam comitem dicit humanæ voluntatis, non ducem. 654, Gratia hominem sanat. 668, 669, Gratia gratuita probatur, cum impii justificantur. 669, Si gratia esset ex meritis, vilesceret redemptio sanguinis Christi. 671, Gratiæ cujuslibet causa voluntas Dei, et gratia est initium omnis meriti. 685, 686, Deus sibi subjicit per gratiam quos vult, et omnia quæ ad vitam pertinent sine gratia Dei nec inchoari, nec augeri, nec perfici possunt. 691, Non omnibus eadem gratiæ mensura confertur. 695, Gratia non tollit potestatem declinandi ad vitia et prima gratiæ semina sunt interdum perfecta. 706, Gratia Dei eo manifestior quo duriores sunt quos sibi subjicit. 713, Gratia mutabilitatem voluntatis non aufert. 719, Gratia datur electis, non ut otientur, vel a nullo hoste impetantur, sed ut bene operentur et hostem vincant.

RABANUS MAURUS, Moguntin. archiepisc.

CVII, 561, Gratiam qua filii Dei vocamur, de Deo percepimus. 665, Homo per gratiam Dei illuminatus spiritualia a carnalibus dividit. 807, Gehennam illi soli devitare queunt qui per gratiam Christi opera justitiæ fecerunt.

CVIII, 24, Oris ipsamet apertio ad Dei voluntatem et gratiam pertinet. 60, Gratia gratuita est, et non ex operibus. 164, Donum pœnitentiæ sicut donum veniæ pœnitentibus non tribuitur, nisi sancti Spiritus gratia largiente. 318, Operibus perficere ea quæ cœpta sunt, hoc divinæ est gratiæ. 953, Deus sanctos suos abundare facit omnibus bonis et hic auget meritis et in futuro remunerabit cœlestibus præmiis. 1048, Gratia victoriam vitiorum tribuit. 1082, Deus per gratiam dat mandata intelligere. 1127, Divinæ et bonæ virtutes ad auxilium nostrum mittuntur a Domino. 1310, Non pro natura unicuique Deus reddet, sed pro operibus suis. 1311, Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, ut subsequente quoque nostro libero arbitrio bonum quod jam appetimus agat nobiscum ita ut hoc bonum remunerabitur in nobis, ac si solis processisset ex nobis, cum, gratia præveniente, subsequens concomitatum habet liberum arbitrium.

CIX, 14, Gratia hominem efficit possessionem Dei. 115, Qui gratiæ cœlestis imbre irrigatur vivens in carne germina virtutum fructificat. 401, Nemo bona exteriora opera exsequi valet sine dono Dei. 463, Gratia sancti Spiritus Ecclesiam sanctificat, et diversis virtutum donis eam locupletat. 665, Homo gratia adjutus adversarios suos superat. 670, Deus electos suos ab initio dono gratiæ suæ exaltat. 675, Bonæ cogitationes nobis a Deo inspirantur. 864, Deus dat bene velle, agere, atque in nobis permanere.

CX, 124, Quidquid boni agimus gratiæ divinæ deputemus. 257, Honorificatur Deus cum omne quod bene facimus, non hoc nostris meritis, sed ejus gratiæ tribuimus. 432, Quæcunque bona, Dei gratia largiente, valemus, ejus misericordiæ, non nostris unquam meritis deputemus.

III. *De institutione baptismi, ejusque auctore.*

Baptismus, quando institutus a Christo, Lactantius, VII, 616; S. Optatus, XI, 1055. Baptismus propter quid institutus, S. Augustinus, XLV, 1120. Instituta est secunda nativitas, quia prima est damnata, id., XLIV, 857. Cum Christus dicit, Ite in orbem universum, baptizate, etc., evidenter ostendit, quia non ipsi, sed ille procul dubio baptismatis auctor erat, S. Petrus Damianus, CXLV, 102. Quæritur quando institutum sit sacramentum baptismi, Wernerus abbas, CLVII, 759. Institutio baptismi facta fuit quando Christus ad baptismum venit, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 128, 449. Quare institutum fuit sacramentum baptismi *ibid.* 447; Robertus Pullus, CLXXXVI, 840. Christus ad baptismum Joannis accedens, vim regenerativam aquis contulit, id., CLXXVII, 389. De tempore institutionis baptismi, Petrus Lombardus, CXCII, 844; Magister Bandinus, CXCII, 1092.

IV. — *De materia baptismi tum remota, tum proxima.*

Materia baptismi et virtus, Tertullianus, I, 1203. In baptismo ter caput mergebatur, S. Hieronymus, XXIII, 164 Trina immersio propter mysterium Trinitatis, S. Hieronymus, XXVI, 496. In baptismo fit trina mersio juxta priscum Ecclesiæ morem, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 343. Quandoque unica, *ibid.* Si in vino quis, aquam non habens, periclitantem infantem baptizavit, nulla ei adscribitur pœna, S. Stephanus, II, 1026. In baptismo trinam mersionem faciendam esse, Alcuinus, C, 290, 342. In aqua baptismus consecratur, ut intelligatur, etc., Haymo, CXVII, 411. Nullum elementum invenitur aptius ad consepeliendum nos quam aqua, per aquam quippe sordes mundantur corporum, Paschasius CXX, 170. Baptismatis trina immersio signatur in epistola Gregorii papæ, Isidorus Mercator, CXXX, 1103 Per materialem aquam baptismus datur, Gerardus, CXLII, 1271. Baptismus fit in aqua, S. Anselmus, CLVIII, 543. Baptismi in aqua fit trina mersio ob tres rationes, Ivo Carnot., CLXI, 1058. Baptismus fit sub trina mersione, Rupert., CLXVII, 1632. Baptismus olim per totius corporis immersionem fiebat, Hildebertus, CLXXI, 1147. Baptismus uniformiter fit in aqua, Hugo de S Victore, CLXXVI, 127. Magis in aqua quam in alio liquore baptismus conficitur, quare, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 1739; Zacharias, CLXXXVI, 101. Baptisma non alium liquorem, aliudve elementum recipit, præter aquam, Robertus Pullus, CLXXXVI, 841. Celebratur baptismus tantum in aqua, Petrus Lombardus, CXCI, 844; Magister Bandinus, CXCII, 1092. Pro vario Ecclesiarum usu semel vel ter, qui baptizatur immergitur, *ibid.* In qua materia baptizandum sit determinavit Christus, quando in aqua hominem regenerari debere monstravit, Ecbertus, XCV, 53. Nulla in alia re baptismum facere permissum est nisi in pura aqua, Joannes Belethus, CCII, 115.

V. — *De forma baptismi.*

Baptismus in Patre et Filio et Spiritu sancto, S. Hilarius, X, 39. Baptismus confertur in nomine S. Trinitatis, S. Hieron., XXII, 466. Verum baptisma in Spiritu sancto; et mysterio S. Trinitatis, id., XXV, 935. Apostoli baptizant in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, *ibid.*, 139. Baptismus in nomine sanctæ Trinitatis datur, S. Augustinus, XXXVIII, 803. Baptizandum est in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, S. Petrus Chrysologus, LII, 427. Baptismus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti datur, Gennad., LVIII, 993, 1026. Baptismus in nomine Jesu quomodo validus, Vigil. Taps., LXII, 324. Datur baptisma in nomine Trinitatis S. Fulgentius, LXV, 300. Baptismus a quibuscunque hæreticis collatus modo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, non est iterandus, S. Fulgent. Ruspens., LXV, 692. De baptismo in nomine Jesu, Facundus, LXVII, 534. S. Trinitatis in baptismo invocatio requisita, Gregor. Turon., LXXI. 227. Baptismi forma, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 343. In Patre et Filio et Spiritu sancto salutaria baptismi dona consistunt, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 821. Si omissa qualibet Trinitatis persona, baptisma detur, manifeste in regenerationis solemnitate nihil agitur, nisi tota Trinitas invocetur, *ibid.* Pœna ejus qui non baptizaverit in nomine S. Trinitatis, XCIX, 1023. Quod in nomine Trinitatis detur baptismus., S. Hildefonsus Tolet, XCVI, 168. Nullatenus baptismi mysterium perfici potest, nisi sub invocatione sanctæ Trinitatis, Theodulfus, CV, 232. Si quis episcopus aut presbyter non baptizaverit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, abjiciatur, Isidor. Mercator, CXXX, 20; Burchard., CXL, 732. De presbytero, qui grammaticam ignorabat et tamen in Trinitate baptizabat, Burchard. Wormat., CXL, 735. Baptizare in nomine Patris tantum, vel in nomine Filii tantum, vel in nomine Spiritus sancti non licet, Ivo Carnot., CLXI, 1059. Baptizati in nomine Domini sunt baptizandi in nomine sanctæ Trinitatis, *ibid.* Baptizatus sine invocatione Trinitatis sacramentum regenerationis non habet, *ibid.* Forma baptismi sunt ista verba, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, vel æquipollentia, Zacharias, CLXXXVI, 102. Invocatio Trinitatis verbum dicitur quo baptisma consecratur, Petrus Lombard., CXCII, 843. Forma hujus sacramenti, Magister Bandinus, CXCII, 1095; Stephan. Tornac., CCXI, 312, 313; Petrus Pictav., *ibid.*, 1230.

VI. — *De necessitate baptismi; de parvulis sine baptismo defunctis; quo tempore obligare cœperit lex baptismi.*

Sine baptismo salus nemini competit, Tertull., I, 1213. Quo tempore lex baptismi obligare cœperit, *ibid.*, 1215. Nisi baptizatus fuerit catechumenus, remissionem non potest accipere peccatorum, S. Ambrosius, XVI, 394. Baptisma omnibus necessarium, S. August., XL, 253; XLIV, 189, 190, 199. Baptismus necessarius etiam perfecte viventibus, id., XXXV, 1495. Baptismi necessitatem asserit Innocentius papa, id., XLIV, 576. Baptismus Christi necessarius parvulis, id., XXXIV, 418. Baptismus necessarius parvulis ob peccatum originale, non ob personale, id., XLIV, 121. Regenerari spiritualiter opus habet, quisquis carnaliter generatur, *ibid.* A damnatione Adæ nemo liberatus nisi in Christo renatus, id., XL, 256 Baptizari parvuli debent, ut a diaboli potestate et a peccato liberentur, id., XLIV, 1138. Per baptismum de potestate tenebrarum eruuntur parvuli morientes, id., XXXIII, 982, XLIV, 426. Ab originali peccato liberari parvuli non pos-

sunt nisi baptismo Christi, id., XXXIII, 685. Parvulos propter salutem baptizandos negant Pelagiani, *ibid.* 761, 763, 773. In parvulis per baptismum remissionem fieri peccatorum fatentur aliqui Pelagiani, quo sensu, id., XLIV, 146. Baptizandos parvulos Pelagiani concedunt, non propter vitam æternam, sed propter regnum cœlorum, id., XXXVIII, 1336; XLIV, 142, 394. Sine baptismo, parvuli non possunt habere vitam in semetipsis, id., XLIV, 615. Parvuli non baptizati manent in tenebris, *ibid.*, 112, 129, 190, 131. Parvuli non baptizati damnantur, *ibid.*, 188, 189. Parvuli sine baptismo morientes, non erunt in medio quodam loco ubi beate vivant, S. Leo Mag., LVI, 486, 487. Baptizandi sunt parvuli, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt, Gennad., LVIII, 989. Illud præcipue observandum est et tenendum, nascentium parvulorum animas nexu peccati originalis obstrictas, omnib: sque necessarium esse sancti baptismatis sacramentum, S. Fulgent. Ruspens, LXV, 441. Sine regeneratione neminem in regnum intraturum Nicodemo Dominus revelavit, S. Gregor. Magn., LXXIX, 620. Pro solo originali reatu luunt in inferno nuper nati infantuli pœnas, si renovati per lavacrum non fuerint, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 588. Nemo sine lavacro regenerationis remissionem peccatorum consequi, et regnum valet intrare cœlorum, V. Beda, XCII, 668. Quod non nisi renatus habeat vitam æternam, S. Hildefons. Tolet., XCVI, 758. Non baptizati a regno Christi alieni sunt post obitum, Alcuinus, CI, 1224. Baptimi necessitas, Joannes Rothomag., CXLVII, 234. Baptismus necessarius re aut voluntate, Goffridus, CLIII, 256. Nemo terram viventium intrabit qui prius per baptismum non transierit, S. Br. n. Astensis, CLXIV, 533. Quicunque sine baptismo de hac vita migraverit et regno Dei carebit et insuper maledicti originalis pœnas luet æternas, Otto, CLXXIII, 1358. An absque percepto actualiter visibili sacramento, vel ejus vice martyrio salus obtineri possit, S. Bernard., CLXXXII, 1031 Quando homines obligari cœperunt præcepto percipiendi baptismi, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 450, 452. Necessarium est visibile sacramentum aquæ ad ablutionem visibilis corporis, Gratianus, CLXXXVII, 1791. Omnis despiciens sacramentum baptismi et accipere nolens, æternam vitam nullo modo mereri nec consequi potest, Ermengaudus, CCIV, 1256. Tam parvulis quam adultis est necessarius baptismus, Alanus de Insulis, CCX, 347. Non obligasse baptismum, ex quo dictum fuit Nicodemo: Nisi quis renatus, etc., S. Bernardus. CLXXXII, 1031. Baptismi obligationem cœpisse primum post sufficientem ejus promulgationem, *ibid.*, 1034.

VII. — *De unitate baptismi, quod non sit iterandum.*

Baptismus unus omnino est, tam ex Domini Evangelio, quam ex apostolorum litteris, Tertull., I, 1216. Baptisma unum in Ecclesia, S. Cyprian., III, 407, 408, 412; S. Hilar., X, 399, 400. Baptisma non est iterandum, S. Optatus, XI, 1044, 1045, 1048; S. Ambros., XV, 1789; S. August., XXXV, 1484; XLIII, 54, 70, 72, 77, 158, 159, 162, 190, 192, 197, 199, 206, 219, 225, 226, 227, 252, 254, 237, 346, 515, 601, 602, 605, 804. Domini baptisma unum est lavandis animabus et corporibus, S. Petrus Chrysologus, LII, 647; Gennad., LVIII, 993. Baptismus non iterandus, S. Leo Magn., LIV, 1193; Primas., LXVIII, 445; S. Hildefons., XCVI, 160, 161; Isidor. Mercator, CXXX, 319, 678; S. Petrus Damian., CXLV, 164; Rupert., CLXIX, 264; Hugo de S. Victore, CLXXV, 629; id., CLXXVI, 458; Alanus de Insulis, CCX, 353.

VIII. — *De variis baptismatum generibus.*

Baptismus secundus, seu sanguinis per martyrium, Tertull., I, 1217. Plurima baptismatum genera præmissa sunt, S. Ambros., XVI, 1248. Baptizantur alii baptismo ignis, alii baptismo Spiritus sancti, S. Hieron., XXV, 686. Baptismus sanguinis quis, S. August., XLIII, 276. Praptismi vicem implet martyrium et in articulo necessitatis vera conversio, *ibid.*, 173 Baptismus sanguinis; Prudent., LX, 426. In Scripturis sunt baptismatum genera tria, aquæ, spiritus et ignis, sanguinis quo martyres baptizantur, Primas., LXVIII, 443. Baptismus martyrii omnium præstantissimus, id., LXXIII, 488. Quod primum baptisma aquæ sit, secundum sanguinis, S. Hildefons. Tolet., XCVI, 160. Tria sunt baptismi genera, S. Isidor Hispal., LXXXIII, 820; Alcuinus, CI, 1216. Sunt plura genera baptismatis, quæ purgant hominem a delictis, ac profectum conferunt sanctitatis, Rabanus Maurus, CXI, 133, 134. Quatuor sunt genera baptismatum, Haymo, CXVII, 411. Non baptizati si pro Christo moriuntur, baptizati moriuntur, Ivo Carnot., CLXI, 1068. Effusio sanguinis implet vicem baptismi, *ibid.* Sanguinis effusio vicem obtinet baptismatis, sic et vera cordis contritio, cum tempus suscipiendi non habeat, Hugo de S. Victore, CLXXV, 843. Triplex est baptisma, id., CLXXVII, 804; S. Martin. Legion., CCVIII, 273; Alanus de Insulis, CCX, 348

IX. — *De baptismo Christi et Joannis.*

Baptismus Joannis an cœlestis, an terrenus, Tertull., I, 1210. Joannes se dicit baptizare in pœnitentiam, S. Hilar., IX, 926. Baptisma Joannis diversum a baptismo Christi, S. Optatus, XI, 1053, 1054. De baptismo Joannis, quando et cur post ipsum baptisma Christi collatum, *ibid.* Baptismus Joannis oculus supplicationum est, baptismus Christi oculus gratiarum, S. Ambros., XIV, 1010. Aqua Joannes baptizabat, Christus Spiritu, S. Ambros., XV, 1840. Legis typum accipiens Joannes baptizavit in pœnitentiam, Christus ad gratiam, S. Ambros, XVI, 1043. Baptisma Joannis, Juvencus, XIX, 105. Quo sensu in remissionem peccatorum, *ibid.*, 108. Baptismus Christi et Joannis, Chromat., XX, 328, 329. Baptismi Joannis finis, S. August., XLIII, 182. Joannis baptismo regeneratio non fiebat, *ibid.*, 255. Baptismum Joannis suscepit Christus, *ibid.*, 256; XLIII, 174. Suscepit ad ipsius sacramenti consecrationem, id., XXXVIII. 1335. Baptismus Joannis crimina non delet, id., XXXIX, 2010. Quare susceptus a Christo, id., XXXV, 2195, 2249, 2250. Baptismo Christi aquæ nostræ baptismati consecratæ, id., XXXIX, 2010, 2012, 2015. De baptismo Christi, S. Petrus Chrysolog., LII, 616; S. Leo Magn., LIV, 701; S. Maximus, LVII, 292, 294, 298; Prudent., LIX, 679. Baptismi S. Joannis Baptistæ effectus, S. Paulinus Nolanus, LXI, 447. Baptismus Joannis et Christi, S. Paschasius, LXII, 31. Salvator a Joanne accepit baptismum, quare, Beda V., XCII, 138. Baptismus Christi ad aquæ sanctificationem, S. Paulinus Aquil., XCIX, 173. Baptisma Joannis non fuit in remissionem peccatorum, sed præparatio ad baptismum Christi, S. Hildefons., XCVI, 116. Baptizatus est Christus, non ut ejus ulla diluerentur iniquitas, sed ut ejus magna commendaretur humilitas, Alcuinus, CI, 49[illegible]. Baptisma Christi non fuit in aqua tantum sicut Joannis, sed in Spiritu sancto, *ibid.*, 138, 238. Joannes baptizat in aqua pœnitentiæ, Christianus Druthmarus, CVI, 1295. Ob tres causas venit Dominus ad baptismum Joannis, *ibid.*, 1294. Christus Joanne baptizari voluit, ut discant omnes fideles neminem absque baptismo justificari quamvis innocenter ac juste vivat, Gerardus, CXLII, 1275. Baptismus Joannis figura baptismi Christi, Lanfrancus, CL, 650. Baptizari Dominus voluit, non quia remissione peccati egeret, sed ut legem impleret, Ivo Carnot., CLXI, 1050. Baptismi Joannis et baptismi Christi non eadem est virtus, *ibid.* Baptisma Joannis baptisma servi, baptisma Christi baptisma est Domini, Rupertus, CLXVII, 1643. Baptismus Joannis præparatio fuit ad baptismum Christi, Hi deberi., CLXXI, 409. Baptismus Christi baptismus remissionis dicitur, baptismus vero Joannis baptismus pœnitentiæ, Hugo de S. Victore, CLXXV, 845. Quid distet inter baptismum Joannis et Christi, id., CLXXVI, 451. Baptismus Joannis sola corpora abluebat, a peccatis vero non mundabat, Petrus Lombardus, CXCII, 842. De forma baptismi Joannis et de baptizatis ab eo, *ibid.* Joannes baptizabat in aqua, Jesus in aqua et Spiritu sancto, Richardus, CXCVI, 1016. Baptismus Christi dignior baptismo Joannis, Philippus de Harveng., CCIII, 763. Cur Christus venit ad aquas Jordanis, Petrus Blesensis, CCVII, 591. Cœpit perfectum bap ismia a Jesu Christo; ipse enim baptizavit primum in Spiritu sancto, S. Martinus Legion., CCVIII, 273. Non ideo Christus baptizatus est quod baptismo indiguerit, sed ut aquis vim regenerativam conferret, Alanus de Insulis, CCX, 350. Differentia baptismi Joannis ad baptismum Christi, Petrus Pictav., CCXI, 1257.

X. — *De subjecto baptismi, de dispositionibus in adultis requisitis*

Baptismus in qua vitæ ætate conferendus, Tertull., I, 1220. Baptismi di atio an utilior., *ibid.*, 1221. Baptismum præcedere debet confessio delictorum omnium, *ibid.*, 1222. Atque pœnitentiæ, *ibid.*, 1229. Multo minus infantibus neganda baptismi gratia quam adultis, S. Cyprian., IV, 1018. Omnibus dandum baptisma, S. Sylvester, VIII, 858. Baptizati pueri, adolescentes, juvenes, senes utriusque sexus, S. Zeno, XI, 493. Baptizati in unum homines genere, ætate, sexu, conditione diversi, *ibid.*,

491. Baptizari parvuli debent, ut a diaboli potestate et a peccato liberentur, S. August., XLV, 1438. Baptizantur parvuli in remissionem peccatorum, id., XXXVIII, 751. Parentes sollicitos esse oportet ut baptizentur infantes. id., XLIV, 199. Baptizandi filii etiam fidelium, *ibid.*, 175, 812, 847. Non superfluo baptizantur baptizatorum filii, *ibid.*, 194, 195, 199. Mortui non baptizandi, S. Leo Magn., LVI, 422. Baptizandæ prægnantes, *idem.*, 444. In adultis nec confessio sine baptismate nec baptisma sine confessione, S. Fulgentius, LXV, 588. Baptizandi fidei symbolum discant, Ferrandus, LXVII, 959. Ægrotantibus quando ipsi loqui non possunt, si pro eis alii testimonium dixerint, baptismus non negetur, *ibid.* Quando de infantibus ignoratur utrum baptizati sint, sine ulla dubitatione baptizentur, id., LXVII, 959. Baptismum præcedebat jejunium, Cassiod., LXIX, 1195. Baptismum præcedit jejunium et oratio, id., LXXII, 515. Petrus baptismo pœnitentiam esse præmittendam docuit, S. Gregor. Magn., LXXVII, 112. An baptismus conferri possit mulieri prægnanti, *ibid.*, 1193. Crisconius, LXXXVIII, 828. Baptizati quorum dubium est baptisma iterum baptizandi, *ibid.* Mortuis non detur baptisma, Angelrannus, XCVI, 1049. Baptizandi dent nomen suum, et diu sub abstinentia vini et carnium percipiant baptismum, Theod., XCIX, 1022. Subito obmutescens baptizari potest, si voluntatis præteritæ testimonia justa fuerint, *ibid.*, 1023. Non potest fieri ut corpus baptismi capiat sacramentum, nisi anima fidei susceperit veritatem, Alcuinus, C, 189. Baptizari debent sine scrupulo, qui non probantur baptizati, Isid. Mercator, CXXX, 353. Mortui non sunt baptizandi, Burchard., CXL, 734. Omnes ad baptismum venientes quinta feria majoris hebdomadæ fidem episcopo vel presbytero reddere debent, id , CXL, 730. Baptismum accepturus adultus debet prius pœnitere veteris vitæ, Ivo Carnot., CLXI, 1054. Baptizandus prius est catechizandus instruendusque de rebus fidei, *ibid.* Catechumeni antequam elemento aquæ abluantur, se renuntiare voveant diabolo, pompis et operibus ejus, S. Bruno, CLXIV, 471. Baptizandorum præparatio ad baptismum per XV dies jejunii, Rupertus, CLXX, 111. Nullus in materno utero baptizari potest, Petrus Lombard., CXCII, 853. Qui sine fide vel ficte accedunt, sacramentum non rem accipiunt, *ibid.*, 846.

XI. — *De ministro baptismi.*

Baptismum dandi jus habet summus sacerdos, qui est episcopus, Tertull., I, 1218. Debinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate. Etiam laicis jus est, *ibid.* De iis qui a schismaticis aut a malis ministris baptizati sunt in fide, non dubitandum quin ratum haberi debeat eorum baptisma, S. Optatus, XI, 765. Baptismus fit per sacerdotes Christi, S. Ambros., XV, 1227. Presbyter et diaconus jus non habet baptizandi sine jussione episcopi, S. Hieron., XXIII, 165. Necessitate cogente, licet laicis baptizare, *ibid.* Baptismus a presbytero confertur, S. August., XLI, 842 Baptismum dandi jus in ordinatione habetur, id., XLIII, 71. Laicus in necessitate baptizat, *ibid.* Baptisma in necessitate ministrare etiam laicis conceditur, S. Leo Magn., LVI, 695. Solis sacerdotibus tractandum est baptisma, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 822. Mulier baptizare non præsumat, Theod., XCIX, 1023. Quod solis sacerdotibus liceat dare baptismum, excepta necessitate periculi, S. Hildefons. Tolet., XCVI, 159. Baptismus recte confertur etiam a malis, S. Agobard., CIV, 142. Baptizare potest diaconus absente episcopo et presbytero, Regino, CXXXII, 142. Baptismi administratio sacerdotibus commissa, Joann, Rothomag., CXLVII, 232, 235. Constat baptisma solis sacerdotibus traditum, Ivo Carnot., CLXI, 82. Baptizare potest mater filium, mortis urgente periculo, *ibid.*, 1051. Baptizare nullus præsumat nisi sacerdos seclusa necessitate, *ibid.*, 1052. Laico in necessitate baptizare conceditur, Honor., CLXXII, 674; Algerus, CLXXX, 838, 882; Gratianus, CLXXXVII, 1799; Magist. Bandin., CXCII, 1094. Quibus liceat baptizare, Petrus Lombard., CXCII, 852.

XII. — *De baptismo ab hæreticis et schismaticis, vel aliis malis ministris collato, aut subjectis accepto.*

Baptisma hæreticorum non reiterandum, Stephan , I, 1009, 1010. Omnia inania et falsa apud hæreticos, S. Cyprian., III, 1043. Participem hæreticorum esse qui eorum baptisma probat, S. Cyprianus, III, 1122, 1126, 1130, 1173. Baptizandi qui ab hæreticis baptizati, *ibid.*, 1162. Ne baptisma quidem sanguinis in hæresi prodesse, *ibid.*, 1123. Redeuntes ab hæresi utroque sacramento nasci debere, S. Cyprian., III, 1046, 1081, 1117. De his qui de hæresi ad Ecclesiam sine baptismo admissi sunt, *ibid.*, 1122, 1171. Sententia Stephani de baptismo hæreticorum, III, 1128. A quacunque hæresi venientem baptizari vetuit, *ibid.*, 1129. Hæreticos non proprie baptizare ad se venientes, *ibid.* Hæreticorum baptisma dudum in Africa rejectum, S. Cyprian., III, 1038, 1110. Mortuos baptizant Montanistæ, S. Philast., XII, 1166. Baptismus ab hæreticis datus, bonus, sicut et a malis, S. August., XLIII, 190, 191. Baptismus malorum non valet, si non valet hæreticorum, *ibid.*, 193, 203, 204, 205, 206, 207, 209, 211, 212. Baptismum ab hæreticis et schismaticis dari posse, in concilio Nicæno definitum est, *ibid.*, 72. Quidquid de baptismo hæreticorum Cyprianus ejusque collega in concilio Carthaginensi dixerunt, de baptismo iniquorum dici potest, *ibid.*, 239. Baptismus ubicunque conferatur, venerandus est, id., XXXIII, 301. Baptismus apud hæreticos collatus valet, nec iterandus est, *ibid.*, 362; XXXVII, 462, 797. Baptizandum non est post hæreticos, si non baptizatur post ebriosos, luxuriosos, etc., id., XLIII, 218, 457. Baptizatos in hæresi vel schismate non rebaptizandi, *ibid.*, 219, 220, 491. Baptismus ab hæreticis aut malis datus integer est, *ibid* , 207, 244. Sed non prodest ad salutem, *ibid.*, 110, 141, 170, 235, 235, 239, 257, 437, 756. Baptismum habere possunt hæretici et mali, sed non habent remissionem peccatorum, *ibid.*, 227, 228, 238, 244. Baptismus a malis acceptus an peccatorum remissionem operetur, *ibid.*, 165, 166. Baptismum dare possunt hæretici et perversi, peccatorum remissionem dare non possunt, *ibid.*, 192. Qui ab hæreticis aut iniquis baptizantur, si non falso corde convertuntur, a Christo baptizantur, *ibid.*, 219. Baptizati apud hæreticos an debeant rebaptizari , Gennad., LVIII, 1026, 1028. Ferrand., LXVII, 958. Baptismus in Trinitatis nomine etiam ab hæreticis datus, validus censetur, S. Gregor. Magn., LXXVII, 828. Hæreticorum baptismus non ad remissionem peccatorum, sed ad supplicii testimonium datur, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 588. Qui apud hæreticos baptizati sunt, et veniunt ad nos, recipiantur quasi baptizati, Burchard., CXL, 734. An hæreticus possit baptizare, Ivo. Carnot., 1052. Hæretici et peccatores baptismum administrantes filios generant Ecclesiæ, S. Bruno, CLXIV, 210. An baptismus hæreticorum sit iterandus quando fiat in nomine S. Trinitatis, Rupert., CLXVII, 813. Quod baptismus æque sanctus est a bono et a malo datus bono vel malo, Petrus Lombard., CXCII, 850.

XIII. — *De tempore conferendi aut suscipiendi baptismi.*

Baptismi conferendi tempus, Tertull., I, 1222; S. Siricius, XIII, 1134. Intra quos dies baptizandi sunt infantes, S. Cyprian., III, 1015, 1017, 1018. Baptismus in Pascha et in Pentecoste confertur, S. Hieron., XXV, 1528. Baptismus in Sicilia solemniter celebratus in die Epiphaniæ, S. Leo Magn., LIV, 696. Celebrandus in Paschate, *ibid.*, 698. Et in Pentecoste, *ibid.* Ex apostolico exemplo baptisma in Pentecoste celebrari. *ibid.*, 700. Nocte paschali baptisma collatum, *ibid.*, 609. Leo vetat celebrari in Epiphania, *ibid.*, 698. In necessitatis casu omni tempore baptizandum, *ibid.*, 700. Baptismus quibus anni temporibus apud Græcos conferri solitus, S. Gregor., Magn., LXXVII, 925. Quibus apud Latinos, *ibid.* Ut post duas hebdomadas Quadragesimæ ad baptismum nullus suscipiatur, Criscon., LXXXVIII, 828 Parvuli non præsententur ad baptismum nisi in duobus temporibus præscriptis, Carol. Magn., XCVII, 770. De tempore et loco baptizandi, S. Hildefons. Tolet., XCVI, 157. Certis temporibus Paschæ et Pentecostes baptismata fiant, excepta causa infirmitatis, Herard., CXXI, 766; Burchard., CXL, 729; S. Anselm., CXLIX, 521; Ivo Carnot., CLXI, 79. Baptismus solemnis in die Paschæ non Epiphaniæ fieri debet, Rupert., CLXX, 84. Quod tantum bis in anno canonice baptismus celebretur, Honor. Augustod., CLXXII, 675. Nisi necessitate cogente inter Pascha et Pentecostem nullus baptizare præsumat, Gratian., CLXXXVII, 1799. In baptizandis electis duo tempora sunt servanda, Petrus Lombard., CXCII, 851.

XIV. *De effectibus baptismi.*

In baptismo est regeneratio, Tertull., II, 280, 862. Et remissio peccatorum, *ibid.*, I, 1258; II, 280. Baptismate sordes abluuntur, maculæ vero martyrio candidantur, *ibid.*, II, 147. Spiritus in aquis corporaliter diluitur, et caro in eisdem spiritualiter emundatur, *ibid.*, I, 1204. Baptizamur, non ideo ut delinquere desinamus, sed quia desinimus, quoniam jam corde loti sumus, *ibid.*, I, 1239. Baptismate malitia omnis aboletur, Lactant., VI, 435.

Baptismo datur remissio peccatorum, S. Hilar., IX, 412. Sacramentum est divinæ generationis, *ibid.*, X, 39 Baptismi sacramento splendorem percipiunt animæ, *ibid.*, IX, 1060. Baptismi lavacro per verbi virtutem anima et corpore innovamur, *ibid.*, 976. Baptismus vitam animæ comparat, S. Zeno, XI, 341. Desecat animi vitia et originale peccatum., *ibid.*, 355. Omnia omnino peccata diluit, S. Zeno, XI, 470, 519. Baptismate renatus fit Ecclesiæ filius, *ibid.*, 437. Ubi Trinitas cum fide concordat, qui natus fuerat sæculo renascitur spiritualiter Deo, S. Optatus, XI, 963. In baptismate justitia omnis impletur, S. Ambros. XIV, 867. Peccatum abluitur, *ibid.*, 345, 727. In baptismate descendit Spiritus sanctus, *ibid.*, 428. Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti spem vitæ capimus æternæ, *ibid.*, 791. Aufert Dominus peccata per baptismum, *ibid.*, 1240. Per baptismum peccato morimur, sed Christo convivimus, S. Chromatius, XX, 329 Baptismus novum hominem facit, et ex toto novum creat, S. Hieronymus, XXII, 655. Vetus Adam in lavacro totus moritur, et novus cum Christo in baptismate suscitatur, id., XXIII, 424. Baptismus tantum præterita peccata dimittit, *ibid.*, 569. Baptismi virtus, S. August., XLII, 572; XLIII, 165. Effectus, XLIV, 570, 847. Baptismus Christi omnia peccata delet, XXXVIII, 53, 382, 583. 390, 401, 752, 1064; XL, 262, 288, 659; XLI, 40; XLIV, 430, 600, 688. Baptismus dat omnium indulgentiam peccatorum et aufert crimina, non radit, *ibid.*, 562, 563. Per baptismum a damnatione liberantur ante usum rationis morientes, S. August., XXXIII, 364. Non solum peccata, sed et ipsa desideria vitiosa baptismatis lavacro purgantur, id., XLIV, 407. Baptizati solvuntur reatu malorum quæ remanent post baptismum, *ibid.*, 853. Baptismo sanctificatur et corpus, id., XL, 694. Baptismi effectus, remissio peccatorum et gratiæ collatio, S Prosper Aquit., LI, 285, S. Leo Magnus, LIV, 193. Baptismi sacramentum utile est et necessarium, quia in eo remissio peccatorum tribuitur, S. Maximus Taurin., LVII, 538. Baptismi aqua, quæ aqua Christi dicitur, et peccata delet, et gratiam justificationis confert, *ibid.*, 481. Ejus beneficia declarantur, *ibid.*, 338, 709. Effectus baptismi remittentis peccata ea Dei gratia et virtute procedit; Spiritus enim sanctus in illa aqua operatur, *ibid.*, 775. Tanta est virtus sancti baptismatis, ut omnia etiam quæ originali superadjecta repererit peccata diluat, S. Fulgentius, LXV, 387. Non solum originale debitum, sed et actuale deletum per baptismum. Primasius Adrumet., LXVIII, 442. Christus facit quotidie purgationem peccatorum per baptismum, S. Germanus, LXXII, 856. Baptismus peccata penitus aufert, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 1162. Dum corpus intinguitur, anima ab omnibus peccatis abluitur, id., LXXIX, 510, 515. Baptisma quo verissime omnia peccata dimittuntur, et cœleste regnum credentibus aperitur. Paulus diaconus, XCV, 1291. Baptismo ex filio iræ fit homo filius adoptionis, S. Hildefonsus, XCVI, 112, 173; Heterius, XCVI, 729. Quod baptismus et originale et actuale peccatum tollat, S. Hildefonsus Tolet, XCVI, 158. Cum baptizamur in Christo, per ipsum renascimur, ut purificati vivificemur, Leiradus, XCIX, 862. Aqua illa non solum sordes lavat, sed et animam a peccatis liberat, *ibid.* Baptismo remittuntur peccata tam originalia quam actualia, Alcuinus, CI, 1073. Baptismus renovat interiorem hominem, S. Agobardus, CIV, 177. O præclarum et admirabile sacramentum, quod de filiis iræ facit filios Dei, de veteribus novos, de fœdis pulchros, in quo et regeneramus, et purgamur, etc, Theodulfus Aurelian., CV, 232. Quod in baptismate vetus homo exuatur, et novus induatur, Jonas Aurelian. CVI, 126 Infantes baptizati, si moriantur, salvantur, S. Lupus Ferrar., CXIX, 608. Baptismi perceptio et fructus, Hincmarus Rem., CXXV, 373, 374. Baptismo redemptos perire posse contra Gottescalcum, *ibid.*, 580, 301. Baptismatis sacramento omnia peccata delentur, etiamsi nulla præcesserit pœnitentia, Ratherius, CXXXVI, 442. Per baptismum regeneratur et renovatur homo, adveniente in eum Spiritu sancto, per quem fit remissio peccatorum, Lanfrancus, CL, 371. Morimur in baptismate, non carne sed peccato, *ibid.*, 388. In baptismate spiritualiter creatur homo, et a Christo Christianus dicitur, Goffridus Vindocin., CLVII, 214. Cur baptizati, atque martyres, non statim incorruptibiles fiant, S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 534. Per baptismatis ablutionem inter adoptionis filios aggregamur, *ibid.*, 885. Quod omnia peccata in baptismo deleantur, Ivo Carnot., CLXI, 970. Ex aquis vita nascitur, Franco, CLXVI, 765. Baptismus efficit nos solium et templum Dei, Hildebertus, CLXXI, 788. Quid in baptismo dimittatur, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 390. Omnia peccata baptismus delet tam originalia quam propria, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 1501. Lavamur in baptismo quia deletur chirographum damnationis nostræ, S. Bernardus, CLXXXIII, 272. Per fidem et baptisma justificamur a peccatis, Gratianus, CLXXXVII, 1794. Quid prosit baptismus his qui cum fide accedunt, Petrus Lombardus, CXCII, 849. Quicunque baptizatus fuerit in nomine Dei, remissionem omnium peccatorum consequitur tam plenarie, ut si mox post baptismum de hac migret vita, aperta sit ei janua regni cœlestis, Eckbert, CXCV, 46. Per baptismum efficimur membra Christi, templum Spiritus sancti et filii Dei, Richardus, CXCVI, 1014. Sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas animæ sordesque interiorum emundando extergit, Henricus, CCIV, 300. In baptismo non remittitur peccatum solum originale, verum et alia, etiam venialia, Alanus de Insulis, CCX, 350.

XV. — *De cæremoniis baptismi.*

Baptismi ritus, Tertullianus, II, 806. In baptismo renuntiamus ore nostro diabolo pompæ et angelis ejus, id., I, 635; II, 79. E baptismo egressi perungebantur, id., I, 1296. Manus eis imponebantur, *ibid.*, 1207. Lacte et melle reliciebantur, id., II, 79, 262. — In baptismo sponsiones factæ, S. Zeno, XI, 470. In baptismi collatione solemnis hymnus canebatur, *ibid.*, 478. Inter cæremonias baptismi Zenonis tempore denarius tradebatur, *ibid.*, 481. Duplex unctio in baptismate, *ibid.* Lotio pedum ante vel post baptismum, *ibid.* — Baptizatus diabolo et operibus ejus abrenuntiat, S. Ambrosius, XIV, 129. Renuntiat et mundo, id., XV, 1892 Trina mersio in collatione baptismi, id., XVI, 429. In baptismo sacerdos aquas consecrat, *ibid.*, 391. Non potest quis nisi trina confessione purgari, *ibid.*, 765. — Solemnis interrogatio in baptismo, S Hieronymus, XXIII, 166. Egressis e fonte baptismatis quare unctio fiat in capite, cur etiam pedum lotio post baptismum, *ibid.*, 398. — Baptismi forma seu ritus, S. Augustinus, XXXIII, 97; XLIV, 145. Baptizandi parvuli ad ecclesiam deferuntur, *ibid.*, 1333. Baptizandus interrogabatur utrum ad Deum converteretur et in illum crederet, id., XLIII, 352. An sæculo renuntiaret, *ibid.*, 190. Cur pro eo qui respondere potest, non debet alius respondere, *ibid.*, 175. Baptizandis symbolum tradebatur, reddendumque reposcebatur, id., XL, 206. Baptizamur regulam fidei confitentes, id. XXXIX, 1611. Fidei professio de loco eminentiori coram fidelibus memoriter fieri Romæ consueverat a baptizandis, id., XXXII, 751. Baptizatus unctus oleo, id., XL, 693. Imponitur ei manus, id., XXXVIII, 1145. In baptismo osculum dabatur infantibus, id., XLIV, 625. Baptizati recens vestibus albis induti, id., XXXVIII, 678, 1092. Baptizandi chrisma et oleum benedictionis accipiunt, id., XXXIX, 1828. Baptizandi interrogantur de fide Trinitatis, XL, 1209. Baptismate impleto caput chrismate infunditur, id., XL, 1211. Recens baptizati sumunt vestem candidam, id., XXXIX, 2070. Pedes eis abluuntur, id., XL, 1211. — Quæ olim præparatio ad baptismum, S. Leo Magnus, LIV, 702. Pactum, professio, et renuntiatio in baptismo, *ibid.*, 366. — De variis ritibus ad baptismum pertinentibus, Joannes diaconus, LIX, 399 — Scrutinium et exorcismi ante baptismum, Fulgentius, LXV, 378. Symboli recitatio et orationis Dominicæ, *ibid.* — Baptizati oleo perungebantur, et frons illis cruce signabatur, Arator, LXVIII, 90. — Baptismi ritus, S. Germanus, LXXII, 362; Sacrament. Gelas., LXXIV, 1084. — Baptizandus apud Latinos ungitur in pectore, scapulis, etc., S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 322. Baptizandorum nomina descripta, *ibid.*, 342. — De abrenuntiatione in baptismate, S. Bonifacius Moguntinus, LXXXIX, 870. — De sacra unctione, Leidradus Lugd., XCIX, 865. De vestimentis albis, *ibid.*, 865. — De significationibus sacri baptismatis, Leidradus Lugd., XCIX, 855. — De tactu narium et aurium : ob quam causam secundum traditionem ecclesiasticam ab omnibus catholicis Christi sacerdotibus fiat. Leidradus Lugd., XCIX, 857. Quid significat quod infans aquis immergitur, S. Hildefonsus Tolet, XCVI, 159. De abrenuntiatione Satanæ, vel quæ sint opera ejus et pompæ, *ibid.*, 858. — Epistola de cæremoniis baptismi, Amalarius Trevir., XCIX, 893. — Variæ cæremoniæ baptismi et earum significationes, Alcuinus, C, 292. Alcuini de baptismi cæremoniis ad Oduinum presbyterum epistola, id., CI, 612. — Cæremoniarum baptismi explicatio, Magnus Senon., CII, 981; Theodulfus, CV, 224; Jesse, CV, 781. — Collectanea de antiquis ritibus baptismi, Maxent., CVI, 54. — De tinctione baptismi et unctione chrismatis, Raban. Maur., CXII, 1176. — Qualiter baptismi sacramenta celebrari oportet, Atto Vercellens., CXXXIV, 32. — Quod in baptismo si necesse fuerit, unus patrinus possit esse, Burchardus Wormat., CXL

732. Ut presbyteri a patrinis requirant si symbolum teneant, *ibid.* — In baptismo abrenuntiandum diabolo, Ivo Carnot., CLXI, 84. — Symbolum fidei credendum, *ibid.*, 84, 85. Quare trina mersio fieri debet in baptismo, id., CLXI, 1058. — Enumerantur variæ baptismo cæremoniæ, *ibid. et seq.*; Honorius, CLXXII, 672, 673; Hugo de S Victore, CLXXVII, 391 *et seq.*, 456; Gratianus, CLXXXVII, 1821. — Cur patrini puero in baptismo sunt necessarii, Robertus Pullus, CLXXXVI, 844; Joannes Belethus, CCII, 113, 114; Odo de Soliaco, CCXII, 59.

XVI. — *De agendi ratione post baptismum tenenda.*

Baptismus novus natalis, Tertullianus, I. Ex fide per baptismum in novitate vivendum, id., II, 862. Tentationes post baptismum cohibendæ, id., I, 1223. — Baptismo renati meminerint se non suam carnem habere, sed Christi, ut in consortium carnis Christi introeant, carnem cum vitiis et concupiscentiis affligant, S. Hilarius, IX, 499. — Servanda vestis qua nos sacro Dominus emergentes fonte vestivit, S. Ambrosius, XV, 1642. — Abluti semel estis baptismo salutari : nolite de fonte in cœnum regredi; servate donatam munditiem, S. Gaudentius, XX, 904. — Baptismus datur ut et moriamur et reviviscamus, S. Augustinus, XL, 253. Tempus est post baptismum cavendi omnia futura peccata cum omnia deleta sunt præterita, id., XLI, 40. Baptizati recens monentur, ut morum innocentiam præseferant, id., XXXIX, 1560. Baptismo non condigne utitur, ideoque damnabitur, qui veterem hominem non deponit, id., XLV, 1781. — Qui gaudes baptismi perceptione, vive in novi hominis sanctitate, S. Prosper Aquit., LI, 478. — Oportet renovatos per baptismum mensæ Dominicæ applicari, Leidradus, XCIX, 866. — Si quis ad ea quibus renuntiavit redierit, necnon et post tantæ fidei perceptionem in apostasiam, etc., prolapsus fuerit, procul dubio utriusque pactionis transgressor existit, Jonas, CVI, 128. — Si omnia peccata, nobis dimissa sunt in baptismo, quare obedimus vitiis et suggestionibus carnis, Haymo, CXVII, 410. Post baptisma abstinendum a carnalibus peccatis, *ibid.* — Mortui per baptismum peccato, non debemus ei iterum vivere, Hervæus, CLXXXVII, 670. — Qui baptizantur in Christo, mundo mori et sepeliri debent opere, verbo et affectu, Henricus, CCIV, 301. — Pactum in baptismate factum nulla ratione licet transgredi, Garnerius, CCV, 787.

XVII. — *Sermones, Epistolæ, Libri de baptismo tractantes.*

Liber de baptismo adversus Quintillam., Tertullianus, I, 1197. — Epistola S. Cypriani de hæreticis baptizandis, S. Cyprianus, III, 1103. — Epistola S. Cypriani ad Pompeium contra epistolam Stephani de hæreticis baptizandis, *ibid.*, 1127. Epistola S. Cypriani ad Magnum de baptizandis Novatianis, et de iis qui in lecto gratiam consequuntur, *ibid.*, 1137. Liber anonymi de rebaptismate, *ibid.*, 1184. — Sermo de baptismo, S. Pacianus, XIII, 1089. — De baptismo contra Donatistas libri VII; S. August., XLIII, 107. De baptismo parvulorum libri tres, id., XLIV, 109. — Tractatus de baptismo, S. Maximus Taurin., LVII, 772. — Liber de cognitione baptismi, S. Hildefonsus, XCVI, 112. — Liber de Sacramento baptismi, Leidradus, XCIX, 853. — Epistola de cæremoniis baptismi, Amalarius Trevir., XCIX, 892. — Libellus de mysterio baptismatis, Magnus Senon., CII, 981. — De ordine baptismi ad Magnum Senon. Theodulfus, CV, 223. Jesse epistola de baptismo, id., CV, 781. — Collectanea de antiquis ritibus baptismi, Maxentius Aquil., CVI, 54. — De baptismatis Sacramento, Rabanus Maurus, CVII, 309. Tractatus de ordine sacri baptismatis, id., CXII, 1173. — De Sacramento baptismi, Ivo Carnot., CLXI, 1046. — Tractatus de baptismo, S. Bernardus Clarævall., CLXXXII, 1031. — De Sacramento baptismi, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 441; CLXXVII, 388. — De baptismi incremento et mersione, et causis baptizandorum, Walafridus Strabus., CXIV, 957. — De baptismo, Petrus Lombardus CXCII, 843.

XCVII.

INDEX DE CONFIRMATIONE

EXPONENS HUJUS SACRAMENTI EXCELLENTIAM ET NECESSITATEM, DISPOSITIONES

AD ILLUD RECIPIENDUM ET EJUS EFFECTUS, LIBROS DE ILLO TRACTANTES.

An confirmatio sit sacramentum.

Confirmatio sacramentum est, Tertullian., II, 54. Sacramentum confirmationis, S. Cyprian., III, 1114. Chrismatis sacramentum in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus, S. Augustin., XLIII, 342; S. Gregor. Magn., LXXVIII, 351. Chrisma est sacramentum, Ratramn. Corbeiens., CXXI, 146. Quid confirmatio, Goffrid. abbas Vindoc., CLVII, 226; Petrus Abælard., CLXXVIII, 1740; Robert Pull., CLXXVI, 846; Petr. Lombard., CXCII, 855; Alan. de Insul., CCX, 369.

De ejus excellentia et necessitate.

Utrum manus impositionis sacramentum majus sit quam baptismus, Ivo Carnot., CLXI, 1069; Gratian., CLXXXVII, 1856; Hugo de S. Victore, CLXXVI, 462; Petr. Pictav., CCXI, 1241. Quanta hujus sacramenti dignitas, utilitas et necessitas, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 378 De confirmatione episcoporum a plebe sollicite quærenda, Isaac. Lingon., CXXIV, 1106. Hoc sacramentum victuris est necessarium, ut Spiritus sancti corroboratione muniantur, S. Otto Bamberg., CLXXIII, 1358.

De ejus effectibus, et an possit iterari.

Confirmatio Spiritu sancto vestit, Tertull., II, 50. In ea manus impositione caro adumbratur, ut anima Spiritu illustretur, *ibid.*, 806. Spiritus sanctus nunc per manus impositionem accipitur, S. August., XXXV, 2025; S. Isidor. Hispal., LXXIII, 824. In impositione manuum conferuntur dona virtutum, Leidradus Lugd., XCIX, 865. Quare sacramentum confirmationis baptizato traditur, Ivo Carnot., CLXI, 1070. Per sacramentum confirmationis fidelium corpori incorporamur, Hildebert., CLXXI, 595. Quæritur quæ sit efficacia hujus sacramenti, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 137. Opinio hæreticorum qui dicunt, quod confirmatio nullam habet efficaciam, Alan. de Insul., CCX, 369. Secundo vel tertio nullus confirmetur, Ivo Carnot., CLXI, 1072. Non iteratur, S. Bruno Signiensis, CLXV, 1102; Hugo de S. Vict., CLXXVI, 161; Petr. Abælard., CLXXVIII, 1745; Robert. Pull., CLXXXVI, 846; Petr. Lombard., CXCII, 855.

De ministro hujus sacramenti

Confirmatio a solis episcopis datur, Tertull., III, 1197. Baptizati in Ecclesia præpositis Ecclesiæ offeruntur, ut signaculo Dominico consummentur, *ibid.*, 1115. Confirmatio a pontifice dabatur olim statim post baptismum, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 385. Hujus sacramenti minister est episcopus, *ibid.*, 349. An liceat presbyteris baptizatos chrismate ungere, Theodull. Aurelian., CV, 255. Confirmationis sacramentum a presbyteris conferri posse contendunt Græci, refelluntur, Ratramnus Corbeiens., CXXI, 332. De consignandis vero infantibus manifestum est ab alio fieri quam ab episcopo non licere, Isidor. Mercator., CXXX, 695. Solus episcopus tanti mysterii exsecutor, S.

Petr. Damian., CXLIV, 838. Infantes baptizati ad confirmationem episcopis præsententur, Ivo Carnot., CLXI, 120. Non ab aliis quam ab episcopis manus impositionis sacramentum perfici potest, Gratian., CLXXXVII, 1857; Ivo Carnot., CLXI, 1069; Sicard. Cremon., CCXIII, 333; Hugo de S. Victore, CLXXVI, 459.

De dispositionibus ad illud recipiendum.

Ut jejuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, Herard. Turon., CXXI, 769; Burchard., CXL, 739; Ivo Carnot., CLXI, 121, 1071. Præparatio ad hujus sacramenti susceptionem, confessio requisita ante confirmationem, Odo de Soliaco Paris., CCXII, 59.

De materia, forma et ritibus hujus sacramenti.

Chrismate unguntur fideles, Tertullian., I, 1206; III, 1010. Chrismatis sacramentum, S. Augustin., XLIII, 342. Chrismatis divini unctio, S. Salvianus, LIII, 42. Confirmationis sacramentum datur per unctionem chrismatis, S. Maxim. Taurin., LVII, 711, 717. Chrismatis unctione et manus impositione apostoli usi sunt ad confirmandos baptizatos, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 350 Vocatur Chrismatis sacramentum, S. Bruno Signiens., CLXV, 1102. Unctio chrismatis fit in fronte, *ibid.*; Honor. Augustod., CLXXII, 673. De chrismate et ejus usu, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 459. Quid oleum significet et balsamum, Magister Bandin., CXCI, 1102. Quæ sit hujus sacramenti forma, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 352. Quæ sit hæc forma apud Græcos, *ibid.* Forma aperta est, scilicet verba quæ dicit episcopus, Petr. Lombard., CXCII, 855. Neophyti post baptisma accipiebant manus impositionem, Tertullian., I, 1207. Ritus dandi confirmationem, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 318. Hujus sacramenti duplex ritus, manus impositio et unctio chrismatis in fronte, *ibid.*, 350, 494, 495. Ordo confirmationis, id., CXXXVIII, 957. In octava die baptizati mitras deponunt, et ab episcopo in fronte per chrisma signantur, Honor. Augustod., CLXXII, 673. Quando parvuli sint confirmandi, Robert. Pull., CLXXXVI, 847.

Libri tractantes de confirmatione.

De manuum impositione, vel confirmatione, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 824. De sacramento confirmationis, Ivo Carnot., CLXI, 1070; S. Bruno Signiens., CLXV, 1102; Honorius Augustod., CLXXII, 673; Hugo de S. Victore, CLXXVI, 137, 459; Petrus Lombardus, CXCII, 855.

XCVIII.

INDEX DE EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

MONITUM.

Eucharistia sub duplici respectu spectari potest, vel ut sacramentum, vel ut sacrificium; duos itaque de illa statuimus Indices. In hoc priori exhibemus Eucharistiam in eo quod sit sacramentum novæ legis a Christo Domino institutum ad cœlestem animarum nostrarum alimoniam, in quo corpus et sanguis Christi sub apparentibus speciebus vere, realiter et substantialiter continentur. Agimus : I. De hujus sacramenti natura et institutione; II. De præsentia reali et transsubstantiatione; III. De excellentia et necessitate Eucharistiæ; IV. De subjecto et usu apud veteres Christianos; V. De illius effectibus; VI. Recensemus varios de Eucharistia tractatus qui reperiuntur in *Patrologia*.

I. — *De natura et institutione Eucharistiæ.*

Eucharistiæ Sacramentum, Tertullianus, II, 79. Eucharistiæ institutio, S. Cyprianus, IV, 376. Eucharistiæ augustissimum sacramentum, Lactantius, VI, 635, 993. Eucharistia, quid? S. Optat., XI, 90. Eucharistiæ mysterium inter cœnandum celebratum, non cœna fuit, S. Ambros., XVII, 242. Sacramenti Eucharistiæ institutio, *ibid.*; Juvencus, XIX, 317. De Eucharistiæ sacramento, S. Hieronymus, XXII, 570; S. Augustinus, XXXIV, 723; XLII, 382, 658, 881; XLIII, 202; XXXIII, 200; XXXV, 1348. Pretii nostri sacramentum, id., XXXII, 338. Sacramentum altaris vocatur, XXXVIII, 401. Christum eo tempore corporis et sanguinis sacramentum condidisse, quæ consilium de morte ejus habebatur, S. Leo Magnus, LIV, 352. Eucharistiæ sacramentum, S. Maximus Taurin., LVII, 600; S. Avit., LIX, 321; S. Gregorius Turon., LXXI, 1193; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 498, 261, 91; S. Eligius, LXXXVII, 623. Eucharistia mysterium non ratione scrutandum, Alcuinus, CI, 412. Eucharistiæ sacramentum, quid, S. Benedictus Anian., CIII, 625; Rabanus Maurus, CXII, 316; Florus, CXIX, 16. Eucharistiæ institutio, quando et cur, *ibid.*, 22 *et seqq* ; Paschasius Radbertus, CXX, 1280. Eucharistiæ sacramentum, Rodulfus, CXIX, 706; Ratramnus, CXXI, 132; Gezo, CXXXVII, 377; Hugo, CXLII, 1327; S. Bruno, CLII, 66; Goffridus, CLVII, 269; S. Anselmus, CLVIII, 453. Eucharistiæ mysterium magnum et inscrutabile, Hugo de S. Victore, CLXXV, 143, 145. Eucharistiæ institutio, S. Bernard., CLXXXIII, 429; Robertus Pullus, CLXXXVI, 961; Petrus Lombardus, CXCI, 1640; Petrus Comestor, CXCVIII, 1618; Garnerius, CCV, 673; Innocentius III, CCXVII, 874. (Vide Tabulam Sacrificii Missæ : *de Institutione Sacrificii Missæ.*)

II. — *De præsentia reali in Eucharistia atque de transsubstantiatione :* ubi, *de miraculis.*

Panem corpus suum appellat, Tertullianus, II, 348. In Eucharistia adest substantia corporis et sanguinis Christi, *ibid.*, 461, 462. Eucharistia figura corporis Christi, quo sensu, not., *ibid.*, 460. Corpus ejus in pane censetur, quo sensu, not., id., I, 1160. Eucharistia sanctum Domini corpus, S. Cyprianus, IV, 376. Christi carnem ex Virgine assumptam accipimus, S. Hilarius, X, 355. Nos vere sub mysterio carnem corporis sui sumimus, *ibid.*, 246, 247. Eucharistia a Donatistis data canibus qui rabie accensi ipsos dominos suos laniaverunt, S. Optatus, XI, 972. Altare sedes corporis et sanguinis Christi, *ibid.*, 1065. Calices, Christi sanguinis portatores, *ibid.*, 1068. Carpis rosam, hoc est, Dominici corporis sanguinem, S. Ambrosius, XV, 1390. Ubi accesserit consecratio de pane fit caro Christi, id., XVI, 440. Transfigurandum corpus altaribus offerre, *ibid.*, 824. Corpus Christi est in altari, *ibid.*, 437. Sicut verus est Dei Filius, ita vera est ejus caro, quam accipimus, et verus ejus potus, *ibid.*, 453. Ipse Dominus testificatur nobis quod corpus suum accipimus et sanguinem, *ibid.*, 444. In Eucharistia caro Christi in veritate sumitur, et sanguis in veritate bibitur, id., XVII, 753 In Eucharistiæ sacramento veritas et realitas corporis et sanguinis Christi statuitur, S. Hieronymus, XXVI, 195. Corpus Christi in Eucharistia verum et substantiale, *ibid.*, 569. Eucharistia corpus Christi, S. Augustinus, XXXVIII, 401. Panis est corpus Christi, calix sanguis Christi, *ibid.*, 1246. Eucharistia dicitur communicatio Dominici corporis, id. XXXII, 720. Eucharistia dicitur mensa magna unde accipimus corpus Christi et sanguinem, id., XXXVII, 193. De mensa Dominica

non viles epulas, aut ignobiles potus, sed ipsius occisi Christi carnem prælibamus et sanguinem, id., XXXIX, 1662. Non omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi, id., XXXVIII, 1116. Corpus suum Christus ferebat in manibus suis, cum diceret, *Hoc est corpus meum*, id., XXXVI, 306, 308. Verum Christi corpus et sanguinem in sacramento etiam impii accipiunt, id., XLIII, 181. Eucharistia corporis et sanguinis Christi participatio, S. Leo Magnus, LIV, 357. In ea veritas corporis et sanguinis Christi, *ibid.*, 452. Eucharistia continet corpus et sanguinem Christi, id., LV, 67, 74, 76. In Eucharistia verum Christi corpus continetur, S. Maximus Taurin., LVII, 690. Corpus et sanguinem Domini inter summi mysterii sacramenta quotodie adorat Ecclesia, Cassiodorus, LXX, 980. De puero Judæo valde memorandum miraculum, S. Gregorius Turon., LXXI, 714. De cæco illuminatio, *ibid.*, 916. De paralytico sanato, *ibid.*, 952. De contracto quem bos trahebat, *ibid.*, 962, 963. Ægroti sanati, *ibid.*, 1116. Eucharistiæ sacrificium continet realem corporis Christi præsentiam, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 228. Christi caro et sanguis in sacramento Eucharistiæ, *ibid.*, 1127, 1178 Corpus Christi in Eucharistia accipitur et sanguis ejus potatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 193. Veritas corporis Christi in Eucharistia, S Eligius, LXXXVII, 625. S. Hildefonsus, XCVI, 168. Quibusdam antiquitus revelata, Alcuinus, CI, 1013. Illius præsentiæ veritas miraculo ostenditur, *ibid.*, 1015. Christus vere comeditur et bibitur, *ibid.*, 504.

Pœnitentia omnis confessio est delicti, Tertull., II, 769. Pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est, *ibid.*, 314. — Pœnitentia sui correctio est, Lactantius, VI, 1081 Agere pœnitentiam, nihil aliud est quam profiteri se ulterius non peccaturum, *ibid.*, 684. — Pœnitentia est mala præterita plangere, et plangenda iterum non committere, S. Ambrosius, XVII, 655. Est prioris ævi damnatio et in futuro promissa correctio, *ibid.*, 969. Hæc vera pœnitentia est, jam cessare a delicto, *ibid.*, 289. Pœnitentiam agere nihil prodest, nisi ita agatur, ut prodest, id., XIV, 1009. Plena pœnitentiæ definitio, commemoratio delictorum, *ibid.* Qui pœnitentiam agit, commoveri non debet, si quis ei peccati sui crimen objiciat, *ibid.*, 1014. — Pœnitere est pœnam tenere, S. August., XL, 1128. Pœnitentia est domum Dei, XLV, 1650; XL, 271, 421. Pœnitentia triplex, id., XXXIX, 1537, 1550. Prima quæ ante baptismum, *ibid.* Altera quæ hic omnium est ac perpetua, *ibid.*, 1556. Tertia severior, pro peccatis mortiferis, *ibid.*, 1542, 1558. — Pœnitentiæ definitio, Cassianus, XLIX, 1154. — Pœnitentia hominis mutatio voluntatis, S. Fulgentius, LXV, 472. Donum Dei, *ibid.* Nemo potest in hac vita pœnitentiam agere, nisi quem Deus converterit, *ibid.*, 702.— Perfecta pœnitentia est peccata futura cavere, et lugere præterita, Cassiodorus, LXX, 361. Pœnitentia est medicina inæstimabilis, *ibid.*, 222. —Est quoddam judiciale genus, *ibid.*, 65. — Pœnitentiam agere, nihil aliud est quam vilem se cineremque cognoscere, Taio Cæsaraug., LXXX, 904. — Pœnitentia appellata quasi punientia, eo quod ipse homo in se puniat pœnitendo quod male admisit, S. Isidorus Hisp., LXXXII, 258. — Pœnitentia nomen sumpsit a pœna, quia anima cruciatur, et mortificatur caro, Defensor., LXXXIII, 622. Pœnitentia est medicamentum vulneris, spes salutis, per quam Deus ad misericordiam provocatur, *ibid.* — Pœnitentia dicta est a pœnitendo, quod aliquis corde pœniteat, et se peccasse coram Deo erubescat, S. Gregorius III, LXXXIX, 587. — Pœnitentia est medicamentum vulneris, spes salutis, per quam peccatores salvantur; quæ non tempore pensatur, sed profunditate luctus et lacrymarum, Alcuinus, CI, 1282. — Pœnitentia appellata, quasi punientia, eo quod ipse homo punit in se pœnitendo, quod male admisit, Rabanus, CVI, 137. — Pœnitentiam agere, est prioris vitæ errores in se punire, deinde promissionibus regni cœlestis spe animos ad superna erigere, atque ad melioris vitæ actus studia provocare, S. Paschasius, CXX, 150. Pœnitentia a puniendo recte vocari creditur, quia quisque punit quæ novit se illicite commisisse, quod nemo digne valet agere, nisi per sapientiam illustratus, cœperit inter bonum et malum discernere, *ibid.*, 751. — Pœnitentia de pœna accepit nomen, ut homo peccator habeat pœnam in corpore, Abbo, CXXXII, 767. — Pœnitentia est præteritorum humilis satisfactio peccatorum, et cavendorum provida sollicitudo futurorum, finis et odium mali, quoddam initium et amor boni, Goffridus, CLVII, 241. — Pœnitentia est cœna accepta animæ, Godefridus, CLXXIV, 997. — Pœnitentia alia est interior, alia exterior, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 555. Pœnitentia est pœnam tenere, ut semper puniat, in se ulciscendo, quod commisit peccando, Petrus Cantor., CCV, 346. Pœnitentia est vindicta semper puniens in se quod commisisse dolet, *ibid.* — Pœnitentiæ origo, Alanus de Insulis, CCX, 173. Pœnitentia duplex transiens et perseverans, *ibid.* Pœnitentiæ variæ acceptiones, 294. Pœnitentia interior et exterior, *ibid.* Civilis, privata, ecclesiastica, *ibid.*, 295.

II. — *De necessitate pœnitentiæ.*

In quantum non peperceris tibi, in tantum Deus tibi parcet., Tertull., I, 1244. — Pœnitentia necessaria lapsis, S. Cyprianus, III, 812. — Cum forte aut re aut verbo lapsi fuerimus, statim resipiscamus, ac nos deliquisse fateamus, Lactantius, VI, 1081. Qui pœnitentiam tollit, viam vitæ sibi amputat, quia nemo tam justus esse potest, ut nunquam sit ei pœnitentia necessaria, *ibid.* — Pœnitudo lapsis necessaria est, sicut vulneratis necessaria sunt medicamina, S. Ambrosius, XVI, 376. Quotidiani nos debet pœnitere peccati, *ibid.*, 520. Si aquam non habeo, habeo lacrymas, quibus dum pedes Christi lavo, utinam me ipsum diluam, *ibid.*, 515. Non est differenda pœnitentia, *ibid.*, 520. Majora crimina majoribus abluuntur fletibus, *ibid.*, 469. Fortius dolendum, ubi peccatum est fortius, *ibid.*, 379. Qui agit pœnitentiam non solum diluere lacrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire et tegere delicta superiora, *ibid.*, 506. Fides quæ superiora peccata deplorat, nova cavere consuevit, *ibid.*, 116. Facilius inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint pœnitentiam, *ibid.*, 525. — Pœnitentia est omnibus necessaria, S. August., XXXIX, 2033, 2220. Assidue peccantibus est assidue necessaria, id., XL, 1119. Sine pœnitentia spontanea non est reditus ad pristinum statum, id., XXXIX, 2202. Quandiu vivimus, est agenda, *ibid.*, 2020, 2221, 2223. Pœnitentia sub spe misericordiæ Dei non est procrastinanda, *ibid.*, 1802, 1969, 2209, 2218, 2226. Pœnitentiæ medicamenta adhibeantur, dum adhuc calent peccatorum vulnera, *ibid.*, 1803, 1974, 2219; XL, 1177. Pœnitentiam in senectutem reservare, quam periculosum, quam stultum, quam injustum, quam Deo odibile, id., XXXIX, 2016, 2220 — Pœnitentia facienda, S. Petrus Chrysol., LII, 545. Pœnitentia agenda, cum propinquat regnum cœlorum, *ibid*, 637. — Conversio ab iniquitate et ab impietate præcipitur, S. Fulgentius, LXV, 540 Paulus non lugeret multos qui peccaverunt et non egerunt pœnitentiam, si sine conversione cordis remissionem crederet conferendam, *ibid.*, 558. In Epistola Pauli ad Hebræos non solum conversio significatur necessaria, verum etiam præcipitur usque in finem perseverantia retinenda, *ibid.*, 559. Non mutabitur in incorruptionem qui in hoc sæculo non fuerit immutatus per conversionem, *ibid.*, 560. Pœnitentia lapsis post baptismum summe necessaria, *ibid.*, 702. Etiam justis necessaria in hac vita, *ibid.* — Pœnitentia prævenienda est

ira Dei, S. Gregorius Turon., LXXI, 528. — Quæ et quantum necessaria sit peccatoribus pœnitentia, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1085. — Festinare debet ad Deum pœnitendo unusquisque, dum potest, ne, si dum potest noluerit, cum tarde voluerit, omnino non possit, S. Isidorus Hisp., LXXXIII, 616. Qui cupit certus esse in morte de indulgentia, sanus pœniteat, sanusque perpetrata facinora defleat, *ibid*. Lapsi præterita admissa considerent, atque imminentia devitent, *ibid*., 1187. — Putredo carnis ferro indiget et cauterio, Defensor, LXXXVIII, 620. Homo iniquus qui per nefas perituras divitias congregavit, si aliquando conversus, evadere cupit æterna supplicia, debet ita agere, ut multidudinem peccatorum possit exæquare ubertate virtutum, *ibid*. Necessarium est ei qui vult omnimodo purgare a peccato, primum ipsas culpas succidere, *ibid*., 621. — Ædificatio hominis per pœnitentiam et lacrymas, S. Ildefonsus, XCVI, 170. Si novit hirundo pullos de succo oculare chelidoniæ, et dictamnum capræ expetant vulneratæ, cur nos ignoramus medicinam propositam esse peccantibus, Jonas, CVI, 136. Debemus nos erigere post ruinam, *ibid*. — Agamus pœnitentiam cum lacrymis, orationibus, jejuniis, eleemosynis, cæterisque bonis operibus, pro peccato et sceleribus nostris, ne sine fine in perpetuis cruciemur pœnis, Haymo. CXVIII, 929. Festinus quisque ad pœnitentiæ portum confugiat, securus apprehendat, et teneat, Lupus, CXIX, 610. — Sedendum est prius per pœnitentiam, ut post recte surgamus per indulgentiam, quia quisquis nunc se sponte per pœnitentiam non humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exaltat, Hincmarus, CXXV, 633. — Pœnitentiam non procrastinemus, sed propere convertamur, Radulphus, CLV, 1669. — Cum nos Dei imagines simus, nos ipsos Deo offerre debemus lavantes maculas peccatorum, S. Bruno, CLXV, 449. Qui peccavit et pœnituit, innocenter vivere debet, ut Deo accepta et fructuosa sit ejus pœnitentia, *ibid*., 467. Non erubescat pœnitere, qui non erubuit peccare, *ibid*., 471. — Pœnitentia ad salutem necessaria, Rupertus, CLXX, 465. Pœnitentia agenda est quia peccamus, id., CLXVIII, 196.

III. — *De conditionibus pœnitentiæ.*

Ubi emendatio nulla, pœnitentia necessario vana, Tertull., I, 1228. — Pœnitentia crimine minor non sit, S. Cyprianus, IV, 492. — Pœnitentia vera non annis, sed cordis contritione censetur, S. August., XXXIX, 2216. Ea vera est, quæ pœnitenda non admittit, et admissa deflet, id, XLII, 1218. Seu quando sic convertitur quis, ut ad peccatum non revertatur, id., XXXIX, 1977. Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei, *ibid*. Pœnitentia non ex fide procedens nec charitate, sterilis manet, nec lavat crimina, id., XL, 1122. Pœnitentia de omnibus omnino peccatis debet dolere, *ibid*., 1121, 1128. Pœnitentia humilior, *ibid*., 220. Pœnitentiæ humilitas quam necessaria, id., XXXIX, 1535. Humiliatio pœnitentiæ ad Deum acceditur, id., XXXVI, 374. Pœnitentia est quædam in se ipsum iracundia, id., XXXVIII, 133. Vis fugere a Deo? fuge ad ipsum; vis fugere ab irato? fuge ad placatum, id., XXXVII, 1913. Seipsam anima puniens compungat, ne in Dei judicio damnata torqueatur, id., XXXVI, 80. Deum placat qui operans in misericordia ejus, ita de cætero peccato cavet, ut de cæteris peccatis veniam deprecetur, id., XXXV, 1912. — Conversio tunc vera in homine si impietas et iniquitas pellatur ex corde, S. Fulgentius, LXV, 540. Ex conversionis conditione promissio salutis omnino pendet, *ibid*., 556. Solis vere conversis, in Ecclesiæ gremio constitutis, et in hoc adhuc sæculo viventibus, datur remissio peccatorum, *ibid*., 532. Remissio peccatorum nonnisi in conversione cordis sortitur effectum, *ibid*, 537. Conversio vera ibi tantum esse potest, ubi est et vera fides, et vita bona, *ibid*., 551. Gemitus sine conversione vulnus est sine medicamine, *ibid*., 566. Pœnitentia sine temporis opportunitate sterilis, *ibid*, 551. Inaniter pœnitetur, si indulgentia desperetur, *ibid*., 355. — Pœnitentia respuit avaritiam, horrescit furorem, fugit luxuriam, firmat amorem, calcat superbiam, linguam continet, componit mores, odit mala, excludit vitia, etc., S. Cæsarius, LXVII, 1082. In corde ejus contritio est, in ore confessio, in opere toto humilitas, hæc est perfecta et fructuosa pœnitentia, *ibid*. Pœnitentia vera quomodo agenda, id., LXXIII, 486. — Quibus monitis excitandi qui peccata quæ deserunt, non plangunt, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 110. Quo quis sua respicere non cessat peccata, eo ipso a Deo minus respiciuntur, *ibid*. Nemo a peccatis debet esse securus, donec ea plangendi tempus præterierit, *ibid*., 878. Pœnitentiam vere agere est commissa plangere, et plangenda declinare, *ibid*., 1163. — Amaritudo pœnitentiæ facit animum, et sua facta subtilius discutere et dona Dei, quæ contempsit, flendo commemorare, S. Isidorus, LXXXIII, 615. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator; quod enim oportuit non gessit, et gessit quod agere non oportuit, *ibid*. — Non longitudinem temporis requirit Dominus, sed affectum sinceritatis pœnitentis pensat, Defensor, LXXXVIII, 620. Saccus et jejunium arma sunt pœnitentiæ et remedium peccatorum, *ibid*. Non delictis satisfacimus, si ab iniquitate non cessamus, *ibid*. Pœnitentia agenda est non verbo, sed facto, *ibid*., 621. Lavatur et non est mundus, qui plangit quod gessit, nec deserit, et post lacrymas quæ fleverat repetit, *ibid*. Secundum morbum impendenda est medicina, juxta vulnus adhibenda sunt remedia, *ibid*. — Qui plangit peccatum, et iterum admittit, quasi si quis lavet laterem crudum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum facit, Smaragdus, CII, 612. Ille pœnitentiam digne agit qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando atque deflendo quæ gessit, tanto inde plorando profundius, quanto exstitit in peccando proclivius, *ibid*. — Perfecta pœnitentia est præterita deflere, et futura non admittere, Rabanus Maurus, CXI, 158. Vera pœnitentia, id., CXII, 1304. Qualiter sit pœnitentia agenda, *ibid*., 1327. — Si inter Deum et hominem peccata separant, tollantur e medio per pœnitentiam, Haymo, CXVIII, 925. Qui sunt fructus digni pœnitentia, nisi ut facias quæ contraria sunt peccato? *ibid*. — Cum omni humilitate et puritate cordis, sine ira pœnitendum est, Abbo, CXXXII, 769. — Nihil pœnitentibus prodest habitus mutatio, nisi adsit cordis conversio, Ratherius, CXXXVI, 714. Non prodest pœnitentia illis qui peccatum quod plangunt, non deserunt, *ibid*., 520. — Ita præterita peccata plangamus, ut nulla deinceps plangenda faciamus, Goffridus, CLVII, 242. — Vera pœnitentia est commissa flere et flenda non committere, S. Bruno Astens., CLXIV, 429. Pœnitens debet lavare peccata sua in aquis viventibus, in operibus scilicet spiritualibus, eleemosynis, jejuniis, etc., *ibid*., 435. Si quis duram agat pœnitentiam, non proficit ad salutem, nisi ab omnibus prorsus gravibus peccatis abstineat, *ibid*., 828. — Digna pœnitentia non tantum carnis maceratione vel temporis longitudine, quantum cordis contritione compensatur, CLXV, 178. — Pœnitentia vera quæ sit, Rupertus, CLXVIII, 978. — Non est digna pœnitentia pœnitere de præteritis peccatis, nisi de cæteris cessetur, Hildebertus, CLXXI, 412. — Plus valent lacrymæ in pœnitentia, quam multi temporis cum gaudio et risu jejunia, *ibid*. Pœnitentia non prodest nisi integra, *ibid*., 875. — Pœnitentia facienda est cum discretione, Godefridus, CLXXIV, 1138. Peccatum a peccato distinguendo, *ibid*., 1069. Hanc consequi debent justa desideria, *ibid*., 826. Et humilitas, *ibid*., 865. Et opera, *ibid*., 1071. — Si displicet tibi quod fecisti, pœnitentiam agis, si persequeris et punis quod fecisti, pœnitentiæ fructus facis, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 555. — De fructuosa pœnitentia, Abælardus, CLXXVIII, 663. — Pœnitentiæ veræ indicia, S. Bernardus, CLXXXII, 967. — Pœnitentiæ facit dignos fructus, qui exhibet membra sua servire justitiæ et sanctificationi, Ælredus, CXCV, 293. — Ea vera pœnitentia est qua sic retroacta peccata conspiciuntur, ut futura timeantur, Wolbero, CXCV, 1232. — Vera pœnitentia est abominatio peccati cum voto cavendi, confitendi, satisfaciendi, Richardus, CXCVI, 1163. Pœnitentiæ laborem debet præcedere humilitas, Petrus Cantor, CCV, 348. Ut fructuosa agatur pœnitentia, arripiendi labores ejus, *ibid*. Age pœnitentiam dum vivis, condignam et fructuosam, quod erit, si totius illecebrosæ voluptatis blandimenta contempseris, si uberius fleveris, si largius pauperes sustentaveris, si charitate ardentius flagraveris, etc., *ibid*., 349. De cautela pœnitentiæ, *ibid*., 550, 551. Plures sunt causæ accelerandæ pœnitentiæ, consuetudo peccandi, ruina de peccato in peccatum, mors subitanea, intempesta, et incerta, difficultas pœnitendi, etc., 357. — Quæ sit vera pœnitentia, et qui sint digni pœnitentia fructus, S. Martinus Legion., CCVIII, 496. — Pœnitentia vera et falsa, Absalo, CCXI, 108. Qualis et quanta debeat esse pœnitentia, CCXIII, 879.

IV. — *De fructibus pœnitentiæ.*

Pœnitentia Deus mitigatur, Tertullianus, I, 1243. Afflictatione carnis et spiritus de pristinis satisfacimus, *ibid*., 1223. Pœnitentiæ fructus, venia, id, II, 1001. Omnibus delictis veniam per pœnitentiam spopondit Deus, id., I, 1233. Quoties delinquitur, toties ignoscitur, *ibid*., 1240. Ex pœnitentia maturescit emendationis fructus, id., II, 1001. Pœnitentia in gratiam Domini nos revocat, id., I, 1231. — Pœnitentiæ fructus, S. Cyprianus,

IV, 561. Pœnitentia corroborat ad repetendum certamen, *ibid.*, 494. Verus pœnitens factus ad prælium fortior per dolorem, *ibid.* Vera pœnitentia non solum veniam meretur, sed et coronam, *ibid.* — Magnum est pœnitentiæ auxilium, magnum solatium, Lactantius, VI, 1081. Illa est vulnerum peccatorumque sanatio, illa spes, illa portus salutis, *ibid.* — Pœnitentia remedium peccati est, S. Ambrosius, XVI, 518. Propter spem veuire agitur, *ibid.*, 499. Deus qui pœnitentiam exigit, veniam pollicetur, *ibid.*, 481. Exspectat gemitus nostros, sed temporales, ut remittat perpetuos; exspectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam, *ibid.*, 473. Præcedit pœnitentia, sequitur gratia, neque pœnitentia, sine gratia, neque gratia sine pœnitentia, *ibid.*, 1044. Pœnitentia, si de vero animo est, protinus habet fructum, id., XVII, 282. Deus per misericordiam rursum regenerat et reformat pœnitentes, ut non solum sit venia, sed status pristini restauratio, *ibid.*, 276. Pœnitentiam gerere vera medicina est, id., XIV, 1011. Aqua lacrymarum, aqua pœnitentiæ secundum est poculum, quo primum repares, *ibid.*, 1014. Deus facile reconciliatur, quando impense rogatur, id., XV, 1759. Dulcia judicia agenti pœnitentiam, *ibid.*, 1266. — Pœnitentia secunda post naufragium est miseris tabula, S. Hieronymus, XXII, 1115. Septuagies septies delinquenti, si convertatur ad pœnitentiam, peccata donantur, *ibid.*, 1044. — Pœnitentiæ effectus, S. Augustinus, XXXIX, 2229; XL, 1125. Pœnitentiam veram agenti cito dimittuntur peccata, *ibid.*, 1325. Ante pœnitentiam nullum poterit remanere peccatum, *ibid.*, 1114, 1116. Pœnitentia defectos revocat ad perfectum, id., XLV, 1631. Pœnitentia et veniam meretur et reformationem, id., XXXV, 2304, 2305. Pœnitenti non solum culpas remittit Deus, sed et præmia promittit, id., XL, 1350. — Pœnitentiæ fructus diversi, Cassianus, XLIX, 1160. — Pœnitentia animæ resurrectio, Eugyppius, LXII, 589. — Per cordis conversionem Deo reconciliamur, S. Fulgentius, LXV, 536. In hac tantum vita fructuosa pœnitentia, *ibid.*, 688. Pœnitentia apud Deum nunquam est sera, *ibid.*, 354. — Pœnitentia omnia adversa mitigat, omnia contrita sanat, S. Cæsarius, LXVII, 1081. Rutilior auro, splendidior sole, lapsos sublevat, recreat desperatos, per eam Christus nobis regnum cœlorum appropinquatum designat, *ibid.*, 1082. — Deus pœnitentes protegit. Cassiodorus, LXX, 590. Confusio pœnitentium æternum tollit opprobrium, *ibid.*, 627. Fœdos peccata reddunt, sed pœnitentiæ lavacra reddunt decoros, *ibid.*, 679. — Pœnitentiæ fructus, S. Gregorius Turon., LXXI, 528. — Per pœnitentiam stola prima recuperatur, S. Gregorius Magnus, LXXV, 990. — Fructus pœnitentiæ in justis, *ibid.*, 1138. Deus nos per pœnitentiam eruit a corruptione, ac deinde a gladio divini judicii, id., LXXVI, 278. Pœnitentia amissam innocentiam reparat, id., LXXV, 990. — Sicut pia mater ministrat de pectore lac infanti, sic pia pœnitentia de cordis compunctione lacrymas porrigit pœnitenti, S. Isidorus, LXXXIII, 1300. Mater lactat infantem ut crescat, pœnitentia lacrymat pœnitentem ut reviviscat etc., pœnitentia pœnitenti, ut nullo modo senescat, *ibid.* Mater non omnibus optat vitam, pœnitentia omnibus optat salutem, *ibid.* Pœnitentia reos recreat, lapsos relevat, fugientes revocat, confractos confirmat, morbidos mundat, etc., *ibid.* — Deus pœnitentibus præsto est, S. Eligius, LXXXVII, 637. Pœnitentia, quamvis sit exigua, non despicitur apud judicem justum Deum, Defensor, LXXXVIII, 619. Pœnitudo mores mutat, *ibid.*, 620. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulneris sanitatem, *ibid.*, 622. Pœnitentibus divina clementia subvenit, et per pœnitentiam indulgentia datur, *ibid.* Qui pro peccatis sibi ipsi non parcit, Deus cito illi indulgentiam tribuet, *ib.*, 623. — Pœnitentiæ compunctione delentur peccata, Alcuinus, CI, 1283. Quamvis quisque sit peccator et impius, si ad pœnitentiam convertatur, consequi posse veniam se per Dei misericordiam non dubitet, *ibid.*, 623. Deus sine labore sanat, sine tarditate medicamenta veniæ præstat, si devota lacrymis scripta in auribus pietatis suæ legatur pœnitentia, *ibid.*, 652. — Oportet accedere ad pœnitentiam cum omni fiducia, et ex fide credere indubitanter pœnitentia aboleri posse peccata, Halitgarius, CV, 655. — Pœnitentia salus animæ, restauratio virtutum, dissipatio vitiorum, expugnatrix dæmoniorum, obstrusio inferorum, etc., Haymo, CXVIII, 926. Peccata, miserante Deo, pœnitentia remittit, et paradisum reserat, contritum sanat, etc., *ibid.*, 929. Per pœnitentiam David, post flagitium, iterum recepit Spiritum sanctum. Per eam Manasses, post cruenta facinora, meruit esse receptibilis. Per eam Petrus, etc., *ibid.* His qui relinquunt culpam, et lacrymabiliter postulant veniam, facilis est Deus præstare indulgentiam, Lupus, CXIX, 640. — Adeo efficax et potens est pœnitentia ad abolenda peccata, ut etiamsi in ultimo vitæ spiritu quis admissorum pœniteat, fructum et spem veniæ salutaris non perdat, Gerardus, CXLII, 1298. — Lacrymarum mador omni labe animam purificat, et ad proferenda virtutum germina nostri cordis arva fecundat, S. Petrus Damianus, CXLV, 308. — Pœnitentia ostium paradisi peccantibus clausum, quando vult, aperit, Goffridus, CLVII, 241. — Nullum est tam grave peccatum, quod non possit per pœnitentiam deleri, S. Anselmus, CLVIII, 737. Miseretur Deus omnibus per pœnitentiam et opera bona suas malitias mundantibus, *ibid.*, 872. Certi esse debent peccatores se veniam obtinere, si peccata sua curent dimittere, et pœnitentiam agere, *ibid.*, 738. — Omne peccatum per pœnitentiam dimittitur, B. Odo, CLX, 1114. — Per pœnitentiam peccator ab infirmitate convalescit, S. Bruno Ast., CLXIV, 713. — Pœnitentia voluntatem Dei ad hominis voluntatem inclinat, Godefridus, CLXXIV, 177. Peccata operit, *ibid.*, 122. Veniam obtinet semper et omnibus peccatoribus, *ibid.*, 199. Gaudium affert animæ, *ibid.*, 438. Humilem exaltat in gloria, *ibid.*, 593. Cœna est qua Deus delectatur, *ibid.*, 417. Hominem salubriter turbat, *ibid.*, 1099. Vitia enecat, *ibid.*, 1128. — Pœnitentia refugium peccatorum, miserorum auxilium, exsulum spes, debilium fomes, lumen cæcorum, Hugo de S. Victore, CLXXV, 549. — Anna mater Samuelis per compunctionem et lacrymas meruit habere filium, S. Bernardus, CLXXXIV, 1216. David obtinuit veniam perpetrati homicidii atque adulterii; Tobias meruit accipere curationem cæcitatis, et consolationem paupertatis, *ibid.*, 1216, 1217. Maria Magdalena accepit remissionem peccatorum, *ibid.* Ubi lacrymæ fuerint, ibi accenditur spiritualis ignis qui illuminat secreta mentis, *ibid.* — Pœnitentiæ fructus, Robertus Pullus, CLXXXVI, 900, 901. — Pœnitentiæ bona, Thomas, CCVI, 767.

V. — *Pœnitentiæ exempla.*

Opera pœnitentiæ tempore calamitatis publicæ a Christianis acta, Tertullianus, I, 486. Et ab ethnicis, *ibid.*, 487. — Cognovi quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, jejuno ore semper et pallido mortis speciem spirante in corpore prætulisse, S. Ambrosius, XVI, 494. Ninivitarum pœnitentia proponitur pœnitentibus, id., XVII, 977. Et duplex Davidis pœnitentia, *ibid.*, 979. Et publicani, *ibid.*, 990. Mulieris peccatricis et filii prodigi, *ibid.* Manassis regis et Achab, *ibid.*, 988 *et seqq.* — Pœnitentia publica Fabiolæ quæ sacco induta totaque Roma spectante stabat in ordine pœnitentium ac sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submittebat, S. Hieronymus, XXII, 692. Petrus trinam negationem trina confessione delevit, David homicidium et adulterium septem dierum fame emendavit, *ibid.* — Pœnitentia Theodosii, Rufinus, XXI, 525. — Pœnitentia Petri, S. Maximus, LVII, 349. Ninivitarum, *ibid.*, 459. — Pœnitentia Davidis peccatoribus imitanda, S. Paulinus, LXI, 685. — David misericordiam apud Deum efficaciter consecutus, quia ingemuit ex toto conversus, S. Fulgentius, LXV, 537. Conversio nobilis adolescentis Theodori, id., LXXIII, 249. Pœnitentia Arsenii assiduo lacrymantis, *ibid.*, 793. Fabiolæ, *ibid.*, 695. Pœnitentia Simeonis Stylitæ fune totum corpus constringentis, *ibid.*, 325. Pœnitentiam agit XLIX annorum lapsus episcopus, *ibid.*, 1010. — David post culpam psalmum cantavit, S. Isidorus, LXXXIII, 1300. Manasses coram Domino flevit, Maria lacrymavit, Petrus amare flevit, *ibid.* — David non erubuit ad Domini pœnitendo confugere clementiam, Alcuinus, CI, 1282. Petrus trinam negationem amarissimis abluit lacrymis, et peccatrix femina. Publicanus pœnitendo justificatus recessit a templo, etc., *ibid.* — Exempla pœnitentium, Rabanus Maurus, CXII, 1310, 1312. De pœnitentia David, *ibid.*, 1323. Ninivitarum, *ibid.*, 1324. — Pœnitentiæ exempla in B. Petro, in filio prodigo, in juvene Ephesino, Gerardus, CXLII, 1297, 1298. — Achab regis pœnitentia, Rupertus, CLXIX, 884. — Pœnitentia S. Joannis Baptistæ, Aelredus, CXCV, 293; Petrus Cantor, CCV, 348, 349. — Pœnitentibus exemplum Job primus exhibuit, quando in cinere et cilicio lamenta pœnitudinis sumpsit, S. Martinus Legion., CCVIII, 329. David magisterium præbuit pœnitentiæ quando gravi culpa lapsus, confestim pœnituit, *ibid.*, 350. — Pœnitentia Ninivitarum, Absalo, CXI, 106, 107. — Exemplum David vere pœnitentis, id., CCXIII, 881. — Mulieris adulteræ, *ibid.*, 889.

CII.

INDEX DE PŒNITENTIÆ SACRAMENTO

ET DE ILLIUS CONSTITUTIVIS PARTIBUS,

SCILICET CONTRITIONE, CONFESSIONE ET SATISFACTIONE.

MONITUM.

Pœnitentia a Catholicis definiri solet : sacramentum a Christo Domino institutum, quo, per juridicam sacerdotis absolutionem, homini contrito, confesso et satisfactionem spondenti, remittuntur peccata post baptismum commissa. Hinc in hoc Indice agimus : I. De exsistentia et efficacia hujus sacramenti ; II. De contritione, confessione et satisfactione ; III. De dotibus confessarii et ejus officio ; IV. Recensemus varios libros de pœnitentia tractantes.

I. — *De exsistentia et efficacia sacramenti pœnitentiæ.*

Pœnitentiæ actus exomologesis est qua delicta Domino confitemur, quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur, Tertullianus, I, 1243. Collocavit Deus in vestibulo pœnitentiam secundam quæ pulsantibus patefaciat, *ibid.*, 1241. Cum scias adversus gehennam, post prima illa intinctionis Dominicæ munimenta esse adhuc exomologesis secunda subsidia, cur salutem tuam deseris ? *ibid.*, 1248. Satisfactio et remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est, id., IV, 1243. — Pœnitentia facit quod facit baptismus, S. Hieronymus, XXV, 928. Per pœnitentiam quælibet peccata dimitti queunt, id., 1551, 1558. Quæ baptismatis, eadem est reconciliatis causa. Qui post baptismum ligatur ad claves Ecclesiæ confugere debet, *ibid.* — Pœnitentia aboleri peccata certo credendum, Gennadius, LVIII, 998. — De sacramento confessionis, Eugyppius, LXII. 583. — Pœnitentia secundus baptismus, Jonas, CVI, 135. — Si quis de munditia in baptismo recepta periclitatur, per pœnitentiam resurgere potest et evadere, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 393. Ut pœnitentia sit utilis, tria sunt necessaria, cordis compunctio, oris confessio et satisfactio, *ibid.*, 536. — Per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparatur æternæ, Gratianus, CLXXXVII, 1535. — De institutione sacramenti pœnitentiæ, Ernaldus, CLXXXIX, 1650 *et seqq.* — Pœnitentia est secunda tabula post naufragium, quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptam corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest, P. Lombardus, CXCII, 868. Secunda tabula pœnitentiæ qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reversa repellitur, et novitas perdita resumitur, *ibid.* Probatur pœnitentiam non semel tantum, sed frequenter peccata dimittere, *ibid.*, 871, 872. — In sacramento pœnitentiæ quidam putant et prædicant sacerdotes non habere potestatem ligandi atque solvendi, sed ostendendi homines esse solutos vel ligatos, Richardus, CXCVI, 1168. — Pœnitentia secunda tabula post naufragium, P. Cellensis, CCII, 680. Sicut in baptismo deletum est quidquid culpæ præcesserat, sic per pœnitentiam deletur reatus qui de peccato remanserat. *ibid.* Vera piscina pœnitentiæ sacramentum, *ibid.*, 691. — Pœnitentia est baptismus quia sepulturam criminum facit, Petrus Blesens, CCVII, 591. — Pœnitentiæ sacramentum, Alanus de Insulis, CCX, 205. Tria requirit, contritionem, confessionem, satisfactionem, *ibid.*, 275. Putant hæretici quod post remissionem peccatorum quæ fit in baptismo, locum non habet pœnitentia, *ibid.*, 352. Refutantur, *ibid.*, 353. Alii hæretici pœnitentiam ex toto rejiciunt, *ibid.*, 356. Refelluntur, *ibid.*

II. — *De partibus constitutivis sacramenti pœnitentiæ.*

1° *De contritione.* — Sacerdotes non auferunt peccatum ejus qui in dolo se offert, et adhuc in studio delinquendi est, S. Ambrosius, XVI, 1230. — Confessio peccatorum et de iis gemitus, si sine conversione sint, Deum irritant, non placant, S. Fulgentius, LXV, 536. Duæ contritionis species, id., LXXVI, 1070. Contritio est dolor animæ de misericordia Dei confidentis, id., LXXIX, 552. Contritionis causæ, *ibid.*, 553. — Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrymis, exoriens de recordatione peccati et timore judicii, S. Isidorus, LXXXIII, 613. — In actu pœnitentiæ non tam pensandum pœnitentiæ tempus quam animi dolor, Ildefonsus, XCVI, 141. — Quatuor sunt qualitates quibus justi viri animæ in compunctione vehementer afficitur, Smaragdus, CII, 614. — Compunctio cordis ex humilitatis virtute nascitur, Rabanus, CX, 101. Est humilitas mentis cum lacrymis et recordatione peccatorum et timore judicii, *ibid.* Ex gemino fonte compunctionis solent profluere lacrymæ, hoc est, aut dum mens operum suorum diligenter mala considerat, aut dum desiderio æternæ vitæ suspirat, *ibid.* — Hæc est homini baptizato vera compunctio cordis, magna agere et humilia loqui, juste agere et super peccatores timere, Haymo, CXVIII, 922. Sicut ignis omne animæ vitium adimit, ita compunctio cordis quantacunque repererit mala, absterret universa et penitus delet, *ibid.* De duobus compunctionis generibus, *ibid.*, 923. — Manifestum est quam magna sit virtus compunctionis, per quam peccata delentur, virtutes acquiruntur, Adalgerus, CXXXIV, 927. Per hanc multi Domino placuerunt, per hanc diabolus vincitur, per hanc vitia superantur, *ibid.* — Confitens peccata sua dolere debet quia Creatorem offendit, S. Petrus Damian., CXLIV, 832. Surgat et acrior dolor, quod suum Creatorem et Patrem offenderit, *ibid.* Accedat et acerrimus quod tantum benefactorem contempserit, *ibid.* — Contritio est dolor cordis, ex recordatione peccati, et timore judicii proveniens, Radulphus, CLV, 1810. Tria formant contritionem, pudor, timor et dolor, *ibid.* — Fructuosa cordis contritio est, cum quis de peccato quo Deum offendit dolet, et inde turbatur, quia iniquitas amore justitiæ sibi displicet, Wernerus, CLVII, 1205. — Compunctio cordis tentationes cordis comprimit, Godefridus, CLXXIV, 94. Nos purificat, *ibid.*, 148. Consolatur, *ibid.*, 184. — Compunctio est in contritione cordis, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 146. Ejus necessitas, *ibid.*, 147. — Quomodo in confessione contritio habenda, S. Bernardus, CLXXXII, 619. — De contritione, P. Lombardus, CXCII, 877. — Compunctio triplex, Richardus, CXCVIII, 315. Ejus necessitas, *ibid.*, 375. — Contritio est compunctio cordis, quæ nascitur ex recordatione præteritorum malorum, Ermengaudus, CCII, 1259. In pœnitentia ejus necessitas probatur, *ibid.* — Ad pœnitentiæ sufficientiam cordis contritio requiritur, Petrus Cantor., CCV, 359. Quanta esse debeat, *ibid.*, 340. — Compunctio quid sit, Alanus de Insulis, CCX, 170. Ejus natura et virtus, *ibid.* Efficacia, *ibid.*, 171. Compunctionis causa duplex, timor et spes, *ibid.*, 274. Contritionis descriptio, *ibid.*, 358. Contritio ante confessionem excitanda, *ibid.*, 286. Contritio interior necessaria, *ibid.*, 300. Requiritur etiam pro peccatis venialibus, *ibid.*, 302. Contritionis excitandæ praxis, *ibid.*, 292. Per contritionem non remittitur peccatum sine proposito aut voto confessionis, *ibid.*, 358. — Compunctionis efficacia, Adamus, CCXI, 674. Doloris animi triplex effectus in anima peccatorum, *ibid.* Quam efficaces lacrymæ compunctionis, *ibid.*, 675. Virtus contritionis, *ibid.* — An major contritio exigatur ad delectionem mor-

talis quam venialis peccati, P. Pictav., CCXI, 1051. An sit obligatio magis conteri pro majori peccato quam pro minori, *ibid.*, 1056.

2° *De confessione*, ejus *natura et necessitate*. — Exomologesis est qua delictum nostrum Domino confitemur, Tertull., I, 1243. — Exomologesis, S. Cyprian., IV, 263 *et seqq.* — Confessio peccati ea est, ut id quod a te gestum est per cognitionem peccati confitearis esse peccatum, S. Hilarius, IX, 783. Confitenda sunt sine intermissione vetera delicta, *ibid.*, 620. Confessio intermittenda non est etiam justificatis, *ibid.*, 770. Confitendum crimen, *ibid.*, 526. — Confessio peccatorum baptismati præmissa, S. Zeno, XI, 486. Occultorum criminum confessio, *ibid.*, 493. — Confessionis tuæ vocem Deus exspectat, S. Ambrosius, XIV, 972. Non potest quisquam justificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus, *ibid.*, 310. Confessio peccati compendium est pœnarum, *ibid.*, 351. — Culpæ confessio secunda post naufragium tabula, S. Hieronym., XXII, 748. Confessio peccatorum, id., XXV, 641. Confessio delictorum in conversione, *ibid.*, 941. — Confessio peccatorum, S. August., XXXIV, 635; XXXVIII, 153; XL, 358. Confessionis medicina, id., XXXVIII, 139, 982. Confessio hostia est Deo, id., XXXVII, 1233. Ad justos pertinet confessio peccatorum, ad superbos defensio meritorum, id., XXXVIII, 1382. Ad salutem necessaria, id., XXXIV, 138, 186, 756. Confessionis et pœnitentiæ medicina peccatori necessaria, id., XLII, 419. De confessionis necessitate, id., XXXVI, 108, 253, 959; id., XXXVII, 1080, 1219, 1232, 1318, 1761, 1827, 1853, 1861, 1883; id., XXXIX, 1851; id., XL, 1288. Confessione amissa, non erit locus, misericordiæ, id., XXXVI, 854. Deus interrogavit Adam, ut eum ad peccati confessionem cogeret, id., XXXIV, 207. Confessionem præcepit Deus, ut diabolus audiat nos pœnitere, nec amplius inde nos incuset, *ibid.*, 1288. Confessio non ad ultimum quadragesimæ aut vitæ suæ diem differenda, *ibid.*, 1289. Confessione et pœnitentia citius abluenda delicta, *ibid.*, 1049. — Confessionem peccatorum semper necessariam esse Christi voce agnoscimus, S. Prosper, LI, 402. — Confessio, et in ea accusatio, S. Leo Magnus, LIV, 215. — Confessio sacramentalis in Regula S. Benedicti, LXVI, 695. — Confessio necessaria ad veteris hominis exspoliationem, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 623. — Exomologesis Græco vocabulo dicitur, quod Latine confessio interpretatur, S. Isidorus, LXXXII, 239. — Peccator non poterit excusari qui confessionem per quam venia nascitur, non properavit amplecti, S. Eligius, LXXXVII, 635. Indulgentia non poterit tribui, nisi ira Dei possit confessione placari, *ibid.* — Necesse est, ut dum multa contra voluntatem et præceptum Dei commisimus, per confessionem mundemus pœnitentes, S. Chrodegangus, LXXXIX, 1071. — Quando Christum accipere debemus, peccata nostra cito festinemus per confessionem et veram pœnitentiam abluere, S. Paulinus Aquil., XCIX, 231. Si quis propter fragilitatem carnis, vel propter negligentiam circumspectionis vulneratur, citius ad confessionis medicinam recurrat, *ibid.*, 340. Aperienda vulnera in confessione, ut medicamenta salutis proficere valeant, id., CI, 655. — Peccatores peccatorum suorum confessionem facere debent, Jonas, CVI, 151. — Vivens confiteatur peccator quæ fecit, quia non est fructuosa confessio apud inferos, Rabanus Maurus, CX, 102, 103. Quomodo potest medicus vulnus sanare, quod ægrotus ostendere erubescit? *ibid.* — De confessione peccati, Haymo, CXVIII, 924. — Nullus pœnitere recte potest, nisi primum confiteatur peccatum, et prioris vitæ errores damnaverit, S. Paschasius, CXX, 134. — Confessio peccatorum, Ratherius, CXXXVI, 715. Confessionis necessitas, *ibid.*, 595. Salutem non consequeris, nisi te peccasse confitearis, *ibid.* — Confessio peccatorum instar vulneris, Lanfrancus, CL, 634. — Confessio est flebilis propriorum peccatorum enarratio, Radulphus, CLV, 1899. — Confiteri oportet sua peccata, dum salus corporis manet, dum sua quisque utitur potestate, Gosfridus, CLVII, 225. — Confessio peccatorum, S. Anselmus, CLVIII, 872, 875, 887, 927; Rupertus, CLXVIII, 1010. — Confessionis institutio, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 552 *et seqq.*; P. Abælardus, CLXXVIII, 668, 670. — Confessio peccatoris est vita, justi gloria, S. Bernardus, CLXXXII, 258. Est solum post peccatum remedium, *ibid.* 931. Nullum peccatum dimittitur, nisi prius confiteatur, id., CLXXXIV, 539. Sine ea non est justificatio, *ibid.*, 509. — Confessio ad salutem necessaria, Robertus Pullus, CLXXXVI, 896. — Sine confessione oris peccatum non dimittitur, Gratianus, CLXXXVII, 1541. — Necesse est ut iniquitates nostras dicamus, ut postea justificemur, *ibid.* Varia exempla quibus ostenditur, sine confessione nullam veniam posse promereri, *ibid.*, 1544. — De confessione, P. Lombardus, CXCII, 877 *et seqq.*; Petrus Comestor, CXCVIII, 1816. — Confessio externa necessaria ad salutem, Adamus Scotus, CXCVIII, 168. — Confessionis necessitas demonstratur, Ermengaudus, CCIV, 1259, 1260. — De confessione sacramentali, Petrus Blesens., CCVII, 1078 *et seqq.* — Confessio peccatorum, Alanus, CCX, 172, 272. Ejus necessitas, *ibid.*, 300. — Confessio est voluntaria et verax accusatio animi et peccatorum ordinata manifestatio in facie sacerdotis, Adamus, CCXI, 676. Confessionis oris necessitas ostenditur, *ibid.*, 681, 682. Tria genera confitentium, *ibid.*, 676. — Præceptum confessionis, Petrus Pictav., CCXI, 1070. Quid confessio et quotuplex, id., CCXIII, 871. Quotiescunque in peccata labimur, semper spes veniæ resurgentibus suppetit, *ibid.*, 873 *et seqq.*

3° *De confessionis dotibus*.—In infirmitatis periculo apud presbyterum quemcunque præsentem exomologesis facienda, S. Cyprianus, IV, 258. — Confessio debet esse integra, S. Hilarius, IX, 786. Hæc est justi viri vera confessio, quæ justitiam præsentem ex præteritorum conscientia et confessione commendat, *ibid.*, 326. Quomodo nulli alii confitendum nisi Deo, *ibid.* — Confitenda peccata Deo et sacerdoti, S. Ambrosius, XVII, 654, 655. Fidelem veniæ locum tenet non infida confessio, *ibid.*, 979. Damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus, id., XXXVI, 868. Confitentis quis debeat esse habitus, id., XL, 1289. Confitens caveat ne excusationes obtendat peccatis, *ibid.*, 1126. Confessio peccatorum fiat humiliter, id., 1056, 945. Confitendum ore proprio, non per nuntium aut scriptum, *ibid.*, 1122. Cui confitenda omnia peccata cum omnibus quæ circumstant ea, *ibid.*, 1124. Si quæ taceantur, aut dicta callide pallientur, animam jugulant, *ibid.* 1156. Confitens peccata nec dolens, irridere videtur judicem, id., XXXV, 2336, 2339. Confessio peccati bona si et curatio consequatur, id., XLV, 1867. — Per humilem confessionem homo indicat se scienti Deo, et se indicat homini nescienti Deus, S. Prosper, LI, 296. — Peccatorum confessio ut ad Christi pedes facienda, S. Petrus Chrysol., LII, 466. — Confessio nisi vera sit, peccati abolitionem non obtinet, S. Leo Magnus, LIV, 931. Fit solis sacerdotibus, et secreta, *ibid.*, 1374. — Non omnis qui confitetur peccatum remissionem accipit, S. Fulgentius, LXV, 536. Tunc prodest confessio, si confessus quod male fecerat, ultra non faciat, *ibid.*, 567. — Confessio peccatorum cum lacrymis et gemitu, S. Benedictus, LXVI, 331. Confessio humilis in antiquis regulis commendata, *ibid.*, 389. — Usitatum humani generis vitium est, et labendo peccatum committere, et commissum non confitendo prodere, sed negando defendere, atque convictum defendendo multiplicare, Smaragdus, CII, 613. Indicia veræ confessionis sunt, si unusquisque cum se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit, *ibid.* — Quid prodest confessio nisi sequatur illorum quæ confiteris relictio? Ratherius, CXXXVI, 401.—Confessio pure facienda est, S. Petrus Damian., CXLIV, 832. Non est pars peccatorum dicenda, et altera retinenda, neque levia confitenda et gravia diffitenda, nec alter accusandus et ipse excusandus, *ibid.* Confitendum est humiliter, ut idem sit in corde quod sonabit in ore, etc., *ibid.* — Cum cordis compunctione, cum vultus humilitate, cum pectoris tunsione, cum corporis supplicatione, cum vocis flebilitate confiteri debemus, Radulphus, CLV, 1900. Confessio debet fieri cum lacrymis, quia nisi gemat, nisi fleat, nisi suspiret peccator, cum se peccasse fatetur, peccatum suum prædicat, non confitetur, *ibid.*, 1810. Debet esse vera et aperta, integra, non divisa, *ibid.* — Omnis immunditia cordis per confessionem evomenda, Ivo Carnot., CLXII, 580. Non coram Deo cor suum effundit qui aperit os suum in confessione, et concupiscentiam malam non aufert a corde, nec qui se non humiliat, *ibid.* — Confessio fieri debet lingua cordis et actionis, Godefridus, CLXXIV, 1130. Præmitti ei debet examen, *ibid.*, 1057. Qualis illa, talis erit peccatorum remissio, *ibid.*, 152. — Qui peccata sua confitentes aliqua effundere timent, quasi in vase cordis spissi liquoris reliquias retinent, Hugo, CLXXV, 312. Qui per puram confessionem cordis sui secreta revelans nihil per affectum retinet, aut per silentium tegit, quasi aquas cor suum ante conspectum Domini effundit, *ibid.* — Qualis debeat esse confessio, S. Bernardus, CLXXXII, 650, 651. Ejus conditiones, id., CLXXXIV, 1176. — Confessio debet esse integra, Robertus Pullus, CLXXXVI, 899. Confiteri etiam debemus circumstantias notabiles, *ibid.*, 900, 901. — Integritas confessionis, Magister Bandinus, CXCII, 1098. Non est dividenda per diversos sacerdotes, *ibid.*, 1099. — Confessio sit humilis, pura, fidelis, Adamus Scotus, CXCVIII, 772. — De vera confessione, Petrus Cellens., CCII, 1128. — Quanta et qualis debeat esse confessio, Petrus Cantor, CCV, 343, 345, 346. — Confessio sit pura, integra, aperta et fidelis

in t ibus, Thomas, CCVI, 37, 38. — Ad confessionem tria requiruntur, Alanus, CCX, 300. Præparatio necessaria pœnitenti ante confessionem, *ibid.* Ore facienda, non scripto, *ibid.*, 386. Debet esse universalis, *ibid.*, 273, 301. Confitendæ sunt peccatorum circumstantiæ, *ibid.*, 275, 290. Confitenda sunt dubia tanquam dubia, *ibid.*, 302. Confitens, si vel unicum peccatum mortale omittat, confessio invalida est, *ibid.*, 587. Confessio debet esse humilis, simplex, vera, integra et firma, *ibid.* Ejus integritas tria requirit, *ibid.*, 173. Dicunt hæretici quod sufficit soli Deo confiteri, *ibid.*, 356.

4° *De confessionis effectibus.*—Confessione criminum fata, quæstio non ultra procedit. Tertull. I, 276. Confessioni pœnitentia nascitur, satisfactio disponitur, id., 1243. — Confessionis fructus, S. Hilar., IX, 648. In confessione consistit omne spei nostræ præmium, *ibid.* In confessione peccatorum maxima est lethalium vitiorum morbis medicina, *ibid.*, 785. Confessio peccatorum facit, ut etsi digna arguitione habeamus, non tamen arguamur, *ibid.*, 526. Ubi peccati confessio, ibi et justificatio a Deo est, *ibid*, 690. — confessio erroris medicina est, S. Ambrosius, XVI, 312. Solvit criminum nexus verecunda confessio peccatorum, *ibid.*, 507. Levius est crimen, ubi peccatum suum homo ultro confitetur, *ibid.*, 378. Peccatori quam utilis peccati confessio, id, XVII, 969. Tunc carebis cunctis iniquitatibus tuis, cum adversum te testi et accusator exstiteris, *ibid.*, 971. Confessio tua penitens medicina est, *ibid.* In confessione est venia, et in peccati sui condemnatione justitia, *ibid.*, 1053. — Confessio tabula post naufragium, S. August., XXXIX, 2226. Initium sanitatis *ibid.*, 2214. Confessio peccati latentis dupliciter sanat ægrotum, id., XLI, 847. Confessionis utilitas et fructus, id., XXXIX, 2050, 2215; XL, 1289; XLV, 1879. Sicut odit Deus peccata sua defendentem, sic sublevat confitentem, id., 1491, 2006. A confessione reformatio incipit, et per bona opera perficitur, *ibid.*, 1281, 1338, 1908. Peccator qui confitetur, procedit de tenebris ad lucem, *ibid.*, 1578. — Bona est peccati confessio, si curatio consequatur, S. Prosper., LI, 441. Apud misericordiam Dei plurimum valet confessio pœnitentis, quem facit peccator confitendo propitium, quem negando non facit nescium, *ibid.*, 461. — Peccata sua confitens dat gloriam Deo, Cassiodorus, LXX, 397. Major gloria Dei est confitenti parcere, quam viventi sine confessione præstare, *ibid.*, 754. Munera divina consequitur, *ibid.*, 669. Deo revelare culpam remedium est, confiteri securitas, *ibid.*, 523. Confessio delictorum propitium sibi judicem reddit, *ibid.*, 576. — Confessionis medicamentum, Alcuinus, CI, 620. Per confessionem peccata diluuntur, id., C, 576 Peccator a triplici morte liberatur, *ibid.*, 339. In confessione omnis spes veniæ consistit, id., C, 622. Confessio justificat, peccatis veniam donat, *ibid.* — Confessionis utilitas, S. Benedictus, CIII, 853. — Confessionis fructus, Raban, Maur., CX, 101, 102. — Peccatores mortui resurgunt per confessionem, pœnitentiam et Dei misericordiam, Rather., CXXXVI, 715. Confessio est via communis ad Deum, fons tam justis quam peccatoribus potens, qui criminum abundantiam abundantiori liquore detergit, *ibid.*, 901. Primam reddit innocentiæ stolam, et fugitivum filium in paternos reducit amplexus, *ibid.* — Virtus confessionis sacramentalis, Lanfrancus, CL, 55. Peccata confessori revelata minime judicabuntur, *ibid.*, 49. Confessio lumen facit, *ibid.*, 301. — Per confessionem nosmetipsos mundamus, Radulphus, CLV, 1899. — Confessionis necessitas retrahit a peccato, Guibertus de Novig., CLVI, 258. Confessio peccati optimum remedium, *ibid.*, 603. — Per confessionem allevatur omne onus peccati, S. Anselmus, CLVIII, 738. In vera confessione mundatur omnis macula delicti, *ibid.* — Fit peccatorum remissio cum secreta eorum confessione. S. Bruno, CLXIV, 405. Confessio jacentes erigit, vulnera ligat et sanat, ovem perditam et inventam super humeros Deus ipse ponit, et reducit ad pascua, *ibid.*, 919 - Confessio mundat lepram, Godefr., CLXXIV, 577. Reficitque vires animæ, *ibid.*, 1459. Et perducit ad gaudia cœlorum, *ibid.*, 46. — O quam sublimis ista confessio, per quam de patibulo ad regnum, de terra ad cœlum, de cruce latro damnatus ac crucifixus ad paradisum ascendit! S. Bernardus, CLXXXIII, 648. Gloriosa confessio, quæ Petrum apostolum trinæ negationis crimine liberavit, *ibid.* — An sine confessione dimittatur peccatum, S. Lombardus, CXCII, 880, 881. — Omnia in confessione lavantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare fugatur, tranquillitas redit, spes reviviscit, animus hilarescit, Richardus, CXCVI, 1075.— David confitens admittitur ad veniam, Adamus Scotus, CXCVIII, 171. Confessionis sacramentalis utilitas, *ibid.*, 204 *et seq.* — De efficacia veræ confessionis, Petrus Cell., CCII, 1128. — Quantus sit effectus confessionis, Petrus Cantor, CCV, 345. Per confessionem omnium peccatorum delentur maculæ, *ibid.*, 361.

III. — *De satisfactione.*

Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem, S. Ambrosius, XVI, 378. — Satisfactionis perfectæ indicium, Cassianus, XLIX, 1156 *et seqq.* — Satisfactio pœnitentiæ est, causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus indulgere aditum, Gennadius, LVIII, 994. —Quorum peccata in publico sunt, in publico debet esse pœnitentia, Radulphus, CXIX, 724. Quorum peccata occulta sunt, horum occulta debet esse pœnitentia, *ibid.* —Pœnitentia certa, quæ, Regino, CXXXII, 255 —Satisfactio est injuncti operis condigna exsecutio, Radulphus, CLV, 1810 Solvi quis non potest a peccato, nisi solvat quod rapuit peccando, *ibid.*, 391. Remissio peccati non fit, nisi reddito debito, et facta integra satisfactione juxta magnitudinem peccati, *ibid.*, 398. Necesse est ut omne peccatum satisfactio aut pœna sequatur, *ibid.*, 581. Homo post peccatum non potest sine peccati satisfactione salvari, *ibid.*, 389. Satisfactio quam omnis peccator debet facere, *ibid.*, 392. Ad integram satisfactionem oportet ut peccator aut aliquid pro eo det, de suo quod Deo debitum non sit, et ab eo non possit exigi, *ibid.*, 375. Non sufficit reddere quod ablatum est, sed pro contumelia illata peccator plus debet reddere quam abstulit, *ibid.* Secundum mensuram peccati oportet esse satisfactionem, *ibid.*, 392. Necessitas satisfactionis in pœnitentia, id., CLXXI, 423. Satisfactio in tribus consistit, jejunio, eleemosyna, oratione, *ibid.*, 447. — Satisfactio pœnitentiam subsequi debet, Godefridus, CLXXIV, 421. Satisfactio pro peccatis non debet fieri ex tristitia et coacte. *ibid.*, 665. Perficit pœnitentiam, *ibid.*, 1106. Vitiosas inclinationes frangit, *ibid.*, 1128 — Non sufficit mores in melius mutare, et a malis recedere, nisi per pœnitentiæ dolorem, et humilitatis gemitum et cordis contriti sacrificium satisfiat de culpa. Hugo de S. Victore, CLXXV, 554. — De satisfactione, P. Abælardus, CLXXVIII, 665 — Pœnitentiæ quæ et quomodo injungendæ, Robertus Pullus, CLXXXVI, 903 — Confitentibus pœnitentiæ satisfactio danda, Gratianus, CLXXXVII, 1535. Sine satisfactione operis peccatum non remittitur, *ibid*, 1541. — De satisfactione, P. Lombardus, CXCI, 877 *et seqq.* — Satisfactionis necessitas probatur, Ermengaudus, CCIV, 1260, 1264. —Satisfactio est injunctæ pœnitentiæ expletiva exsecutio, vel peccatorum condigna correptio, Alanus de Insulis, CCX, 275. Satisfactio contritionem confirmat, mala emendat, sanitatem restituit, *ibid.*, 274. Commensuranda est culpa, *ibid.*, 290. Pœnitentiæ diversitas pro eodem peccato, *ibid.*, 276.

IV. — *De dotibus et praxi confessarii, ejusque officio.*

WILLELMUS Malmesbur. — Alfredus Magnus Danos cædit in prælio et superstites ad cultum Christianum amplectendum vel a regno secedendum compellit, CLXXIX, 1078. Æthelbertus rex cultum Christianum amplectitur et leges plurimas ad propagandum Christianismum constituit, CLXXIX, 968, 969. Ercombirthus omnia deorum sacella destruxit, ut nullum sacrilegii ad posteros maneret vestigium CLXXIX, 970. Præcepit Ercombirthus per omne regnum observari quadragesima dierum solemne jejunium. CLXXIX, 970. Anglorum conversio ad cultum Christianum, Alla rege regnante, CLXXIX, 1000. Theobaldus comes Blesensis denuntiante Ludovico sexto, a summo pontifice tanquam in Deum rebellis declaratur, CLXXIX, 1361. Cruce Christi pendentis imago locuta esse dicitur, CLXXIX, 1129, 1130. Belli sacri ad liberandam Terram Sanctam origo, CLXXIX, 1293 Universalis Christianarum regionum ardor, ubi a summo pontifice illud bellum promulgatur. CLXXIX, 1293. Christiani jejunium trium dierum observant, litanias canunt et Petrum eremitam mittunt causa pacis obtinendæ, CLXXIX, 1315. Turci in fugam versi, pugnantibus martyribus pro exercitu Christiano, CLXXIX, 1316, Controversiæ Paschalis papæ cum Henrico quinto de investituris sacris, CLXXIX, 1371. Reconciliatio inter eosdem per juramentum et coronationem Henrici et per Eucharistiam, eidem Henrico a Paschali administratam, CLXXIX, 1376, 1377. Edwinus rex ad cultum catholicum conversus, CLXXIX, 1003, 1004. Sebertus rex fit christianus, CLXXIX, 1049. Constantinus Roma Constantinopolim corpora sanctorum invexit, CLXXIX, 1308. De excommunicatione Philippi regis Francorum et sequacium, CLXXIX, 1295.

SERIES QUINTA.

De cultus defectu, excessu et abusu sive de hæresi, schismate et paganismo, et de eorum infortuniis, miseriis et malis; deque econtra bonis moribus et prosperitate publica in veri Dei cultu semper et ubique repertis.

Solum S. Cypriani Carthaginensis episcopi ratiocinium ad Demetrianum adducemus, ut præfatæ propositiones breviter in summario comprobentur. Non enim, aiebat S. Cyprianus Demetriano, sicut tua falsa querimonia et imperitia veritatis ignara jactat et clamitat, sterilitas et fames sollicitudinem cumulant, morbi sæviunt, valetudo

frangitur, humanum genus luis populatione vastatur, quod Dii vestri a nobis non colantur, sed quod a vobis non colatur Deus. Nam cum ipse sit mundi Dominus et rector et cuncta arbitrio ejus et nutu gerantur, nec quidquam fieri possit nisi quod aut fecerit aut fieri ipse permiserit, utique quando ea fiunt quæ iram Dei indignantis ostendunt, non propter nos fiunt a quibus Deus colitur, sed delictis et meritis vestris irrogantur, a quibus Deus omnino nec quæritur nec timetur, nec relictis vanis superstitionibus religio vera cognoscitur, ut qui Deus unus est omnibus unus colatur ab omnibus et rogetur.

ADO (S.) Viennens.—Nemrod gigas Persas ignem colere docuit, et adhuc quidam gentium principes tanquam dii sunt adorati, CXXII, 28. Ægyptii Isidem coluerunt, CXXIII, 33. Serapis Jovis filius in deos transfertur, CXXIII, 35. Cecrops bovem immolans, primus in sacrificio Jovem adorari præcipit, CXXIII, 35. Mercurius nepos Atlantis in Deum transfertur, CXXIII, 35. Numa Pompilius primas Vestales virgines instituit, CXXIII, 45. Galli Senonenses et Viennenses Martis et Victoriæ templum constituunt, CXXIII, 52. Domitianus ut Deum se coli jussit, CXXIII, 80.

AGOBARDUS (S.), De serpente æneo quem populus errans colebat, CIV, 218. Deos Romani per multum ævi coluerunt sine simulacro; simulacra qui primi fecerunt, ideo posuerunt ut populis metum adimerent, erroremque adderent, CIV, 219. Paulus et Barnabas a se removent immolationem victimarum, CIV, 203. Sol oriens adoratur, CVI, 221.

ALANUS DE INSULIS. — Albigenses et Waldenses resuscitarunt hæreses antiquas, CCX, 505. Bacchilatriæ cultus describitur, CCX, 462.—Quædam idololatriæ species, CCX, 203. Quæ de diis gentium scripserunt poetæ, figmenta sunt, CCX, 451, 452.

ALCUINUS. — Chaldæi ignem pro Deo habebant et colebant, C, 534. Thare cum filiis suis in ignem missus est a Chaldæis quia ignem adorare nolebat, C, 534.

AMBROSIUS (S.) Mediolanens. — Ariani negant Christo cultum Dei vivi et non negabunt antichristo, XV, 1809. Dionysius tyrannus irrisit Jovem in templo ejus, et Æsculapium et cæteros deos aureos pateras tenentes et spoliavit eos, ita ut neque Jupiter vestem suam, nec Æsculapius barbam defendere potuerint, neque omnes qui dicuntur dii retrahere potuerunt pateras quas tenebant, XVI, 217. Manus Jeroboam aruit cum libaret idolis super altare sanctum Dei vivi, XVI, 217. Idola quæ Jeroboam colebat non potuerunt eum sanare, XVI, 217. Gentiles pretiosa et grandia colunt, simulacra adorant, XVI, 972. In cultu paganorum velantur oculi ne quæ sacra vocant perspicientes variis se varietatibus cernant illudi, XVII, 257.

ARNOBIUS. — Arabes lapidem pro Deo colunt, V, 1185. Arnobius in gentilismo constitutus lapides adoravit, V, 767, 768. Attalus rex ex Phrygia Romam misit lapidem qui pro Magna Matre susceptus fuit, V, 1284. Lapis, juxta ethnicos, Annibalem hostem potentem ex Italia depulit, V, 1284. Lapis aliis vires, aliis infirmitatem dedit, V, 1284. Atheismi crimen in ethnicos retortum, V, 720. Auro non placantur dii, V, 1167. Bacchanalia sacra immania, V, 1118, 1119. De mysteriis sive initiis quorumdam deorum et imprimis Faunæ vel fatuæ quæ Boica dea dicitur, quæ quis nequit explicare quin polluatur, V, 1122. De Jovis sacris initiationibus, V, 1122. Conferentes dii eorumque turpitudo, V, 1115, 1116. Mysteria fœda paganorum, V, 1122. Numina gentilium ridicula, V, 1185. Sacrificia quibus ethnici animas paternas placare putabant, V, 1288. Romani sæpe mutarunt ritus priscos, V, 914. Romani hastam colebant pro Marte, IV, 1186. Thus ac vinum diis libant ethnici, V, 1164. Templa diis exstructa a gentibus, ut suos deos de proximo affari possent, V, 1169. Sol pro deo ab ethnicis cultus, V, 754. Luna pro dea ab ethnicis colitur, V, 754.

AUGUSTINUS (S.) Hipponens. Episc. — Manichæi solem adorabant, XXXII, 1351; XXXIV, 199, 216. Auditores manichæorum cum electis solem et lunam adorant et orant, ac die dominico jejunant, XXXIII, 1032. Pagani imitatione deorum suorum pejores fiunt, XXXIII, 414. Pagani non excusant sua sacra sacrilega et simulacra, quod eleganter interpretantur quid quæque significent, XXXIII, 378. Pagani non culpandi propter sacrificia, sed quod ea exhibent idolis, XXXIII, 377. Liberi sacra inhonesta et furoris plena, XXXV, 2344. Lunæ cultores, XXXV, 2278. Cœlestis dea apud Afros et Carthaginenses maximo in honore habita, XXXV, 752; XXXVII, 1270. Pagani solem adorant, XXXVI, 189. Sol a paganis et a manichæis adoratur, XXXVI, 189. Manichæi dicebant solem esse Christum, XXXVII, 36, 105. Cultus qualis dæmoniis exhibitus a paganis, XXXVII, 1220. Dæmoniis periculosior servitus quam idolis, XXXVII, 1245. In Neptuni simulacro mare adorabant gentiles, XXXVII, 1487. In templis paganorum non coluntur nisi spiritus maligni XXXVII, 1243. Templa deorum per imperatorum leges, XXXVII, 1788. Mathematicos et aruspices aut maleficos consulere est fornicari cum dæmoniis, XXXVII, 76. Pagani pro diis habent homines mortuos, XXXVII, 1249. Paganorum litigantium in cultu deorum concordia, XL, 712. Sacrificia paganorum non ideo putanda bona quia ea fieri Deus non impedivit, XL, 583. Circa lunam superstitiosæ observationes, XL, 1172. Solemnia anseri celebrabant Romani, XLI, 70. Bacchanalia sacra Libero patri instituta, XLI, 571. Sacra Deæ Cœlestis turpia, XLI, 75. Codrus ab Atheniensibus ut deus habitus, XLI, 576. Dæmones suum negotium agunt, ut pro diis habeantur et colantur, XLI, 72. Dæmonum cultus a principibus civitatum introductus, XLI, 139. In dæmonum cultu et invocatione quot absurda, quot sibi contraria, XLI, 288. Dæmones non colendi, neque propter ea quæ in eis nunc sunt, neque si virtutem sapientiamque haberent, XLI, 241. Mutius Scævola pontifex ad aram Vestæ occisus, XLI, 108, 109. Paganorum ludi ritusque sacrorum turpissimi et erudelissimi, XLI, 50, 52. Plato ejusque discipuli diis plurimis sacra esse facienda putaverunt, XLI, 257. Porphyrius vituperandus quod diis sacrificaverit, XLI, 651. Romulum diis multis prætulerunt Romani, et ipsi Flaminem instituerunt, XLI, 60, 757, 758. Terra mater deorum vocatur et colitur, XLI, 120. Sacrificia gentium Christiani non verterunt in agapes, XLII, 383. Ariani Filium Dei nolunt adorare ut verum Deum, XLII, 930. Manichæi paganis deteriores in cultu plurimorum deorum, XLII, 369, 374. Sacrificia cur sibi exigit dæmon, XLII, 624. Solem et lunam cur colunt manichæi, XLII, 369.

BEDA Venerabil. — In capitolio erant deorum imagines quæ habebant tintinnabula in collibus suis ut monerent quæ gens Romanis rebellaret, XC, 961. Vecordia stultitiaque hominum arguitur quæ cultum latriæ soli Deo debitum vilibus animalibus, arieti, cani, et tauro exhibuerunt, colentes Jovem, Ammonem, Apim, etc., XCIII, 369. De vitulo combusto igni et de interfectis tribus millibus hominum propter cultum vitulo exhibitum, XCIII, 377. Augustinus Anglorum episcop. instruitur quid acturus sit circa fana, solemnitates et sacrificia idolorum apud Anglos, XCV, 70, 71. Saxones orientales tempore mortalitatis ad idololatriam reversi, mox ab errore correcti sunt, XCV, 170.

BRUNO (S.) Astens. —Aaron vitulum aureum erexit, cui insanus populus sacrificavit et a vero Deo rebellem se fecit, CLXIV, 366. Sacrilegi adoratores vituli aurei quasi ad viginti tria millia gladio percussi, sunt exterminati ab his qui idolum non adoraverant, CLXIV, 369. Israelitæ adoraverunt Beelphegor, et jubente Domino, unusquisque fratrem aut filium isto cultui initiatum occidit, CLXIV, 496. Gentiles philosophi in omnibus ad cultum Dei pertinentibus errabant, CLXIV, 733. Ante Christum non solum gentiles, sed aliquando Judæi idola colebant et dæmonia adorabant, CLXIV, 732. Antichristum Judæi accipient et quasi Deum ad tempus venerabuntur, CLXV, 492.

BRUNO (S.) Carthusian. — Hæretici obstinati excommunicandi sunt, CLII, 1417, 1418. Contra hæreticos agere periculosius quam contra blasphemos, CLII, 1315, 1316. Idolorum cultura fugienda, CLIII, 175. Nunc servare legem est ferme idola colere, CLIII, 302, 303.

BRUNO (S.) Herbipolens. — Antichristi malitia, CXLII, 208, 209. Gentes in fine mundi adhærebunt Antichristo, Judæi Christo, CXLII, 227. Hæretici et Judæi repellunt Christum, CXLII, 235. Hæreticorum oratio vertitur in peccatum, CXLII, 402.

CASSIODORUS. — Hercules dupliciter homicida purgationem obtinuit in sacris Cereris, LXIX, 890. Cultus arianus insurgit adversus cultum catholicum usque ad necem, LXIX, 1171. Cleomedes athleta a paganis deificatur, LXIX, 1067. Pagani deificant non bonis moribus institutos, non justos, non castos, sed potius lubricos, iniquos et ebriosos, LXIX, 1066. Cultus arianus fructus perfidiæ profligatus est in Nicæa, LXIX, 1068, 1069. Daphnis festa septem diebus celebrabantur, LXIX, 1072. Pagani statuam Christi trahentes confregerunt, LXIX, 1057, 1058. Pagani ob gratiam Juliani Christianos graviter oppresserunt, LXIX, 1059. Julianus variis artibus conatus est milites ad cultum idolorum inclinare, LXIX, 1050. Julianus ordinavit cultum paganorum ad instar cultus Christianorum, LXIX, 1048.

CONSTANTINUS MAGNUS. — Fana et simulacra ubique diruta, VIII, 65. Eversio fani apud Aphaca in Phœnice et impudicitiæ abolitio, VIII, 64. Destructio templi Æsculapii, VIII, 65.

CYPRIANUS (S.).—Nefas Christianis turpia gentilium

convivia in collegio frequentare, III, 1030. Omnes hæretici, et schismatici, nullo excepto, adversarii sunt Christi ; omnes Antichristi, pejores ethnicis, IV, 1138. Idola dii non sunt, IV, 654. Idola quæ gentiles deos putant, IV, 764. Idola abjurantur et flagellantur a Christianis, IV, 555. Infantes puellæ ad sacrificia deferebantur, IV, 485. Apud idolum panis mero mistus, qui de immolatione supererat infantibus tradebatur, IV, 486. Parentes parricidæ qui infantes ad sacrificia trahunt, IV, 473. Nihil potestatis habent hæretici vel ad sacrificium offerendum, vel ad baptizandum vel ad alia sacramenta conficienda, IV, 1040, 1043, 1161, 1187. Hæretici non possunt sacramenta Christi conficere, nec proinde gratiam Christi dare, IV, 41. Mala non accidunt quia dii ethnicorum non coluntur a Christianis; bene vero eveniunt, ut Deus qui non intelligitur beneficiis, statim plagis intelligatur, IV, 561. Apud ethnicos impatientia clamosa semper et queru a est ; apud Christianos fortis et religiosa patientia, quieta, semper et in Deum grata est, IV, 558. Dii non sunt quos colit vulgus apud ethnicos, et cur, IV, 564, 565. Dii quos adorant gentiles abjurantur et torquentur a Christianis, IV, 555. Turpe est colere eos quos ipse defendas, IV, 555.

DAMASUS (S.) pap. — Constans imperator aras et idola destrui jubet, XIII, 188. De Mithræ sacris in quibus scelera orgiaque commissa, XIII, 188. Dogmata cultus Ariani Constantius imperator jubet promulgari ac recipi, XIII, 294. Donatistæ sacrilegi per excellentiam dicti, XIII, 204. Gracchus Mithræ spelæum destruit, XIII, 187, 188. Gratianus imperator liberum sectis cultum permittit, Eunomianis, Manichæis, etc., XIII, 189. Cultus manichæus a Valentiniano imperatore, lege lata, prohibitus ac repressus, XIII, 155, 156.

DRACONTIUS. — Apotheosis gentilium, LX, 663. Impii plerumque ad senectutem non perveniunt, LX, 829.

ECKEARDUS. — Valens imperator, Ariana perfidia saucius, ad suam sectam Wisigothos adduxit, CLIV, 739. Attila interrogat divinatores suos qui inspectis pecorum fibris infausta promittunt, fallunt circa mortem Aetii qui de pugna salvus evasit, CLIV, 743, 744.

EUGYPPIUS (S.). — Nomina deorum gentilium diebus indita, CLXII, 686, 687. Deos a Deo creatos credunt gentes, LXII, 786. Manichæi solem et lunam adorabant, LXII, 686. Gentes dæmoniis immolant et non Deo, LXII, 702. Sæviendum est in idololatras, LXII, 699. Aruspicum et augurum libri, LXII, 949, 950. Duo a paganis instituta primum quidquid ad facienda et colenda idola pertinens, secundum quidquid ad colendum sicut Deum creaturam, LXII, 949. Variæ superstitiones cultus paganorum, LXII, 949, 950, 951.

FIRMICUS MATERNUS. — De falso et superstitioso cultu profanarum religionum, XII, 981. De cultu aquæ apud Ægyptios, XII, 984. De cultu aquæ apud Phryges, XII, 987. De cultu aeris apud Assyrios et Africanos, XII, 992. De cultu ignis apud Persas, XII, 992. De variis superstitionibus earumque secretis, XII, 995. De bacchanalibus, XII, 995. De Proserpina, XII, 999. De Libero pro sole culto, XII, 999. De cultu Adonidis, XII, 1004. Flagitia in cultu Veneris Paphiæ, XII, 1005. Flagitia Jovis Sabuzii, XII, 1005. De fœdis ritibus Corybantium, XII, 1006. De Serapide et ejus sacris, XII, 1011. De Penatibus et de Vesta, XII, 1015. De quinque Minervis, XII, 1018. Explanatio de symbolis et signis cultus deorum, XII, 1020, 1022, 1026. De cultu Draconis, XII, 1056. De idololatris exstirpandis ut prosperetur bene in imperio, XII, 1048.

FRECULPHUS. — Simulacrum Syrmiæ publico servatum, ne sequenti tempore pagani negarent se tales deos adorasse, CVI, 1230.

GAUDENTIUS (S.). — Partes idololatriæ sunt, veneficia, auguria, sortes, etc., XX, 870. Ethnici, gulæ suæ causa, prandia mortuis cœperunt præparare quæ ipsi comederent, deinde ausi sunt sacrificia sacrilega eis celebrare, XX, 870.

GENNADIUS. — Antropomorphitæ deum corporeum colunt et adorant, LVIII, 1013. Pagani multos deos colunt, LVIII, 1000.

GREGORIUS MAGNUS (S.) — Idolorum templa ritu Christiano, in ecclesias consecrantur, LXXV, 100, 101. Pagani, cum suis idolis offerrent sacrificia, ex bovibus occisis epulabantur, LXXV, 388. Paganos pueros emit Gregorius ut eos faciat Christianos, LXXV, 107, 108. Sacrificia hæreticorum inutilia, LXXV, 523. Idololatræ ad Ecclesiam redeuntes quomodo suscipiendi, LXXVII, 905. Arianorum processiones, LXXVIII, 405. Commune diis omnibus templum, scilicet Pantheon, Adriànus imperator ædificari jussit, LXXVIII, 393. In Feralibus manes placabantur, eorum tumulis cibo quo vescerentur apposito, LXXVIII, 303. Festum quod pagani appellabant Terminalia quidam Christiani olim celebrabant, LXXVIII, 305. Februario mense Romani in honorem Februi Dei cum cereis ardentibus lustrabant Urbem, LXXVIII, 298.

GREGORIUS (S.) Turonens. — Ariani docent tolerantiam religionum, LXXI, 360. Galli, sive Franci, cultum paganorum vel Arianorum sectabantur, priusquam Clodovæus cultum catholicum amplexatus fuisset, LXXI, 18.

GUIBERTUS. — Judæi coluerunt anguem igneum, CLVI, 525. Judæi adoraverunt Beelphegor, hoc est Priapum, CLVI, 525.

HAYMO. — Qui nunc immolat Deo bovem placeret Deo quasi qui interficeret virum, CXVI, 1976. Gentes putant Christianos non habere Deum, vel si quem habent putant eum esse impotentem, CXVI, 590. Qui faciunt simulacra deorum adeo stulti sunt ut ea quasi creatorem suum venerentur, CXVI, 590. Impotentia simulacrorum describitur, CXVI, 590. Idola nihil sunt, et quantum ad cultum pertinet, ea nihil sunt, CXVI, 921. Materia ex qua idola fiebant aliquid erat, sed ipse cultus nihil erat, CXVI, 961. Caius Caligula odit Judæos eo quod ei neque aras, neque templa, neque imagines faciebant, CXVIII, 826. In sua dementia Caligula Deum se voluit appellari, CXVIII, 826.

HELINANDUS. — Sacerdotes Jovis in Creta semper a certis cibis abstinebant, CCXII, 698. Sacerdotes diaboli olim dicti sacerdotes idolorum sunt a huc episcopi hæreticorum vel eorum electi, CCXII, 697. Antiqui sacerdotes Ægypti, ex quo semel falsorum deorum cultui mancipati erant, semper vino, carnibus, mulieribus, ovis et caseo abstinebant, CCXII, 698.

HIERONYMUS (S.). — Antiqui sacerdotes Ægypti nunquam mulieribus se miscuerunt ex tempore quo cœperunt divino cultui deservire, XXIII, 302. Cultus et dogmata Magorum apud Persas, XXIII, 303. Singulæ Ægypti civitates singulas bestias colebant, XXIII, 294. Dogmata et cultus Indorum, XXIII, 304. Dogmata et cultus Antichristi, XXIII, 315, 316. Dogmata et cultus Arianorum de Christo, XXIII, 166. Gentilitas faunos et satyros colebat apud Alexandriam, XXIII, 25. Idola dicuntur primum fabricata tempore Enos, XXIII, 946. Eunuchi erant antistites et pontifices Heliopoleos, XXIII, 998. Civitas Atheniensium idololatriæ fuit dedita, XXIV, 569. Augures Chaldæorum multi, XXIV, 457. Plerique solent dæmones colere ne noceant, et alios exorare ut præstent beneficia, XXIV, 747. Descriptio idolorum quæ venerantur gentes, XXIV, 747. Ægyptii habent numina ex bestiis, XXIV, 450. Cecidit et confractus est Bel, cujus tanta fuit apud veteres religio ut ei non solum humanas hostias captivorum, ignobiliumque mortalium, sed et suos liberos immolarent, XXIV, 450. Simulacra bestiarum et brutorum animantium maxime in Ægypto cultui divino consecrata sunt, XXIV, 450. Nabo et Dagon per veritatem Evangelii muta et contrita, XXIV, 450. Idola sunt imagines mortuorum, XXIV, 385, 386. Moloch idolum Ammonitarum, XXIV, 552. Nesrach, deus Ninivitarum, XXIV, 389. Pharao triumphans et adorans idolum suum, in fano falsi numinis trucidatur, XXIV, 589. Prophetæ Samariæ prophetabant in idolo Baal, XXIV, 822, 823. Prophetæ gentium simulant se divino spiritu futura prædicere, XXIV, 851. Idolum Sidoniorum Baal, XXV, 1543. Ninus Belum patrem suum refert in deum, XXV, 858. Adorare non licet statuas et imagines regum, XXV, 511. Gentium religio adorat omnia genera bestiarum, XXV, 80. Error gentilium qui omne quod supra se est, deos putant, XXV, 514. In Memphi est Apis templum in quo oracula consulta respondent, XXV, 289. Hæretici habent altaria plurima; tot enim habent altaria quot schismata, XXV, 1022. Cultores Baal in Juda et Jerusalem, XXV, 1543. Judas et Benjamin statuerunt in templo Domini statuam Baal et in eodem sanctuario idola et Dominum coluerunt, XXV, 1543. Beelphegor idolum, quid, XXV, 896. Qui gulæ et libidini deserviunt idolum Beelphegor colunt, XXV, 896. Lachis, urbs idolis dedita, fuit principium idololatriæ in Juda, XXV, 1160. Melcham idolum Ammonitarum, XXV, 1002. Baal idolum juxta Jerusalem, XXVI, 66. Populus Israel in sua dementia idolo immolabat hostias, et filios dæmoniis incendebant suos vel initiabant, XXVI, 66. Atheniensium aræ inscriptio : Diis ignotis et peregrinis, XXVI, 572, 573. Dæmones per vitia coluntur, XXVI, 415. Judas Machabæus templum ab idolorum imaginibus emundavit, XXVI, 505, 506. Antiochus Judæos ad idololatriam compellit, nolentes necat, et in templo Jovis Olympii simulacrum ponit, XXVII, 505, 506. Adrianus Antinoum in Ægypto mortuum in deos refert, XXVII, 617, 618.

HILARIUS (S.). — Idololatrarum inanis timor, IX,

532. Idololatræ pretiis metallorum, diis quos sibi fecerunt, honorem quærunt, IX, 766. Vaccæ in Samaria adoratæ, IX, 387, 465. Ariani Christum non ut Deum verum adorant et colunt, IX, 141. Arguuntur et cultores creaturæ, IX, 256. Ariani non episcopi Christi sed Antichristi, IX, 609.

HINCMARUS. — Idololatria hæreseos mater, CXXV, 479. Magicæ artes ab angelis malis, CXXV, 718. Arioli circa aras idolorum nefarias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt, CXXV, 718. Magi sive malefici, elementa concutiunt ac sine veneno, violentia tantum carminis homines interimunt, CXXV, 718. Sortilegi qui divinant per sortes sanctorum, CXXV, 718. Varia genera carmum magicarum, CXXV, 718, 719.

HUGO, Flaviacens. — Simon Magus tanquam Deus a Nerone cultus, solus repugnans veritati, obiit dejectus in profundo putei abyssi, CLIV, 25, 26. Domitianus Pantheon ædificat ad comprobandam erga deos suam sacrilegam devotionem, CLIV, 28. Domitianus se et deum et dominum appellari jubet, CLIV, 28, 43.

ISIDORUS (S.), Hispalens. — Cultus Arianus Deo odiosus probatur per miraculum a S. Isidoro patratum, LXXXII, 43. De hæresibus Christianorum, LXXXII, 298. Ophitæ colunt serpentem, LXXXII, 299. Adamiani nudi orant et nudi inter se mares et feminæ conveniunt, LXXXII, 299. Cainani Cain adorant, LXXXII, 299. Angelici angelos colunt, LXXXII, 299. Marcionitæ, alterum bonum, alterum malum deum adorant, LXXXII, 300. Artotyritæ panem et caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terræ et a fructibus ovium Deo fuisse oblatam, LXXXII, 300 Aquarii aquam solam offerunt in calice sacramenti, LXXXII, 300. Hermogeniani materiam Deo coæternam tanquam deam colunt, LXXXII, 300. Manichæi duas substantias bonas et malas, scilicet duos deos adorabant, LXXXII, 300. Poetæ et vates variis ornamentis in sermone cultum deorum suorum ditaverunt, LXXXII, 308. Poetæ theologi de diis carmina faciebant, LXXXII, 309. Sibyllæ in carminibus locutæ sunt de cultu Dei et Christi venturi, LXXXII, 310. Sacrificium quod Arcades deo suo Lycæo immolabant, ex quo quicumque sumerent in bestiarum formas convertebantur, LXXXII, 311. Magi sanguine utuntur et victimis et sæpe contingunt corpora mortuorum, LXXXII, 312. Arioli circa aras idolorum nefarias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt, LXXXII, 312. Aruspices exta pecudum inspiciunt, LXXXII, 312. Augures volatus et voces avium intendunt, LXXXII, 312, 313. Pagani in pagis lucos idolaque statuerunt hincque nomen sortiti sunt, LXXXII, 314. Apostatæ sunt Christiani qui ad idolorum cultum et sacrificiorum contaminationes convertuntur, LXXXII, 314. De diis gentium et deorum cultu variis in locis, LXXXII, 314. Cecrops primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, LXXXII, 315. Qui Janum quadrifrontem fingunt monstrum, non deum faciunt, LXXXII, 318. Beelphegor interpretatur simulacrum ignominiæ, quod idem est ac Baal super montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, deum hortorum et quem hortis Græci sacraverunt et coluerunt propter fecunditatem ipsius in generando, LXXXII, 316, 317. Apis fuit apud Ægyptios taurus Serapi consecratus et ab eo ita cognominatus quem Ægyptus instar numinis colebat eo quod de futuris daret signa manifesta, LXXXII, 322. Penates gentiles dicebant omnes deos quos domi colebant, LXXXII, 325. Manes dicunt deos mortuorum, et colunt ut mites sint, LXXXII, 325. De idolorum cultoribus, LXXXIV, 537. De Arianis a catholicis non baptizandis, LXXXIV, 631. De apostatis ab Ecclesia separandis, LXXXII, 632.

ISIDORUS MERCATOR.—Cœmeteria hæreticorum vel basilicas non debent ingredi catholici, CXXX, 285. Non debent catholici cum hæreticis matrimonia contrahere, CXXX, 285. Catholici non debent sabbatizare, CXXX, 285. Catholici non debent cum hæreticis aut schismaticis orare, CXXX, 286. Non licet catholicis cum paganis festa celebrare, CXXX, 286. Ariani catholicos opprimunt, CXXX, 650. Sacerdotes sacrilegi paganorum volebant infantes mactari et ex eorum sanguine fontem repleri ut in eo lepram suam Constantinus purgaret, CXXX, 246. Cultores idolorum inquirendi ac quasi sacrilegi puniendi, CXXX, 560. Gentilium ritus Christiani non debent observare, CXXX, 586. Kalendarum Januariarum superstitio apud Gallos, CXXX, 1176.

JOANNES, Sarisberiens. — Qui sint Magi, et unde dicantur, CXCIX, 407. De speciebus magiæ, CXCIX, 407. Qui sint incantatores, arioli, sortilegi, augures, CXCIX, 407. De aruspicibus, chiromanticis et pythonissis, CXCIX, 461. Immolavit Israel, apostata a salutari suos filios et filias dæmoniis, CXCIX, 725, 726 Epicurus casum pro deo colit, CXCIX, 977. Timor Dei contemptum mundi facit et deificat homines, CXCIX, 980. Aristoteles dictus filius Apollinis, CXCIX, 983. Socrates animum hominis deum putat, CXCIX, 982.

LACTANTIUS. — Ægyptii primi astra contemplari cœperunt et adorare, VI, 328. De cultu animalium apud eosdem Ægyptios, VI, 620, 786. Solem colebant Ægyptii sub Jovis nomine, VI, 621. Apollonius Thyaneus ab Ephesiis cultus, VI, 559. Nondum deorum cultibus institutis, Deus verus colebatur, scilicet Saturno regnante, VI, 565. Exemplo Jovis prope modum parricidæ populus depravatus desiit Deum verum colere, VI, 566. Quando cœpit populus, sive metu sive sponte sua, regem pro deo habere, tunc violavit pietatem, justitia et omnes virtutes terras deseruerunt, VI, 556. Jupiter persecutus justitiam sustulit eam, et sublato Dei cultu fractum est vinculum fœderis societatis humanæ, VI, 567. Favor et Pallor a Romanis coli cœperunt ut deæ, VI, 220. Injustus et impius deorum cultus induxit mala universa, quibus humanum genus seipsum invicem conficit, VI, 575. Enumeratio scelerum quæ fiunt ab iis qui deos colunt, VI, 575. Non possunt esse boni et justi cultores deorum, VI, 580, 583, Astra non sunt colenda, VI, 277. Athæi qui fuerint, VI, 120. De cultu Apis et accipitris apud Ægyptios, VI, 786, 787. Orpheus sacra Liberi in Græciam induxit, VI, 247. Orphica et orgia sacra Bacchi cur dicta. VI, 247. Julius Cæsar primus Cæsarum inter deos relatus est, VI, 193, 197. Canes culti ab Ægyptiis, VI, 621. De cultu aquilæ apud Ægyptios, VI, 787. Idololatria a Græcis orta, VI, 196. De nequitia Græcorum in consecrandis simulacris Cupidinis et amoris, VI, 221. Juba inter deos a Mauris relatus et ab eis cultus, VI, 194. Laurentina nutrix Romuli a Romanis tanquam Dea culta, VI, 216, 217. Falsa religio quæ est in cultibus deorum, VI, 1048. Arabes lapidem pro deo coluerunt, VII, 494. Aurelianus imperator domini et dei titulum usurpavit, VII, 397. Aurelianus solem magna reverentia prosequebatur, VII, 506. Aræ insidiose positæ a paganis in multis locis, VII, 408.

LANFRANCUS. — Israelitæ non omnes sub cultura Dei ; quidam transierunt in ritus gentilium et culturam idolorum, CL, 135, 136. Judæorum et gentilium altercatio, CL, 103, 104. Gentilis quomodo excusatur vel accusatur apud Deum propter idololatriam, CL, 103, 104

LEO MAGNUS (S.) papa. — Ritus quibus Manichæi utebantur in cruentis sacrificiis, LV, 974, 803. Priscilliana hæresis catholicos ritus abolevit, LV, 1033. De Persarum supplicationibus cultu superstitioso celebratis, LV, 840. De mysteriis nefandis Mithræ apud Persas, LV, 841. Persarum sacrificia panis et aqua, LV, 841. Manichæi in abominandis sacris dæmones invocare solebant, LV, 794. Cum hæreticis nec orandum nec psallendum, LVI, 887. Hæreticorum falsi martyres non sunt colendi LVI, 718. Lex contra Manichæos, LVI, 683.

NICETAS (S.) — Belenus, celebre numen apud Aquileiam adhuc cultum sæculo sexto, LII, 1006. Nestorianus cultus deficiebat tempore S. Nicetæ, LII, 931. In Ravennate pagani veterem idolorum cultum sequebantur, LII, 1006.

OPTATUS (S.). — De falso et hypocrita cultu Donatistarum qui altaria catholicorum radunt, frangunt, innumeraque alia sacrilegia committunt, XI, 1065. Novæ turbæ per Donatistas excitatæ, XI, 818.

OROSIUS. — Fallacia et malitia sacerdotum Ægyptiorum ad tollendum cultum Dei veri in gratiam cultus idolorum, XXXI, 807.

PAULINUS (S.), Nolanus. — Constantinus et alii pii imperatores leges contra paganos sanxerunt, LXI, 527. Cecidit Bel et omnes dæmones qui colebantur in templis tanquam numina, LXI, 527. Delphicus dæmon, Christo nato, obmutuit, LXI, 516. S. Joannes Dianæ silentium imposuit, LXI, 517, Deus venter, qui et Dagon, apud Philistæos cultus, LXI, 525. Fatum et Fortunam, cui philosophi nonnulli rerum quarumdam humanarum gubernationem tradebant, nihil esse ostendit Paulinus, LXI, 228, Idola eriguntur ab Adriano imperatore nativitatis et passionis Christi, LXI, 326, 521. Idololatriæ causa Dei neglectus, LXI, 237, 524. Idololatriæ intemperantia, LXI, 525. Tum in Isiacis, tum in orgiis nefandi ritus vigebant, LXI, 525.

PETRUS COMESTOR. — De serpente æneo contra ignitos serpentes et de cultu superstitioso quem populus ei exhibebat, CXCVIII, 1231. Balaam Domini prophetam se mentiebatur, licet in sacrificando consuleret dæmones, CXCVIII, 1237 De Balaamo CXCVIII, 1238, 1239, Israelitæ sacrificaverunt cum filiabus Madian et comederunt idolothita et adoraverunt deos, præsertim idolum Beelphegor quem Græcia Priapum dixit, CXCVIII, 1239. Auctores hujus idololatriæ et omnes initiati Beelphegor suspensi

sunt in patibulo per Moysem, jubente Domino, CXCVIII, 1259. De Moyse a Deo sepulto in loco incognito, ne illum tanquam deum colerent Hebræi, CXCVIII, 1260. De pœnitentia filiorum Israel propter idololatriam, CXCVIII, 1283. De idolo Belis et dracone, CXCVIII, 1468.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Stulti creaturas ipsas deos existimant, LII, 450. Gentiles solem, lunam, stellas, aurum, lapides, ligna deos sibi fecerunt, LII, 450. Astrologi tot deis serviunt in cœlo, quot sideribus, LII, 612, 613. Gentilis populus deorum populis et deorum monstris obsequens, nescius rationis, ad Dei, qui unus et verus est, non pervenit servitutem, LII, 502.

PHILASTRIUS (S.). — De Sethianis colentibus Abel et Seth, XII, 1116. Cultus abominabilis Chaldæorum et Sidoniorum, XII, 1128. Abraham idola frangens justificatus est, XII, 1128. Gedeon idola frangens etiam meruit maximam virtutem, XII, 1128. De colentibus muscam in civitate Accaron, XII, 1125. In Africa Fortunam cœlestem colunt incolæ, XII, 1127. De colentibus Baal, XII, 1127, 1133. De quibusdam Christianis Bacchantibus ut pagani, XII, 1187. Manichæi dæmonia colentes, elementa adorantes ut pagani et nefandæ turpitudini servientes, XII, 1176. Ophitæ, sive serpentini colubrum venerantur, XII, 1114. Deos duos, unum bonum et unum malum asserebant Manichæi, XII, 1175. Epicurea dementia, XII, 1119. De colentibus Fortunam, XII, 1126. Idolorum cultores, XII, 1128. Pagana impietas perniciosa, XII, 1127. Judæi Astar et Astaroth virorum feminarumque simulacra colebant, XII, 1137. Sanguis infantium in mysteriis Montanistarum, XII, 1166. Serpentis ænei cultores, XII, 1131, De solem adorantibus, XII, 1169. De cultoribus soricum, XII, 1124.

PRUDENTIUS AURELIUS. — Apotheosis ethnicorum, LIX, 968. Calvi sacerdotes Isidis, LIX, 172. Phœbi furores aliaque deorum dearumque ridenda solemnia, LIX, 172. Calamitates quæ accidebant Christianis ab ethnicis objiciebantur, quod colerent Christum et deos spernerent, LX, 233, 234. Cultus deorum, LX, 23. Saturnia sacra cædibus infantium fumantia, aræque vagitibus resonantes, LX, 202. Roma dea dicta aiquibus culta, LX, 136. Romana nobilitas idolorum cultui addicta usque ad Theodosii imperium, LX, 325. Idololatria Romæ exstincta, nonnulli nobiles diu paganismum retinuerunt, LX, 170. Romani deos omnes colebant, et cur nihilominus Christianos vexabant, LX, 133. Origo deorum in Italia, LX, 122. Victimæ humanæ, LX, 292.

RABANUS MAURUS. — Aaron in idololatriam labitur, CVIII, 211. Cur Aaron idololatriæ auctor non simul cum populo punitur, CVIII, 226. Gentium et idololatrarum societas graviter Israelitis inhibetur, CVIII, 236, 237. Idololatriæ pompa et vestes, CVIII, 1151. Israelitæ capiuntur ab hostibus suis, venduntur, ubique eos ultio divina sequitur ob idololatriam, CVIII, 1123. Mortuo Gedeone, Judæi Baal colunt, CVIII, 1177, 1179. Ægyptiis ob idololatriam digna passis, Hebræi escam a Deo acceperunt, CIX, 745. Idolum abominandum Antiochus construxit, CIX, 1158. Antiochus Liberi patris festum quam ob rem celebrari jusserit, CIX, 1125. Antiochus Eleazarum provectæ ætatis porcinam carnem comedere cogit, CIX, 1125. Baalim idolum a Judæis cultum, CIX, 33. Gentiles plus argentum et ornatum in suis idolis exspectabant quam divinitatem venerabantur, CIX, 733. Gentiles non tantum aurum sed et vasa fictilia coluerunt, CIX, 743. Idola varia ab ethnicis observata, CIX, 731, 740. Idola flentium cur dicta, CIX, 83, 343. Idololatria Amasiæ regis, CIX, 508. Jehu ad occidendos sacerdotes Baal mittitur, CIX, 238, 498. Israelitarum idololatria, CIX, 1121. Joas a principibus Juda deus adoratus est, et ideo Dei offensam incurrit, CIX, 504. Josias, pietate inclytus varia superstitiosarum gentium simulacra destruxit et idololatriam abrogavit, CIX, 266, 267. Nabuchodonosor rex præceperat ut omnes dii exterminarentur, ut ipse solus diceretur deus, CIX, 604. Ozias sacrificaturus contra legem Moysis, lepra percutitur, CIX, 246 Pagani cum hæreticis quomodo justitiæ obvient, CIX, 855. Gentilium varia genera et ritus, CIX, 740. Multitudine rituum gentilium non placatur Deus, CIX, 1010. Ægyptiorum idololatria quanta, CXI, 816. Auguria per volatum avium, CXI, 242. Dathan et Abiron cum sociis hæreticorum typus sunt, CXI, 53, Idolorum utilitas, CXI, 877. Pagani unde et qui appellati, CXI, 426. Sibyllarum enumeratio et origo, CXI, 420. Signa cœlestia venerari prohibentur, CXI, 877. Victimæ impiorum Deo ingratæ. Cur victimas gentilitas superstitiosa ad capita fontium et lucos immolaverit, CXI, 864. Israelitæ quæ idola coluere, CXII, 1141.

ROBERTUS PULLUS. — De electis et ministris Antichristi, CLXXXVI, 981. Idololatriæ cæcitas circa pluralitatem deorum, CLXXXVI, 675.

RODULFUS GLABER. — De paganorum plagis, CXLII, 623. De Leutardo insaniente hæretico, CXLII, 643 De hæresi apud Aurelianos reperta, CXLII, 659. De hæresi in Italia inventa, CXLII, 671. De præliis Saracenorum adversus Christianos in Africæ partibus, CXLII, 682.

RUFINUS. — Ægyptus idolorum officina, XXI, 413. Publica insania Juliani erga cultum idolorum, XXI, 501. Studia auctorum gentilium Christianos adire prohibens Julianus, ludos litterarum illis solis qui deos deasque venerarentur patere decernit, XXI, 501, 502. Magi, philosophi, aruspici, augures allegant Athanasium esse obstaculum suis artibus, XXI, 502. Veneris simulacrum in loco crucis collocatum, ut si quis Christianorum in eo loco Christum adorare voluisset, Venerem videretur adorare, XXI, 476.

RUPERTUS, Tuitiens. — Aurum est deus Judæorum, CLXVIII, 365. Baal idolum adduxit Jesabel ex Sidone, et illud coluit Israel, CLXVIII, 126, 127. Baalim vocantur quæcunque idola, CLXVIII, 43, 44. Beelphegor idem est cum Priapo deo Romanorum, CLXVIII, 145. Galgala locus erat idolorum, CLXVIII, 78. Judæi in Ægypto idola coluerunt, CLXVIII, 21. Alexander Magnus adorari voluit ut filius Jovis Ammonis, CLXIX, 1408.

SALVIANUS (S.). — Aaron vitulum fecit, ob cujus cultum Deus percussit Hebræos, LIII, 44. Filii Aaron offerentes Domino ignem alienum igne cœlesti sunt consumpti, LIII, 45, 46. Epicureorum impia opinio de Deo, LIII, 30, 31. Idolum Afrorum, LIII, 154. Dii vel idola quæ in ludis variis publicis colebantur, LIII, 113, 114. Neptunus colebatur in circis, Minerva in gymnasiis, Venus in theatris, Mars in arenis, Mercurius in palæstris, LIII, 120.

SICARDUS, Cremonens. — Domitianus jussit se tanquam deus adorari et statuas aureas et argenteas in Capitolio sibi erigi, CCXIII, 458. Plinius procurator cujusdam provinciæ nihil mali in Christianis reperire scripsit Trajano præter obstinationem non sacrificandi, CCXIII, 459. De pravitate hæretica Waldensium, CCXIII, 554, 555.

SIDONIUS. — Veneris pompa, LVIII, 525. Hecatombeon, LVIII, 699, 700. Persarum dii aqua et ignis, LVIII, 644, 645.

TERTULLIANUS. — Festa Cæsarum cur a Christianis non culta, I, 452. Colit humanus error omnia præter ipsum omnium conditorem, I, 666. Supra innumeros deos alium sublimiorem ethnici Constituebant, I, 332. De cultu deorum erravit antiquitas, I, 306. Tot ac tanti dii ab omnibus coli non poterant, I, 573, 645. Gentiles quos timebant deos destruebant, quos vindicabant illudebant; timebant deos minus quam imperatores, I, 344, 363, 437. Dii injurias suas potius ulcisci quam adulationes debebant remunerare, I, 431. Falsum est ob deorum cultum fundatum aut propagatum fuisse imperium Romanum, I, 422. Patriam suam dii Romanis vastandam dederunt, I, 424. Deos contempserunt Judæi, I, 432. Ethnici in publicis calamitatibus agebant quædam publicæ pœnitentiæ opera, quibus deos flectere conabantur, et quæ, I, 487. Ethnici quotidie pasti, statimque pransuri balneis, cauponiis, lupanaribus aquilinia Jovi immolabant, I, 487. Astrologi, augures, aruspices, magi, I, 459. Quam mendaciter ethnici vota et sacrificia faciebant, pro salute imperatoris, cum per eorum genios jurabant ac celebrabant solemnia, I, 458, 700. Ethnici suos filios exponebant aut trucidabant, I, 315. Ethnici Deum Christianorum in tempore tribulationis invocaverunt, I, 703. Deos commenti sunt quos colerent, I, 486. Eos spernebant, I, 699. Ethnici erant erga deos suos impii, sacrilegi et irreligiosi, et quomodo, I, 344. Ethnicis licebat quem vellent deum colere, I, 344, 417. Ethnici diem Saturni otio et victui destinaverant, I, 371. Feretrio Jovi Romulus instituit ludos, I, 637. Galli Mercurio immolabant, I, 316. De Cybelis cultu, I, 415. Imperatoribus suis et mortuis et viventibus eumdem ac diis honorem detulerunt ethnici, I, 347. Illos deos vocabant, I, 483. Ethnici per genium imperatorum jurabant, I, 447. Saturno immolati infantes usque ad Tiberii proconsulatum, I, 314. Quomodo fiebat initiatio ad cultum cujuslibet deorum vel dearum, I, 309, 313. Januaria festa, I, 581. Isthmia sacra Neptuni instituta, I, 644. Liberi mysteriis in publico discumbebant ethnici, I, 492. Liber pater, sive Bacchus factus deus ob vini inventionem, I, 334. Lignum rude quidam gentiles coluerunt, I, 366. Oracula quomodo apud ethnicos edebantur, I, 413. Oracula fiebant dæmonum præstigiis, I, 408. Persæ deum esse credebant et illum adorabant, I, 369. Romani in ludis publicis humano sanguine proluebant Jovi Latiali, I, 136, 317. Samothracia mysteria declarare nefas erat, I, 309. Ethnici Saturno mactabantur infantes in Africa

ut eum placarent, et quandiu, I, 595. Scythæ fœdus, hausto sanguine, inibant et carnes hominum defunctorum comedebant, I, 321. Sacerdotes bovis dei Ægyptiorum continentiam servavant, II, 928. Februariæ Kalendæ pro defunctis celebratæ apud ethnicos, II, 494. Derelicto Deo, Judæi idolis servierunt, II, 598. De cultu superstitioso Serapidis, III, 235, 628. De Isidis sacris et mysteriis, III, 631. De Eleusinis mysteriis, III, 635. De Lupercis, III, 658. Simulacrum cujuslibet dei variis cæremoniis consecrabatur, et ita deus fiebat, III, 626. Quanta amentia ethnici colebant et adorabant sæpe sæpius sceleratorum hominum aut plane fictitiorum deorum imagines et simulacra tanquam veros deos, III, 626.

URBANUS II, papa. — Schismatici furentes in catholicos sæviunt et aliquot episcopos interimunt, CLI, 50. Novam in Germania religionis genus, CLI, 87. De sagis, sortilegis, etc., CLI, 1178. De gentilium superstitionibus abolendis, CLI, 1178.

WALAFRIDUS Strabus. — Ægyptii abominantur oves et eas adorant propter Jovem Ammonem qui cum capite arietino pingitur, CXIII, 209. Ægyptii bovem colunt, qui consecratus est Api, sicut vacca Isidi, CXIII, 209. Apis erat maximum numen Ægyptiorum, qui semel in anno, certo tempore, apparebat eorum sacerdotibus, CXIII, 209. Sacerdotes Apis cum hymnis et laudibus eum prosequentes quasi lymphatici prophetabant, CXIII, 209.

WICBODUS. — Manichæi solem colunt et cum eo omnia animalia etiam minima, quæ habent ut particulas solis, XCVI, 1111. Cultus philosophicus gentium admittit transmigrationem animarum pecorum in homines, aut hominum in pecora, XCVI, 1141, 1142. Cultus Manichæus vult animam herbæ vel vermiculi esse propriam Dei substantiam, XCVI, 1142.

ZENO (S.). De Cybelis sacerdotibus, XI, 345, 346. De sacrificiis gentium, XI, 363. De cultu gentium, XI, 451. Impudicitia dea in idolis, XI, 293. Impudicitia deos gentium genuit, XI 294, 295.

CIX.

INDEX DE CULTU SANCTORUM.

ET DE VENERATIONE SANCTARUM RELIQUIARUM AC IMAGINUM, JUXTA CHRONOLOGICAM SS. PATRUM ECCLESIÆ OCCIDENTALIS TRADITIONEM CONCINNATUS.

—

MONITUM.

Cum nostris temporibus non desunt Ecclesiæ catholicæ hostes, hæretici scilicet et pseudophilosophi, qui, proh pudor! Vigilantium et alios errorum veterum fautores indigne sequentes, nunc etiam honores ad Sanctorum exercitum delatos verbis et contempta polluere satagunt; hæc universæ et constantis traditionis nostræ series, quam hic oculis subjicimus, abundanter demonstrabit et invictissime stabilire potest fidei catholicæ perseverantem doctrinam de invocatione et cultu sanctorum, necnon de veneratione sanctarum Reliquiarum et Imaginum. A primis enim Ecclesiæ sæculis ad nostram ætatem eadem fuit, in hac materia, credenti ratio; eadem venerationis et honorum consuetudo, vel iidem ritus erga religionis heroas; ita ut, quos gloria æterna consociat in cœlis, festivitatum et laudum annua iteratio concelebret in terris. Inspice, benigne lector, et vocem, non tantum fidei catholicæ, verum etiam sanæ rationis et conscientiæ ausculta, ac pro certissimo habebis nullum superesse effugium, quo se quarumcunque hæreseon sectatores tueantur. Indicem hunc in tres dividimus partes, in quarum prima de invocatione et cultu sanctorum; in secunda de cultu et veneratione sanctarum Reliquiarum; in tertia de veneratione Imaginum disserimus.

PARS PRIMA. — *De invocatione et cultu sanctorum.*

SECTIO I. — *Testimonia de cultu et invocatione sanctorum.*

TERTULLIANUS. — In libro de Spectaculis, I, 646. — In libro de Pudicitia, II, 991, 992.

SS. CYPRIANUS. — Sancti de nostra salute sunt solliciti, IV, 96. — Rogat Cornelium ut pro se invicem orent, et uter prior divina dignatione præcesserit, pro fratribus apud Deum precetur, *ibid.* Orat virgines, ut pro se precentur cum coronari cœperint, 99.

S. HILARIUS PICTAV. — Sancti nobis consulunt, IX, 682. — Sanctorum meritis quando juvandi sumus, quando non juvandi, 1061, 1062.

LIBERIUS PAPA. — Orationibus sanctorum sublevari rogat, X, 687.

S. AMBROSIUS MEDIOLAN. — Habes sanctos proximos, qui pro te supplicant, XVI, 250. — Obsecrandi sunt angeli et martyres, qui possunt pro peccatis rogare nostris, 251. — Ama propinquitatem Petri, affinitatem Andreæ, ut pro te rogent, et recedant cupiditates tuæ, *ibid.* — Quamvis sancti de suo merito securi sint, tamen quia futura est adhuc redemptio totius corporis Ecclesiæ, compatiuntur, 1079. — Dogma de invocatione sanctorum Ambrosio visum est orthodoxum, 253, 234. — Qui ministrant sanctis, debitores sibi faciunt sanctos, XVII, 159. — 8. Mariæ suffragia, apostolorum intercessionem, martyrum preces, confessorum orationes deposcit, 762.

S. HIERONYMUS. — Orationes sanctorum nobis prosunt, XXII, 344, 345.

S. AUGUSTINUS HIPPON. — Sancti honorandi et non colendi, XXXVIII, 1249. — Sanctorum angelorum in nos dilectio est ea, ut nos non sui, sed unius veri Dei velint esse cultores, XLI, 284. — Quanto dignius honorentur martyres, qui ideo multa mira obtinent, ut verus Deus colatur, 772. — Cultus propagatio ad sanctorum merita et celebritatem cognoscendam quantum conferat, 149. — Sanctorum orationibus adjuvamur, XLII, 602. — Sanctorum cultus tenendus, *ibid.*

S. PROSPER AQUITAN. — A Deo sanctorum honor, et ipse eos exaltat, LI, 423.

S. PETRUS CHRYSOL. — Sancti martyres morbos sanant peccatorum, LII, 308. — Festa sanctorum celebrentur oratione ferventi et imitatione, 567. — Sancti mortui assistant suo gregi, 554. — Virtutes sanctorum in festis eorum sobrie referendæ, 533.

S. NICETAS. — Omnes sancti antiquitus non obtinebant post mortem sanctitatis cultum, exceptis martyrii gloria coronatis, LII, 1069. — Quænam fuerit antiquitus ratio colendi sanctos, 1076. — Sanctorum merita et orationes pro nobis a S. Niceta asseruntur, et sanctorum idem S. Niceta invocationem docet, 1083.

S. SALVIANUS. — Sancti honorandi sunt et colendi, LIII, 192. — Sanctis cum suis Deus communem sibi honorem et contumeliam facit, 185. — Sancti nimis honorificati a Deo, 192.

S. LEO MAGNUS. — Martyres præ cæteris venerantur

in ecclesiis, quas documentis erexerunt, LIV, 501. — Sanctorum intercessio utilis est; eorum ambienda sunt suffragia, 252, 253. — In sanctis Deus constituit nobis præsidium et exemplum, 457. — In sanctis Deus honoratur, 383.

S. Maximus Taurin. — Sanctorum preces plus valent quam arma hominum, LVII, 466. — Qui honorat sanctos Deum honorat, et qui spernit sanctos Deum spernit, 674, 675. — Præcipuo honore martyres colendi sunt, 674. — Memoriæ martyrum in Ecclesia sunt celebrandæ, *ibid.*

S. Gregorius Turon. — Mentionem agit de adoratione, vel potius veneratione sanctorum confessorum et martyrum, LXXI, 562. — Sanctorum virtus, patrocinia, encomia, passio lecta in ecclesiis, 781, 799. — Sancti debent invocari, 800. — Eorum intercessio potens, 991, 992 *et seqq.*

Liturgia Gallicana. — Sanctorum festa antiquitus in Gallia recepta, LXXII, 169-171.

S. Paulinus Nolan. — Festi dies in honorem sanctorum antiquitus instituti, LXI, 577, 578. — Sancti sunt invocandi ut pro nobis orent, 462-464, 687 *et seq.* — Eos pro peccatoribus exorare variis exemplis ostenditur, 643, 644. — Illos qualiter S. Paulinus coluerit, 534, 535.

Eugyppius abb. — Sancti, ut quisque salvus sit, orent, LXII, 798, 799. — Sanctorum suffragium implorandum, *ibid.*

S. Gregorius Magnus. — Utrum sancti cuncta quæ postulant impetrent, LXXVII, 511, 512. — Orationes sanctorum nunquam sine fructu, 102. — Sancti quærantur intercessores, 391, 392.

Vitæ Patrum. — Sancti semper magni habiti, LXXIV, 61. — Sanctis se commendare antiquorum Patrum mos erat, 244, 539

Liturgia Mozarabica. — Festivitates sanctorum ante annum 170 æræ christianæ celebrabantur, LXXV, 611. — Ævo etiam apostolico, *ibid.*

Crisconius Afric. — Decreta de martyrum commemoratione, LXXXVIII, 887. — Eorum memoriæ non contemnendæ, 899. — Eorum passiones in eorum natalibus lectæ, *ibid.*

Ven. Beda. — Martyres beatos facit Deus, ut pro nobis interveniant, XCIV, 557.

S. Agobardus. — Martyres diligendi sunt et venerandi tanquam discipuli Domini, CIV, 214 — Sancti Dei multa præstare possunt, 153. — Ob hoc exauditi a Deo sunt in precibus suis, 161. — Sancti honorandi sunt propter imitationem, non autem adorandi propter religionem, 220.

Rabanus Maurus. — Sancti Patres orationibus nos juvant et exemplis confirmant, CVIII, 1164.

S. Paschasius Radbertus. — Sancti pie venerantibus se quam plurima conferant, CXX, 1490, 1491.

Ratherius episc. — Sanctorum merita nos adjuvant, CXXXVI, 734. — Eorum invocatio in auxilium et defensionem, 235, 462, 598. — Eorum intercessio efficax, 438, 439.

S. Petrus Damian. — Martyres et sancti quid conferant locis in quibus passi sunt, CXLIV, 590, 591, 880. — Sancti advocati nostri apud Christum judicem, 815. — Sanctorum invocatio unde probatur, 865. — Sanctorum patrocinia magni facienda, 590, 591. — Bona suffragiorum et miracula B. Mariæ Virginis, CXLV, 586-588.

Hugo de S. Maria. — Beneficia sanitatum S. Sacerdotem invocantibus impensa; malevoli puniti, CLXIII, 998.

Guibertus abb. — Ecclesiæ prælatorum est, ut debile populus sanctorum cultui incumbat invigilare, CLVI, 615.

Goffridus Vindocin. — Sanctorum invocatio commendatur, CLVII, 43, 247, 273, 276.

S. Anselmus Cantuar. — Ejus orationes ad quosdam sanctos et præsertim ad B. Virginem Mariam, CLVIII, 942. — Oratio prælati ad quemcunque sanctum ecclesiæ suæ patronum, 1012. — Capellæ in honore martyrum constructæ, CLIX, 942. — Per merita martyrum pelluntur languores et perficiuntur sanitates, 534. — Misericordiam divinam invocat per meritum martyris et orationem fidelium, *ibid.*

Rupertus abb. — Sanctorum devotio nunquam irrita est, CLXX, 341.

S. Bernardus abb. — Cur martyribus Veteris Testamenti dies festos non decernat Ecclesia, CLXXXII, 231, 232 — Sancti non obliviscuntur nostri, CLXXXIII, 775. — Eis inspirat Deus ut de nobis cogitent, 780. — In cœlis quid nobis præstent sancti, 488, 489. — Nobis compatiuntur et sunt pro nobis solliciti, 374, 375. — Protegunt nos meritis, informant exemplis, confirmant miraculis, 488. — Eorum suffragia desideranda et speranda quatuor de causis, 480. — Sanctorum intercessio efficax, 518. — Etiam pro defunctis, 1098. — Sanctorum honorem et amorem non excludit debitus soli Deo honor vel amor, 233, 234. — Eorum laus exigit imitationem, 495, 496. — Sanctorum solemnitates et recordatio triplex in nobis excitant desiderium, 478.

Robertus Pullus. — S. Michael animas et preces suorum offert Deo, CLXXXVI, 881. — Omnes angeli pro hominibus Deo serviunt, 883.

Philippus de Harveng. — Sanctorum orationes et suffragia quantum prosunt, CCIII, 579. — Sancti sunt honorandi, 575.

Ermengaudus — De invocatione sanctorum, CCIV, 1267 *et seq.*

Alanus de insulis. — Sancti orant pro vivis, CCX, 374, 375. — Sanctorum orationes unde efficaciam suam habent, *ibid.* — Sanctorum orationes implorandæ, *ibid.*

Adamus Perseniæ abb. — Cultor B. Mariæ a morte liber, CCXI, 763, 764. — Invocatio ad B. Mariam Virginem, 746. — B. Maria remedium nostrum; refugium tutissimum; spes desperatorum, 739, 759. — Patrocinium B. Virginis Mariæ quam tutum, 750 — B. Virgo Maria subsidium in tribulatione, subventio in oppressione, 745.

Sectio II. — *Paræneticæ de invocatione et cultu sanctorum.*

S. Ambrosius Mediolan. — Sermones de S. Agnete, XVII, 701. — De SS. Nazario et Celso, 715. — De S. Joanne Baptista, 706. — De SS. apostolis Petro et Paulo, 712. — De S. Eusebio Vercellensi, 719. — De S. Cypriano, 722. — In nata i SS. Martyrum, 727.

S. Augustinus Hippon. — Sermones in natali martyrum Fructuosi, Angurii et Eulogii, XXXVIII, 1247. — De S. Vincentio, 1252. — De SS. Perpetua et Felicitate, 1280. — De SS. apostolis Petro et Paulo, 1367. — De S. Stephano, 1425 — De S. Cypriano, 1423. — De S. Laurentio, 2128. — In festis et in honorem B. Mariæ Virginis, 2129.

S. Leo Magnus. — Sermones de S. Vincentio, LIV, 501. — De SS. apostolis Petro et Paulo, 511, et plurimi alii de sanctis.

S. Petrus Chrysol. — Sermones de S. Magdalena, LII, 460. — De S. Joanne Baptisa, 549 — De S. Apollinari, 552. — De S. Cypriano, 555. — De S. Laurentio, 565. — De S. Andrea apostolo, 563. — De S. Stephano, 608. — De S. Felicitate, 554.

S. Maximus Taurin. — Homiliæ de S. Stephano et cæteris, LVII, 379-429. — De S. Agnete et pluribus aliis, 641-913.

Ven. Beda. — Homiliæ in honorem B. Mariæ et quorumdam sanctorum et martyrum, CXIV, 413-498.

Paulus diaconus. — Homiliæ de sanctis, XCV, 1457 1579.

S. Hildephonsus. — Sermones de B. Maria Virgin , XCVI, 239-283.

Smaragdus abb. — Collectiones in sanctos, CII, 377, 526.

B. Lupus Ferrariens. — Homiliæ in solemnitate S. Wigberti, CXIX, 695 *et seqq.*

Hincmarus. — Encomia S. Remigii, CXXV, 1129.

S. Autpertus abb. — Sermo de S. Matthia, CXXIX, 1023.

S. Radbodus Traject. — Sermones de S. Switberto, CXXXII, 548. — De S. virgine Amelberga, 550. — De S. Lebwino, 554.

Odilo monac. — Sermones de plurimis sanctis, CXLII, 1019 *et seqq.*

S. Leo Atinens. — Sermones de B. Maria, CXLII, 1425, 1427.

S. Petrus Damian. — Sermones de quibusdam sanctis, CXLIV, 517; CXLV, 1060 *et seqq.*

Radulphus Ardens. — Homiliæ in epistolas et evangelia sanctorum per annum, CLV, 1302-1621.

Goffridus Vindocin. — Sermones de B. Maria Virgine, CLVII, 262 — De S. Maria Magdalena, 270. — De S. Benedicto, 276.

S. Hildebertus Turon. — Sermones de sanctis et de B. Maria Virgine, CLXXI, 605-750. — Sermo in vitam S. Florentini, 1577.

S. Bernardus abb. — De obitu et patrocinio S. Malachiæ, CLXXXII, 579 — Sermones de B. Maria et de sanctis, CLXXXII, CLXXXIII, *passim.* — Sermones de S. Andræa, CLXXXIII, 503. — De S. Martino episc., 489. — De SS. Petro et Paulo apostolis, 406

S. Amedeus Lausan. — Serm. de B. Maria, CLXXXVIII, 1303-1342.

Odo, abb. Morismund — Sermones de quibusdam sanctis, CLXXXVIII, 1653, 1655.

Petrus Venerabilis. — Sermones de sanctis, CLXXXIX, 993.

B. Ælredus abb. — Sermones in honorem B. Mariæ Virginis, CXCV, 303, 309, 339. — De S. Joanne Baptista, 290. — De SS. Petro et Paulo apostolis, 294.

ADAMUS SCOTUS. — Sermones de sanctis, CXCVIII, 263, 299, 309.
PETRUS COMESTOR. — Sermones de S. Nicolao et de quibusdam aliis sanctis, CXCVIII, 1728. — De B. Maria Virgine, 1784.
PETRUS BLESENS. — Sermones de B. Virgine Maria et de sanctis per annum, CCVII, 592- 641.
PETRUS CELLENS. — Sermones de B. Virgine et de sanctis per annum, CCII, 869-848.
S. MARTINUS LEGION. — Sermones de quibusdam sanctis, CCVIII, 1236, 1203.
ADAMUS ABB. PERSENIÆ. — Sermones de B. Maria, CCXI, 699-733.
ALANUS DE INSULIS. — Sermones de B. Maria Virgine, CCX, 200. — De S. Joanne Baptista, 243. — De S. Petro apostolo, 244.
ABSALON ABB. — Sermones de B. Virgine, CCXI, 87, 118, 245. — De sanctis omnibus, 270. — De quibusdam sanctis, 240-260.
HELINANDUS MONAC. — Sermones de B. Maria Virgine, CCXII, 529, 646, 652.
INNOCENTIUS III. — De quibusdam sanctis et de B. Virgine, CCXVII, *passim*.

SECTIO III. — *Historia de cultu et invocatione sanctorum.*

S. CYPRIANUS. — Hortatur ad mutuas orationes in hac vita et post mortem, IV, 358. — Tractatus de revelatione capitis S. Joannis Baptistæ, 971.
S. AMBROSIUS MEDIOL. — Acta S. Sebastiani martyris, XVII, 1021.
S. HIERONYMUS. — Vitæ sanctorum, et de viris illustribus, XXIII, 9-715.
S. AUGUSTINUS HIPPON. — De conviviis in honorem martyrum fieri solitis, XXXIII, 90, 114. — De S. Marcellini et ejus fratris nece, 646. — De cæde Suffectanorum martyrum, 190, 191. — Luciani epistola ad omnem Ecclesiam de revelatione corporis S. Stephani primi martyris et aliorum, 807. — Epistola Anastasii de eodem, 817. — Scriptura de translatione S. Stephani de Jerusalem in urbem Byzantium, 818. — De miraculis Stephani protomartyris, 833.
URANIUS. — Epistola de obitu S. Paulini, LIII, 859.
S. LEO MAGNUS. — Sanctorum martyrum passiones lectæ sunt in ecclesiis, LVI, 429.
VICTOR VITENS. — Passio quorumdam SS. martyrum, LVIII, 378. — De sanctis confessoribus sub Vandalorum persecutione, 405. — Confessio Felicis abbatis et S. Fulgentii Ruspensis, 420. — Persecutio sub Humerico rege Vandalorum, 241.
GREGORIUS TURON. — Sanctorum Vitæ a S. Gregorio scriptæ, LXXI, 784 *et seqq.* — Passio S. Juliani martyris, 801.
S. PAULINUS NOLAN. — Festi dies in honorem sanctorum antiquitus instituti sunt, LXI, 572, 573.
DIONYSIUS EXIGUUS. — Historia inventionis capitis S. Joannis Baptistæ, LXVII, 417, 418.
JONAS ELNON. ABB. — Liber miraculorum S. Joannis abbatis Reomænsis, LXXXVII, 1083.
CRISCONIUS AFRICAN. — Sanctorum martyrum passiones in eorum natalibus lectæ, LXXXVIII, 899.
AGNELLUS. — Vitæ quorumdam sanctorum episcoporum, CVI, 451.
S. EULOGIUS TOLETAN. — Documentum martyriale, CXV, 819. — Appendix de translatione SS. martyrum ex urbe Cordubæ Parisios, 939.
S. LUPUS FERRARIENS. — Translatio S. Maximini episcopi Trevirensis a S. Hildulpho, CXIX, 677, 678.
VANDALBERTUS. — De translatione corporis S. Goaris, CXXI, 653. — Historia translationis reliquiarum SS. martyrum Chrysanti et Dariæ, 673.
ISO MONAC. — B. Othmari translatio, et festivitatis ejus indicta celebratio, CXXI, 783.
MILO MONAC. — Elevatio corporis S. Amandi, CXXI, 961.
S. ADO. — Martyrologium, CXXIII, 139. — Translatio S. Bernardi Viennensis episcopi. 449.
USUARDUS. — Martyrologium, CXXIV, 599.
AIMOINUS. — Historia translationis S. Vincentii, CXXVI, 1011. — De translatione SS. martyrum Georgii et ceterorum, 1027. — Acta translationis S. Saviani martyris, 1049.
ANASTASIUS BIBLIOTHEC. — Vitæ Romanorum pontificum, CXXVIII, 9 *et seqq.* — Historia acephala sanctorum martyrum Cyri et Joannis, CXXIX, 705.
PSEUDO-LUITPRANDUS. — Liber de Vitis pontificum Romanorum, CXXIX, 1149.
ANONYMUS SÆCULI IX. — Historia translationis corporis S. Cornelii papæ, CXXIX, 1571.
ODILO MONAC. — Translatio S. Sebastiani martyris et S. Gregorii papæ, CXXXII, 575.
HUCBALDUS MONAC. — S. Jonati corporis elevatio, translatio et relatio, CXXXII, 901.
FLODOARDUS. — Historia Remensis, CXXXV, 29 *et seqq.* — Vitæ quorumdam sanctorum, 855.
BERNERUS ABB. — De translatione corporis sanctæ Hunegundis virginis, CXXXVIII, 59.
S. ETHELVOLDUS. — De S. Ethelvoldi translatione et de ejus miraculis, CXXXVII, 103.
JOANNES ABB. METENS. — Historia translationis S. Clodesindis, CXXXVII, 218.
ADSO MONAC. — Vitæ quorumdam sanctorum, CXXXVII, 599. — De his quæ acta sunt B. Mansueti meritis, tempore D. Gerardi pontificis Tullensis, 638. — S. Maioli obitus et cultus, 736. — Liber miraculorum S. Juliani et S. Maximini abbatis, 796. — Delatio corporis S. Juniani, 824. — Historia passionis S. Dionysii martyris, 117.
THEODORICUS METENS. — Inventio quorumdam sanctorum, CXXXVII, 364, 365.
S. BRUNO CARTHUS. — Appendix ad gloriam posthumam S. Brunonis, CLII, 601. — Veneratio sancto beatis jam ascripto, atque ad ecclesiam S. Stephani translato, in Calabria exhibita, et ejus cultus ad universam Ecclesiam tandem extensus; festum ejus celebratum Coloniæ Agrippinæ, 611 615.
LANFRANCUS. — Vitæ SS. abbatum Beccensium, CL., 697-743.
GILBERTUS MONAC. — Historia miraculorum S. Amandi, CL, 1435.
Auctores sæculi XI. — Elevatio SS. Deodati et Hidulphi, CLI, 620 — Elevatio S. Stephani regis Hungariæ et ejus miracula, 1230.
Monumenta Treverentia. — De translatione S. Celsi, CLIV 1233. — De inventione et miraculis S. Matthiæ et aliorum, 1270, 1279.
GOSCELINUS MONAC. — Historia translationis S. Augustini Anglorum apostoli, CLV, 13
S. LEO IX, PAPA. — Hujus sancti veneratio sacra; historia ejus mortis et miraculorum, CXLIII, 509.
S. LEO ATINENS. — Translatio B. Marci martyris et pontificis, CXLIII, 1415.
OTHLO MONAC. — Vitæ SS. Volfkangi et Bonifacii, CXLVI, 389, 427.
S. JOANNES GUALBERTUS. — Ejus cultus, reliquiæ et gloria posthuma. CXLVI, 758.
PETRUS MALLEACENS. — De translatione corporis et miraculis S. Rigomeri, CXLVI, 1247.
ALEXANDER II, PAPA — De canonizatione S. Theobaldi, CXLVI, 1413.
S. GREGORIUS VII, PAPA. — De translatione corporis et cultu B. Gregorii, CXLVIII, 16. — De officio et cultu ejusdem, 233.
ODORANNUS MONAC. — De translatione SS. Saviniani et Potentiani sociorumque martyrum, CXLII, 778 *et seqq.*
S. ODILO, ABB. CLUNIAC. — Ejus elogium historicum, CXLII, 831.
HUGO DE S. MARIA. — Sepultura et translatio Sirlatum corporis sancti Sacerdotis episc; ejus miracula et beneficia, CLXIII, 990, 993.
Gesta pontificum Cameracens. — Eorum miracula, CXLIX, 59, 124. — Miracula et elevatio corporis S. Wedasti, 32, 38.
GODEFRIDUS MONAC. — De triumpho et translatione sancti Remacli, CXLIX, 287 *et seqq.*
OSBERNUS MONAC. — Miracula et translatio S. Elphegi martyris, CXLIX, 385-387.
ANASTASIUS MONAC. — De inventione corporis sancti Anastasii, CXLIX, 451.
GODEFRIDUS BULLONIUS. — Obitus beatæ Idæ, ejus matris; miracula post mortem, CLV, 446.
Gesta episcoporum Tullensium. — Sepultura et miracula SS. Mansueti, Annonis et Apri; veneratio erga S. Bodonem; ejus translatio et S. Gauzelini; S. Gerardi canonizati cultus, CLVII, 448, 451, 459, 471.
S. ANSELMUS CANTUAR. — Ejus miracula præclara et laudes, CLVIII, 120 *et seqq.*
S. NORBERTUS ARCHIEP. — Ejus cultus sancitus, CLXX, 1235.
RODULPHUS ABB. TRUDON. — Acta translationis S. Gereonis, CLXXIII, 433. — Acta translationis S. Mennatis. 992.
S. BERNARDUS CLARÆVAL. — De obitu et patrocinio S. Malachiæ, CLXXXII, 579.
WILDELMUS MALMESBUR. — Translatio S. Benigni et quorumdam sanctorum, CLXXIX, 1691, 1694, 1729.
HERBERTUS DE BOSEHAM. — Petitio ad Alexandrum papam ut B. Thomæ Cantuariensis archiep. et martyris solemnitatem omni Ecclesiæ mandet, CXC, 1111.

S. Hildegardis. — Ejus miracula, translatio, canonizatio, cultus, CXCVIII, 81. — Acta inquisitionis de virtutibus et miraculis ejus, 131. — S. Disibodi translatio per S. Bonifacium, 1110.

Petrus cardin. — Revelatio de inventione S. pontificis Evurti, CCIX, 1032.

Odo de Soliaco. — Relatio insignis miraculi meritis B. Genovefæ patrati super inundatione Sequanæ, CCXII, 93.

Helinandus monac. — Ecclesia in S. Gereonis et sociorum ejus honorem constructa, miraculisque illustrata, CCXII, 760.

Sectio IV. — *Encomiastica sermone metrica in venerationem et cultum sanctorum.*

S. Damasus. — Versus de quibusdam sanctis, XIII, 207 *et seqq.*

S. Gaudentius. — Carmen Saphicum ad laudem S. Philastrii, XX, 1003.

Prudentius. — Carmina et hymni de sanctis, LX, 277-599.

S. Paulinus Nolan. — Carmina de quibusdam sanctis, ac præsertim de S. Felice, LXI, 462, 675.

Paulinus Petricordiens. — De vita S. Martini, LXI, 1009, 1072.

Ennodius episc. — Hymni de quibusdam sanctis, LXII, 337.

Elpis, uxor Boetii. — Hymni in honorem sanctorum Petri et Pauli, LXIII, 537.

Marcus Cassinens. — Carmen de S. Benedicto, LXX, 183.

Hartmannus. — Versus in honorem S. Galli et aliorum quorumdam sanctorum, LXXXVII, 29-69.

S. Eugenius Toletan. — Versus in laudem quorumdam sanctorum, LXXXVII, 361, 402.

Venantius Fortunatus. — Versus in honorem S. Stephani et plurimorum aliorum sanctorum, LXXXVIII, 677-725.

Ven. Beda. — Carmina in honorem quorumdam sanctorum, XCIV, 623-632.

S. Ildephonsus. — Carmina in laudem quorumdam sanctorum, XCVI, 325, 328.

Theodulphus Aurelian. — Versus in honorem quorumdam sanctorum, CV, 307, 309.

Walafridus abb. — Carmen de S. Michaele, CXIV, 1130. — Hymnus de Agaunensibus martyribus, 1085.

Florus diaconus. — Carmina ad S. Stephanum protomartyrem, CXIX, 237. — Ad SS. Joannem et Paulum, 256.

S. Lupus Ferrariens. — Hymni duo in laudem S. Wigberti, CXIX, 697, 698.

Paulus Alvarus. — Versus heroici in honorem B. Hieronymi, CXXI, 563.

Milo monac. — Historia metrica elevationis corporis S. Amandi, CXXI, 973.

Bertarius abb. — Carmen de S. Benedicto, CXXVI, 971.

Hucbaldus monac. — Hymnus de S. Theodorico, CXXXII, 926.

S. Odo, abb. Cluniac. — Hymni de quibusdam sanctis, CXXXIII, 514.

S. Ethelvoldus. — Hymnus in honorem S. Adevoldi, CXXXVII, 104, 105.

Hrostsuitha monialis. — Vita metrica quarumdam sanctarum, CXXXVII, 1083 *et seqq.*

Heribertus episc. — Hymni de quibusdam sanctis, CXLI, 1371.

S. Odilo abb. — Hymni in honorem B. Maioli, CXLII, 962.

S. Petrus Damian. — Hymni in honorem B. Mariæ Virginis, CXLV, 1035.

S. Hildebertus Turon. — Versus de quibusdam sanctis, CLXXI, 1288, 1294, 1321. — Vita metrica quorumdam sanctorum, 1603, 1635.

Petrus Ven. — Hymni in laudem quorumdam sanctorum, CLXXXIX, 1019, 1020.

S. Thomas Cantuar. — Hymnus de S. Thoma, CXC, 369.

Sectio V. — *Liturgica de cultu et invocatione sanctorum.*

S. Cyprianus. — Oratio in die passionis ejus, IV, 966.

S. Zeno episc. — Cultus S. Zenoniis, XI, 174 *et seqq.*

S. Nicetas episc. — Soli sancti martyres antiquitus in ecclesia colebantur, festo die indicto, cum peculiari officio et missa, paucis tantum, decursu temporis, celebrioribus inductis confessoribus, LII, 1077.

S. Benedictus abb. — In festivitatibus sanctorum, vigiliæ celebrandæ sunt, LXVI, 696. — In sanctorum festis cibi cultiores, 311. — Martyrum passiones ad nocturnas vigilias lectæ sunt, 432.

Liturgia Gallicana. — Festa sanctorum antiquitus in Gallia recepta, LXXII, 102-104. — Collectæ, officia, missæ in honorem sanctorum; litaniæ Anglicanæ, 1172, 626.

S. Gregorius Magnus. — Die 22 Junii festum natale SS. martyrum, quorum vigilia cum silentio et jejunio celebrandæ, LXXVIII, 394. — Sacramentarium S. Gregorii, 9 *et seqq.* — Missæ de sanctis quam plurimis, collectæ, officia, 32-250.

Liturgia Mozarabica. — In festivitatibus sanctorum sacrificium solemniter fiebat, et populus communicabat, LXXXV, 611. — Missæ et officia sanctorum in liturgia Mozarabica, 9, *passim.* — Festa, hymni, orationes in honorem sanctorum in Breviario Gothico, LXXXVI, *passim.*

B. Notkerus. — Litaniæ, hymni ad laudem S. Galli et aliorum sanctorum, LXXXVII, 29, 69.

Crisconius African. — Decreta de martyrum commemoratione, LXXXVIII, 887. — Eorum natalitia ne celebrentur in Quadragesima, 899.

Ven. Beda. — Martyrologium, XCIV, 797.

S. Gregorius Turon. — Antiphonæ in matutinis, de SS. Medardo et Gildardo, LXXI, 1043.

S. Benedictus Anian. — Sanctorum acta in ecclesia legenda, CIII, 897, 898.

Carolus Magnus. — B. Caroli officium, XCVIII, 1368, 1369.

Amalarius. — De officiis ecclesiasticis; de natalitiis sanctorum et de octavis eorum, CV, 1228. — De vigiliis sanctorum, 1306, 1307. — Antiphonæ de B. Maria Virgine, 1314.

Rabanus Maurus. — Martyrologium, XC, 1122-1182.

Wandalbertus. — Martyrologium, CXXI, 575.

Grimaldus abb. — Liber sacramentorum, CXXI, 795. — Benedictiones episcopales per anni circulum, 857. — Præfationes de multis sanctis, 906-918.

Ado. — Martyrologium, CXXIII, 139. — Vetus Romanorum martyrologium, 143. — Libellus de festivitatibus SS. Apostolorum, 181.

Monumenta liturgica. Kalendaria, martyrologia antiqua, CXXXVIII, 1186.

S. Udalricus Augustodun. — Officium in ejus festo, CXXXV, 105.

Hermannus Metens. — De celebratione festivitatum sanctorum, CL, 1189.

S. Bruno Carthus. — Ejus festum celebratum Coloniæ Agrippinæ, CLII, 1189.

Drogo Bellovac. — Litaniæ veteres ecclesiæ Bellovacensis, CXLIII, 865.

S. Petrus Damian. — Hymni in honorem sanctorum et martyrum, CXLV, 933-961.

S. Odilo abb. — Hymnus et missa S. Odilonis, CXLII, 1042, 1043.

S. Rupertus. — De divinis officiis, CLXX, 220.

S. Norbertus. — Ejus cultus sancitus, LXX, 1235.

Monumenta liturgica. — Officium B. Mariæ Virginis secundum consuetudinem monasterii S. Crucis Fontis Avellanæ, CLI, 807, 970.

Honorius Augustodun. — De cursu B. Mariæ Virginis officia, CLXXII, 849, 850. — De officiis quorumdam sanctorum, 646, 688, 690. — Sacramentarium in festis B. Mariæ et quorumdam sanctorum, 769, 800. — Speculum Ecclesiæ de festis sanctorum quam plurimorum, 965, 1037.

S. Bernardus Claræval. — Officium de S. Victore confessore, CLXXXIII, 775.

Joan. Belethus. — Rationale divinorum officiorum; officia de sanctis per annum, et de B. Maria Virgine, CCII, 77, 87, 88.

Udalricus Cluniac. — Consuetudines monasterii Cluniacensis, de officiis et festis sanctorum per annum, 679, 695.

Sectio VI. — *Ascetica de cultu et invocatione sanctorum.*

S. Cyprianus. — Ejus vita et gloriosa passio, IV, 73-180.

S. Hilarius Pictaviens. — Ejus vita, IX, 125.

S. Ambrosius Mediol. — Ejus vita, XIV, 27.

S. Hieronymus. — Ejus vita, XXII, 7.

S. Augustinus Hippon. — Ejus vita, XXXII, 33. — Altera vita, 65.

S. Leo Magnus. — Ejus vita, LIV, 49.

Victor Vitens. — Passio S. Juliæ virginis et martyris, LVIII, 378. — Passio S. Eugenii Carthag. episc., 404.

Ennodius. — Vita S. Epiphanii episc., LXIII, 207. — Vita B. Antonii monachi Lirinensis, 239.

S. Benedictus Casinens. — Sermo in mortem S. Placidi, LXVI, 936. — Sermo in S. Scholasticam, 941.

S. Gregorius Turon. — Vitæ sanctorum a S. Gregorio scriptæ, LXXI, 903. — Vita S. Gregorii Turon., 115 *et seqq.*

Vitæ SS. Patrum, cum Appendice, LXXIV, 9, 244.

PAULINUS PETRICORDIENS. — De vita S. Martini Turon., LXI, 1009.
S. GREGORIUS MAGNUS. — Ejus vita, LXXV, 9. — Moralium libri, LXXVI, 9 *et seqq.*
PAULUS EMERITANUS. — Vita Patrum Emeritensium, LXXX, 115.
VENERAB. BEDA. — Ejus vita duplex, XC, 53, 59, 123. — Vita B. Felicis, 789. — Martyrologia, 797-1147.
S. HILDEFONSUS. — Ejus vita, XCVI, 41. — De viris illustribus, 195.
CONSTANS SACERDOS. — Tractatus de passione S. Emmerammi martyris, XCVI, 1367.
HILDUINUS. — Vita S. Dionysii episc. et martyris, CVI, 13, 23-50.
AGNELLUS. — Vitæ quorumdam SS. episcoporum, CVI, 475.
S. ISIDORUS HISPAL. — Ejus vita, LXXXII, 19 56. — De viris illustribus, LXXXIII, 1081.
S. VICTRICIUS ROTHOMAG. — Liber de laude sanctorum, XX, 443.
S. EULOGIUS TOLET. — Memorialis sanctorum, CXV, 731. — Documentum martyriale, 819. — De miraculis SS. martyrum, 947.
WALAFRIDUS ABB. — De miraculis S. Galli, CXIV, 1006. — Historia metrica de S. Leodegarii miraculis, 1143.
RABANUS MAURUS. — Martyrologium, CX, 1122-1186.
S. ADO. — Martyrologium, CXXIII, 139.
USUARDUS. — Martyrologium, CXXIII, 599; CXXIV, 9-860.
ANASTASIUS BIBLIOTHEC. — Vitæ Romanorum pontificum, CXXVIII, 9.
HEBERNUS TURON. — Miracula S. Martini Turon., CXXIX, 1035.
B. NOTKERUS. — Martyrologium, CXXXI, 1029.
FLODOARDUS. — Historia Ecclesiæ Remensis, CXXXV, 27-528.
THEODORICUS METENS. — Inventio sanctorum, CXXXVII, 364, 369.
S. DUNSTANUS CANTUAR. — Liber miraculorum ejus, CXXXVII, 453-473.
ADSO MONAC. — Vitæ quorumdam sanctorum, CXXXVII, 599. — De his quæ acta sunt B. Mansueti meritis, tempore S. Gerardi episc., 638. — Catalogus virtutum S. Basoli, 652.
HROSTWITHA MONIAL. — Vita metrica quorumdam sanctorum, CXXXVII, 1083. — Historia de conversione desperati adolescentis servi Proterii per S. Basilium, 1109.
S. BRUNO CARTHUS. — Ejus vita, obitus, gloria posthuma, CLII, 449.
GOSCELINUS CANTUAR — Elogium historicum S. Laurentii Cantuariensis episcopi, CLV, 115.
BERNARDUS SCHOLASTIC. — De miraculis S. Fidis, CXLI, 131-162.
ARNOLDUS MONAC. — De miraculis et memoria B. Emmerammi, CXLI, 989.
S. GODEHARDUS. — Ejus miracula, CXLI, 1165.
S. BRUNO HERBIPOLENS. — Ejus vita, CXLII, 9.
S. ODILO ABB. — Ejus vita, CXLII, 899. — Miracula B. Adalheidæ imperatricis, 983.
S. LEO IX, PAPA. — Ejus vita, CXLIII, 458. — Historia mortis et miraculorum S. Leonis, 525.
BERNO ABB. — Vita S. Meginradi eremitæ et martyris, CXLII, 1175. — Vita S. Udalrici Augustani episc., 1183.
S. PETRUS DAMIAN. — Sanctorum apparitio pulcherrima Romæ in ecclesia S. Cæciliæ, CXLV, 587.
S. JOAN GUALBERTUS. — Ejus vita, cultus et gloria posthuma, CXLVI, 758.
Gesta pontificum Cameracensium. — Miracula S. Wedasti, CXLIX, 38. — Miracula horumce pontificum, 39-124.
HUGO FARSITUS. — Libellus de miraculis B. Mariæ Virginis in urbe Suessionensi, CLXIX, 1777.
JOANNES MONAC. — Miraculum S. Laurentii martyris, CLXXX, 177.
PIBO TULLENS. EPISC — Episcoporum Tullensium gesta, vita, cultus et miracula, CLVII, 447.
S. ANSELMUS CANTUAR. — Ejus vita et miracula, CLVIII, 49.
S. RUPERTUS TUITIENS. — Ejus vita, CLXVII, 9.
S. NORBERTUS ARCHIEPISC. — Ejus vita, encomium, cultus, triplex apparitio, CLXX, 1253-1356.
S. HILDEBERTUS TURON — Ejus vita, CLXXI, 141. — Miracula quæ Deus per intercessionem sanctæ Radegundis patravit, 982. — Miracula S. Gualterii, 1569.
S. BERNARDUS ABB. — Ejus vita a diversis scriptoribus, CLXXXII, 9-66; CLXXXV, 225, 469, 523. — Ejus canonizatio, 619. — Ejus acta, 643. — Ejus gloria posthuma, 943. — Vita S. Malachiæ, 1663.
S. AMEDEUS LAUSANIENS. — Ejus vita, CLXXXVIII, 1277.
PETRUS VENERAB. — Ejus vita et hymni, CLXXXIX, 17, 1017, 1019.
S. THOMAS CANTUAR. — Ejus vita et gloriosa passio, CXC, 111. — Ejus hymnus, 370.
S. ÆLREDUS ABB. — Ejus vita et miracula, CXCV, 198, 200. — Vita et miracula B. Edwardi regis Angliæ, 740-786.
S. HILDEGARDIS MONIAL. — Ejus vita, miracula, canonizatio, CXCVII, 9-140.
PHILIPPUS DE HARVENG. — Miracula S. Amandi, CCIII, 1277. — Vitæ quorumdam sanctorum, 1303.
S. MARTINUS LEGION. — Ejus vita, miracula ante et post mortem, CCVIII, 593.
S. STEPHANUS DE MURETO. — Ejus vita et miracula, CCIV, 1029.
THOMAS MONAC. — Vita venerabilis Petri Clarævallensis abbatis, CCIX, 1009.

PARS II. — *De veneratione et cultu SS. Reliquiarum.*

SECTIO I. — *Testimonia de SS. Reliquiis.*

S. OPTATUS MILEVITANUS — Quid de Reliquiarum cultu sit traditum a S. Optato, XI, 769 *et seqq.*
S. HIERONYMUS. — Liber contra Vigilantium, XXIII, 339. — Dæmones non sustinent Reliquias martyrum, 343.
S. AUGUSTINUS HIPPON. — Quæ sit ratio sanctorum corpora sepeliendi, XLI, 27. — De revelatione corporis S. martyris Stephani et de ejus miraculis, 807-833. — Sanctorum tumuli et memoriæ; ad eas communicatio Dominici corporis celebrari solita est, XXXVI, 719. — Memoriam S. Stephani exstructum mirum videtur ante inventum ejus corpus; Mediolani apud memoriam sanctorum dæmones mirabiliter et terribiliter confitentur, XXXIII, 269. — Memoria martyris pro reliquiis aut pro reliquiarum capsa ponitur, XLI, 768. — Reliquiis sanctorum divinitus honor conciliatur, XXXVII, 1255. — Reliquiæ S. Stephani martyris in Africam translatæ, ac ubique ex Dei beneficio diffamatæ, 1435.
CASSIANUS. — Sanctorum Reliquias debemus venerari, XLIX, 646.
S. MAXIMUS TAURIN. — Honor et cultus sanctis Reliquiis præstandi, LVII, 707. — Memoriæ SS. Patrum in religiosis Christianorum conventibus celebrabantur; virtutes eorum in mentem revocabantur, 415. — Martyrum memoriæ in Ecclesia sunt celebrandæ, 690. — Reliquiæ sanctorum martyrum ex institutione Ecclesiæ in altaribus collocantur, 689.
GENNADIUS. — Reliquiæ martyrum sincerissime honorandæ sunt, non adorandæ, LVIII, 997, 1041.
S. GREGORIUS TURON. — Mentionem facit sepulcri S. Martini Turonensis, LXXI, 564. — Narrat de basilica et reliquiis S. Ferreoli martyris Viennensis, 803. — De ejus inventione et relevatione, 819. — Martyrum sepulcra honorantur, 720. — Reliquiæ sacrosanctæ sunt; virtutem habent; cavendum est ne ad indignos veniant pretio comparatæ, 819, 820. — Velo tectæ super altare depositæ sunt, 823. — In altari locatæ, in crypta et sub altari, 734, 758, 759, 780, 823.
Liturgia Gallicana. — Reliquiæ sanctorum in collo non sunt deferendæ, LXXII, 211. — Ad dedicationem ecclesiarum adhibitæ sunt, 138. — Altari impositæ, 158, 159. — Columbis inclusæ, 163, 164.
S. PAULINUS NOLAN. — Martyrum terra corporibus, ut cœlum stellis, ornatur, LXI, 303. — Eorum tumulos in solemnitatibus illorum ornandi ritus varii, 909, 910. — Reliquiæ sanctorum per orbem diffusæ, 910. — Ad dedicandam novam ecclesiam Reliquiæ sunt necessariæ, 331, 877. — Reliquiæ sanctorum a Deo distinctæ, pro custodia provinciarum et civitatum, 509, 510. — Propugnacula et turres regnorum Reliquiæ sunt sanctorum, 531, 532. — Sancti non tantum miracula patrant, ubi integra eorum corpora habentur, sed etiam ubi vel minima corporis particula asservatur, 657, 658, 102, 103. — Præcipua in homines beneficia, ubi corpora sanctorum quieseunt, 670, 671.
S. GREGORIUS MAGNUS. — Antiquum Ecclesiæ institutum basilicas Reliquiarum sanctarum illatione et appositione dedicare, LXXVIII, 159, 422. — Reliquias sanctorum decenter conservari curabat S. Gregorius, LXXVII, 516. — SS. martyres plura ostendunt miracula per reliquias suas quam per corpora sua, 835. — Super sepulcra et Reliquias martyrum et confessorum altaria olim erigebantur, 834. — Sexto ineunte sæculo, ubi erant Reliquiæ sanctorum, ibi officia divina persolvebantur, 687. — Reliquiæ sanctorum sanctuaria appellantur, 1141, 1226.

Liturgia Mozarabica. — Reliquiæ martyrum in Ecclesia catholica venerantur, LXXXV, 711.

S. Benedictus Anian. — Monita adversus eos qui martyrum falsorum membra vendunt et adorare suadent, CIII, 747, 748. — Monita contra Reliquias falsas colentes, *ibid.* — Martyrum reliquias vendere prohibitum est, *ibid.*

S. Agobardus Lugdun. — Sanctorum memorias ambitiose honorare ad captandam gloriam popularem, reprehensibile est, CIV, 203.

Rabanus Maurus. — Reliquiarum sanctarum monumentorumque Fuldentium descriptiones, CXII, 1677. — Reliquiæ quorumdam sanctorum, CVII, 50.

Regino Prumiens — Reliquiæ sanctorum in altari reconditæ sunt, CXXXII, 419.

Guibertus, abb. — Doctrina de pignoribus sanctorum, CLVI, 607. — De sanctis et eorum pignoribus, 611. — Pessime agunt qui Reliquias dispertiunt venundandas, 624, 625. — Qui Reliquias sanctorum e tumulis eruunt et dispertiunt, plectendi sunt, 627. — Sanctorum corpora non loculis aureis vel argenteis sint inferenda, 626.

Hermannus monac. — Reliquiæ sanctorum honori sunt Christianis, CLVI, 960, 961. — Reliquiæ sanctorum ut publice venerentur a populo, probari debent ab episcopis, quin etiam a Summo Pontifice, 1022. — Thecis seu capsis auro, argento et lapillius ornatis recondebant Reliquias viri pii, 1039. — Quanta cum reverentia Reliquiæ sunt asservandæ, 1040. — Reliquiarum loco lintea, seu brandea olim mittebantur, 1041. — Qui sanctorum corpora inspicere vel tangere aggressi sunt, puniantur, 1042. — Id olim Romæ non permittebatur, 1041.

Theofridus abb. — De mausoleis sanctorum, et quare omnis lapis pretiosus et aurum sit eorum operimentum, CLVII, 337. — Quod tanto cineri non comparetur materiale aurum, 341. — Quod jus sanctæ animæ sanctitatis suæ affluentiam transfundat in omnia pulveris sui ornamenta et operimenta, 345. — Virgæ, baculi, vestes sanctorum efficaciam habent; de liquoribus aquæ, et vini, et olei, et tumba Nicolai, 378, 379. — Nihil in mundo pretiosius omnibus SS. Petri, et Andreæ, et Pauli catenis, 396. — De lapidibus S. Stephani protomartyris et craticula S. Laurentii, 397.

S. Bernardus, abb. — Reliquiæ sanctorum collocantur sub altari, CLXXXII, 1116, 1117. — Reliquiarum revelatio in concilio Senoniensi facta, 541.

Petrus Venerab. — Sermo in veneratione quarumlibet Reliquiarum, CLXXXIX, 998.

Philippus de Harveng. — Reliquiæ sanctorum valent mortalibus, CCIII, 1286. — Sanctorum Reliquiæ honorandæ sunt, 1285.

Sectio II. — *Historica de cultu et veneratione SS. Reliquiarum.*

S. Cyprianus. — De revelatione capitis S. Joannis Baptistæ, IV, 931.

S. Ambrosius Mediolan. — Sermo de inventione corporum SS. martyrum Gervasii et Protasii, XVII, 729 *et seqq.*

S. Augustinus. — Reliquiæ S. Stephani in Africam translatæ, et ubique ob Dei beneficia diffamatæ, XXXVIII, 1435, 1437. — De inventione et translatione S. Stephani protomartyris et aliorum, XLI, 807, 808.

S. Gregorius Turon. — Narrat mirabilia sepulcri S. Martini, LXXI, 564. — De inventione et revelatione corporis S. Ferreoli, Viennæ, 802, 803.

S. Paulinus Nolan. — Sanctorum tumulos in solemnitatibus eorum ornandi ritus varii, LXI, 910.

S. Gregorius Magnus. — Reliquias sanctorum decenter conservari curabat S. Gregorius, LXXVII, 516.

S. Eligius. — Mirabilia de sepulcro ejus, LXXXVII, 566, 570.

Beda Venerab. — Reliquiæ a S. Gregorio papa missæ ad S. Augustinum in Anglia, XCV, 315.

B. Alcuinus abb. — Epistola ad S. Paulinum patriarcham; S. Crucis Reliquias et alias sibi mitti petit, C, 202.

Carolus Magnus. — De ejus translatione et miraculis, XCIX, 724.

S. Eulogius Toletan. — Translatio corporis S. Eulogii, CXV, 722. — De translatione SS. martyrum ex urbe Cordubæ, et de miraculis SS. martyrum, CXV, 347, 939.

Wandalbertus, monac. — De translatione corporis S. Goaris, CXXI, 655. — Historia translationis Reliquiarum SS martyrum Chrysanti et Dariæ, 673.

Iso, monac. — Translatio B. Othmari et festivitatis ejus indicta celebratio, CXXI, 783.

Milo, Monac. — Elevatio corporis S. Amandi, historia metrica, CXXI, 964. — Sermo de elevatione corporis ipsius, 977.

Adrevaldus, monac. — Historia translationis S. Benedicti, CXXIV, 901.

S. Ado Viennens. — Translatio, seu elevatio S. Bernardi episcopi Viennensis, CXXIII, 449.

Aimoinus, monac. — Historia translationis S. Vincentii, CXXVI, 1011. — De translatione SS. martyrum Georgii monachi, Aurelii et Nathaliæ, 1027. — Acta translationis S. Savini martyris, 1049.

Anonymus sæculi ix. — Historia translationis corporis S. Cornelii papæ, CXXIX, 1372.

Odilo. monac. — De translatione Reliquiarum S. Sebastiani martyris, et S. Gregorii papæ, CXXXII, 576.

Stephanus Leodiens. — S. Lamberti translatio et sepultura prodigiis clara, CXXXII, 654.

Hucbaldus monac. — S. Jonati corporis elevatio, translatio et relatio, CXXXII, 901.

Bernerus abb. — De translatione corporis S. Hunegundis et de ejus miraculis, CXXXVII, 59, 67, 71.

Ethelvoldus, episc. — Ejus corporis translatio et miracula, CXXXVII, 103.

Joannes Metensis. — Historia translationis S. Glodesindis, CXXXVII, 218.

Adso Dervensis. — Libellus de translatione et miraculis S. Basoli confessoris, CXXXVII, 659. — Corpus S. Waldeberti præsidium maxime contra paganos, 695. — Reliquiæ in rerum invaso res delatæ, 695.

S. Maiolus, abb.— Ejus Reliquiæ et miracula, CXXXVII, 736, 737.

S. Julianus Cenoman. — Ejus sepultura et miracula, CXXXVII, 795. — Delatio corporis S. Juniani in synodum Karrofensem, 823.

Hermannus Metensis. — De translatione S. Clementis episcopi, CL, 1181.

Gillebertus, monac. — Historia miraculorum S. Amandi, CL, 1435.

Auctores sæculi xi. — S. Hidulphi sepultura et miracula, CLI, 601, 604. — Elevatio SS. Deodati et Hidulphi, 620.

S. Stephanus Hungariæ rex. — Elevatio ejus corporis et ejus miracula, CLI, 1230.

S. Bruno Carthus. — Ejus sepultura et miracula, CLII, 449. — Ejus sepultura et miracula, CLII, 449. — Ejus translatio ad ecclesiam S. Stephani, 601.

Appendix monumentorum Trevirensium. — De translatione S. Celsi, CLIV, 1283. — De inventione et miraculis S. Matthiæ, 1279.

Goscelinus, monac. — Historia translationis S. Augustini Anglorum apostoli, CLV, 13.

S. Leo ix papa. — Historia mortis et miraculorum ejus, CXLIII, 525. — Diploma S. Leonis de corpore S. Dionysii, 791.

Bovo abb. — De elevatione corporis S. Bertini, CXLIII, 1369.

S. Leo Atinens. — Translatio corporis B. Marci martyris, CXLIII, 1415.

S. Arialdus. — Ejus corporis, per decem menses incorrupti, deportatio Mediolanum, CXLIII, 1478.

Othlonus, monac. — Fragmentum relationis de translatione S. Dionysii e Francia in Germaniam, CXLVI, 387.

S. Joan. Gualbertus. —Ejus Reliquiæ et miracula post mortem, CXLVI, 807.

Petrus Malleacens. — De translatione corporis S. Rigomeri, CXLIV, 1247,

Odoramnus monac.— Historia translationis SS. Saviani, Patentiani et sociorum, CXLII, 777.

S. Gregorius VII papa. — De translatione corporis ejusdem sancti pontificis, CXLVIII, 16.

Hugo de S. Maria. — Sepultura et translatio Sarlatum corporis S. Sacerdotis episcopi Lemovicensis et ejus miracula, CLXIII, 993.

Gesta pontificum Cameracensium.— De elevatione sancti Wedasti, CXLIX, 38.

Godefridus Bullonius. — Corpus B. Idæ incorruptum, et miracula patrata post ejusdem sanctæ mortem, CLV, 446.

Osbernus monac. — Historia de miraculis S. Mariæ Laudunensis et de gestis venerabilis Bartholomæi episcopi, et S. Nortberti, CLVI, 861. — De tribus miraculis in urbe Carnotensi factis par sanctam Mariam. 971.

Anastasius monac. — De inventione corporis ejus, CXLIX, 431.

Willelmus Malmesbur. — Translatio Reliquiarum S. Patricii et quorumdam aliorum sanctorum, CLXXIX, 1690-1692. — De Reliquiis usque Glastoniam translatis, 1693. — De diversis Reliquiis Glastoniæ repositis, 1694. — Translatio Reliquiarum S. Dunstani a Cantuaria ad Glastoniam, 1694-1697.— Translatio S. Benigni, 1729.

Joannes monac.— De miraculis ad sepulcrum Eugenii III, papæ, patratis, CLXXX, 1010.

THEOFRIDUS ABB. — De translatione S. Willibrordi, CLXII, 411.

Gesta episcoporum Tullensium.—Sepultura, Reliquiæ, miracula S. Amonis, CLVII, 448.— Translatio et veneratio S. Bodonis, 455.—Translatio et cultus S. Gauzelini, 459. Translatio et cultus S. Gerardi, 471.

RUPERTUS TUITIENS. — De miraculis ad monumentum S. Heriberti, archiepiscopi Coloniensis, CLXX, 421.— De revelatione corporis B. Jacobi apostoli, fratris S. Joannis Evangelistæ, 892.

RODULPHUS abb.— Acta translationis S Gereonis unius militis Legionis Thebæorum, CLXXIII, 433. — Acta translationis S. Mennatis, 993.

S. HILDEGARDIS MONIAL. — Ejus reliquiæ, translatio et cultus, CXCVII, 84. — Testimonium authenticum de aliquibus ejus Reliquiis translatis, 1091. — S. Dissibodi sepultura, curationes variæ et ejus corporis per S. Bonifacium translatio, 1110.

PETRUS CARDINALIS. — Confirmat fundationem de duobus cereis coram sepulcro S. Martini continuo accendendis, CXCIX, 1124.— Revelatio ad monachos S. Andoeni Rothomagi de inventione S. Evurtii, 1125.

PHILIPPUS DE HARVENG. — De elevatione corporis S. Amandi, CCIII, 1293.

S. WILLELMUS abb. S. Thomæ.—Revelatio Reliquiarum S. Genovefæ, CCIX, 741.

THOMAS MONAC.— Reliquiæ et cultus Ven. Petri claravallensis, CCIX, 1032.

SECTIO III. — *Paræneticæ de sanctis Reliquiis*.

S. AMBROSIUS.— Epistola de inventione et translatione SS. Gervasii et Protasii, XVII, 742, 743, 747.

MILO MONAC. — Sermo de translatione corporis S. Amandi, CXXI, 973.—Sermo de elevatione corporis ejusdem 977.

HERICUS MONAC. — S. Germanii translatio in Gallias, CXXIV, 1201. — S. Germani receptio et sepultura, 1220. — Ejusdem translationes miraculis illustratæ, 1252. —Prodigia facta in translatione SS. Urbani et Tiburtii, 1258.

S. LEO ATINENS. — Sermo in translatione S. Marci episcopi et martyris, CXLIII, 1427.

ODORANNUS MONAC. — De translatione SS. Saviniani, Potensiani sociorumque martyrum, CXLII, 778, 784.

THEOFRIDUS abb. — Sermones duo de sanctorum Reliquiis, CLVII, 297-405.

S. OTTO BAMBERGENS. — Sermo in exequiis S. Ottonis Bambergensis, CLXXIII, 1361.

PETRUS VENERAB.— Sermones de veneratione quarumdum Reliquiarum, CLXXXIX, 998.

JOANNES SARESBER.— De miraculis S. Anselmi post ejus obitum et de sarcophago, in quo corpus ejus clauditur, CXCIX, 1037.

PHILIPPUS DE HARVENG.— Sermo de elevatione corporis S. Armandi, CCIII, 1293.

PARS. III. — *De cultu et veneratione SS. Imaginum.*

TERTULLIANUS. — In libro de spectaculis disserit de cultu Imaginum, I, 646. — De eodem cultu agit in libro de Pudicitia, II, 991, 992.

S. GREGORIUS MAGNUS.— Quid senserit de cultu Imaginum, LXXV, 418, 420.

SYNODI DIVERSÆ. — De cruce et Imaginibus in Collectione S. Gelasii, papæ, LIX, 9. — Marii Mercatoris, XLVIII, 9.— S. Ivonis, CLXI, CLXII, *passim*.

S. ELIGIUS NOVIOMENS. — Ejus opera mirifica de Imaginibus et capsis sanctorum, LXXXVII, 478.

CAROLUS MAGNUS.—Capitulare de Imaginibus, XCVIII, 999, 1248 —De cultu Imaginum contra Græcos, 999, 1259 1292. — Conventus Parisiensis de Imaginibus, 1295-1318.— Epistola Adriani papæ de Imaginibus, 1339.

B. ALCUINUS.—Epistola ad S. Paulinum, et alia ad sororem.— S. Crucem sibi mitti petit, C, 202.

S. AGOBARDUS. — Adoratio Imaginum impia, sed non veneratio, CIV, 199. — Imagines Dei et sanctorum non sunt adorandæ, 200. — Sanctitas non potest tribui Imaginibus, 212.

JONAS AURELIAN.— De cultu Imaginum libri tres, CVI, 305.

WALAFRIDUS ABB. — De imaginibus et picturis ecclesiarum CXIV, 927.

GUIBERTUS. — Adoratio Imaginum qualis esse debeat, CLVI, 524. — Quænam est Imaginum veneratio apud Christianos, 525. — Imagines idiotis et hebetibus necessariæ sunt, *ibid*.

RUPERTUS abb. — Imagines adorandæ, CLXX, 349. — Cur et quomodo sint adorandæ, 352.

CX.

INDEX DE BENEFICIIS

PER MERITA ET INTERCESSIONEM SANCTORUM HOMINIBUS A DEO CONCESSIS, JUXTA PATRUM ORDINEM CHRONOLOGICUM CONCINNATUS.

MONITUM.

In Indice præcedenti quidquid scripsere Patres circa Sanctorum invocationem, sacrarum Reliquiarum honorem et venerationem Imaginum retulimus, nunc agimus de Beneficiis per eorumdem intercessionem obtentis. Cum invocantur Sancti, fiducia omnis in solo Deo est collocanda; nec singulorum morborum curam ita singulis Sanctis peculiariter assignatam esse existimare debent fideles, quasi ad eorum curationem aut levamen obtinendum alii suis apud Deum suffragiis nihil possint, quod ex dicendis patebit. In hoc Indice nullum nisi chronologicum observamus ordinem, varia miracula ab unoquoque auctore memorata sub illius nomine revocantes.

TERTULLIANUS. — Virtute ac meritis S. Stephani pontificis Romani filia Nemesii tribuni a nativitate cæca illuminatur, III, 1293. Idolum et delubrum Martis de cœlo tactum, magna ex parte corruit, 1294.

S. CYPRIANUS.—Virtute ac meritis S. Joannis Baptistæ, victoria insignis reportatur; viginti mortui resuscitantur, IV, 935-937.

LACTANTIUS. — Virtute ac meritis S. Petri multi convertuntur ad Christum et ad justitiam, VII, 196.

CONSTANTINUS MAGNUS.—Virtute ac meritis S. Sylvestri papæ Constantinus baptizatur et a lepra mundatur, VIII, 572. Idola idolorumque templa destruuntur, 576. Ecclesiæ ubique construuntur et exornantur, 576, 797. Virtute ac meritis S. Felicis episcopi Tubyzacensis multi infirmi et languidi curantur, 683.

S. HILARIUS PICTAVIENSIS EPISC. — Virtute ac meritis martyrum varii morbi depelluntur; dæmones fugantur et dæmoniaci liberantur, X, 581, 585. Virtute ac meritis

S. Hilarii Probianus moribundus sanatur, IX, 195. Duo leprosi mundantur, 196; manus contracta sanatur, 196. Cæcus illuminatur, 196. Chlodovæo victoria præstatur, 197. Ariani debellantur, 197. Mulier habens manum aridam sanatur, 197. Puella omnibus membris paralytica curatur, 198.

S. Zeno. — Virtute ac meritis S. Zenonis filia Gallieni imperatoris dæmoniaca, liberatur ac sanatur, XI, 202. Ecclesia S Zenonis ab inundatione fluvii Athesis liberatur, 204. Terribilis dæmoniacus, liberatur et sanatur, 210. Quidam nomine Willelmus, aridus et contractus, erigitur et sanatur, 210. Quidam Albertus nomine ferro ignito cæcatus, visum recuperat, 211. Wezilla juvencula dæmone capta, liberatur, 211.

S. Damasus papa. — Virtute ac meritis S. Felicis Nolani a vinculis et morte Damasus liberatur, XIII, 128.

S. Ambrosius — Virtute ac meritis S. Ambrosii, energumenus sanatur, XIV, 110. Virtute sanctæ Agnetis filius præfecti mortuus, ad vitam revocatur, XVII, 740. Constantia Augusti filia sanitatem desperatam recuperat, 742. Virtute ac meritis SS. martyrum Vitalis et Agricolæ energumeni et alii variis morbis laborantes, liberantur et sanantur, 748. Virtute ac meritis S. Sebastiani Zoe, uxor Nicostrati muta loquelam recipit, et ambo convertuntur ad Christum, 1031-1052. Virtute ac meritis S. Polycarpi filii Claudii, quorum unus hydropicus et alter ulceribus plenus, sanantur, 1037. Tranquillinus podagricus et chiragricus, sanatur, 1037. Chromatius nodositate inveterata membrorum laborans sanatur, et convertitur ad Christum, 1047. Per merita SS. Sebastiani, Tiburtii et aliorum, multi infirmi sanantur, cæci illuminantur, energumeni liberantur, 1051.

Sulpicius Severus. — Virtute ac meritis S. Martini quidam servus laqueo strangulatus ad vitam revocatur, XX, 168. Quædam puella paralytica confestim sanatur, 168. Apud Parisios leprosus mundatur, 170. Varii morbi ab ægris effugantur, 170. Puella febre correpta, sanatur, 170. Paulinus oculo pessime laborans, curatur, 170.

Rufinus. — Virtute ac meritis quorumdam sanctorum in Ægypto homo totis membris et præcipue pedibus aridus sanatur, XXI, 511. Cæcus illuminatur, 512. Filia cujusdam sacerdotis pagani dæmoniaca sanatur et omnis familia ad Christum convertitur, templum idoli destruitur et ecclesia construitur, 513.

S. Hieronymus. — Virtute ac meritis S. Hieronymi tres mortui suscitantur, XXII, 291. Eusebius moribundus a turba dæmonum liberatur, 293. Monachus cæcus visum recipit, 297. Dæmoniacus liberatur, 297. Justus causam veritatis defendens protegitur et iniquus causam erroris defendens punitur, 299. Trecenti latrones convertuntur ad Christum et ad justitiam, 304. Duo juvenes falso homicidii accusati non possunt a carnificibus occidi, 305. Joannes captus a Persis miraculose liberatur, 309. Dæmones fugantur ab obsessis et postea nullo modo possunt eis nocere, 310. Monachus libidinosus suam sororem stuprari nequit, 319. Andreas cardinalis a mortuis suscitatur, 320. Cæci sedecim visum recipiunt, 325. Tres dæmoniaci liberantur, 325. Puerulus suffocatus, ad vitam revocatur, 326.

S. Augustinus Hipponensis. — Virtute ac meritis S. Augustini, Innocentius quidam gravi morbo laborans, curatur, XXXII, 159, 160. Filia Alypii morbo gravissimo laborans, sanatur; ipse Alypius paralyticus, sanatur, 572. Idem cæcus factus, visum recuperat, 572. Quidam infirmitate gravi laborans, sanatur, 575, 576. Virtute ac meritis S. Moysis Maria soror ejus leprosa sanatur, XXXV, 2172. De petra fons oritur ad sedandum sitim populi, 2172. Virtute Eliæ prophetæ filius viduæ a mortuis suscitatur, 2181. Virtute Elisæi prophetæ, filius viduæ unius ex prophetis ad vitam revocatur, 2184. Naaman leprosus, sanatur, 2184. Virtute S. Pauli Eutychus resuscitatur, 2198. Virtute S. Petri paralyticus sanatur, 2200. Tabitha a mortuis suscitatur, 2200. Virtute Moysis via aperitur inter fluctus maris Rubri ad salutem populi, 2166. Virtute ejusdem salvatur plebs Dei, XXXIX, 1790. Virtute Elisæi, Naaman leprosus, sanatur, 1830 Virtute ac meritis S. Felicis Nolani urbs Nolæ a barbaris obsessa liberatur, XL, 606. Virtute ac meritis S. Stephani septuaginta et tres infirmi curantur, XLII, 815, 816. Tempestas sedatur; et omnes periclitantes in navi a naufragio salvantur, 820. Mulier cæca visum recipit. 855 Concordius quidam pede fracto laborans, sanatur, 856. Mulier anxia de marito amisso, filium invenit, 837. Homo, domo collapsa oppressus, vivus invenitur, 838. Cæcus visum recipit, 839. Paralyticus sanitati restituitur, 839. Alius paralysi linguæ et pedum laborans, liberatur, 840. Cæcus Pisitanus illuminatur, 840. Parvulus ex mortuis suscitatur, 842. Megetia paralytica curatur, 843. Dispensator pecuniæ publicæ liberatur, 851.

S. Eucherius Lugduni episc. — Virtute S. Hilarii pytho fugatur et mulier energumena sanatur, I., 1254. Virtute S. Honorati Hilarius convertitur, 1262. Virtute et meritis S. Genesis multi navigantes a naufragio salvantur, 1274.

S. Prosper Aquitanus. — Virtute Moysis, panis et caro obtinentur, LI, 765. Maria a lepra mundatur, 777. Virtute Elisæi Naaman a lepra sanatur, 806. Giezi propter mendacium castigatur, fit leprosus, sed postea pœnitens, sanatur, 806.

S. Petrus Chrysologus. — Virtute ac meritis S. Chrysologi, pestilentia, rabie, febribus variisque aliis morbis laborantes, curantur, LII, 39, 66.

S. Leo Magnus. — Virtute ac meritis S. Petri apostoli agitur quidquid boni agitur apud successores ejus, LIV, 152, 156. Fons oritur in baptisterio ad baptizandos exspectantes nocte Dominicæ Paschæ, 609.

Victor Vitens. — Virtute ac meritis S. Eugenii, cæcus nomine Felix visum recuperat, LVIII, 217. Calamitas præsens depellitur, 257, 258.

Aurelius Prudentius. — Per merita S. Hippolyti, ægritudines animi et corporis sanantur, LX, 548, 549.

S. Paulinus Nolanus. — Virtute ac meritis S. Felicis Paulinus ad Christum convertitur, LXI, 23 Virtute S. Martini Paulinus oculo graviter laborans, curatur, 24, 25, 139, 150. Multi liberantur et a servitute corporali et a servitute spirituali, per merita S. Paulini, 141, 142. Virtute ac meritis S. Felicis Paulinus salvus Nolam venit, 463. Non solum homines, feminæ, infantes sed etiam et animalia sanantur, 495. Duo boves a latronibus abducti restituuntur, 496, 500. Quidam agricola cæcus præ lacrymis factus, visum recuperat, 501, 502 Per merita sanctorum ac martyrum etiam sepultorum vivi curantur, 529, 530. Virtute ac meritis S. Felicis porcus eidem sancto dicatus miraculose ducitur ad alendos pauperes, 563, 564. Juvenca miraculose ducitur in aulam S. Martyris ad pascendos pauperes, 566, 567.

S. Paulinus Petricordiensis. — Per merita S. Martini quædam virgo paralytica et moribunda, subito sanitatem integram recuperat, LXI, 1025, 1026. Energumenus ore rabido debacchans, sanatur, 1026, 1027. Leprosus mundatur, 1028. Filia præfecti gravi febre consumpta ac desperata, subito sanatur, 1028. S. Paulinus Nolanus oculo graviter laborans, sanatur, 1029. Homo quidam fractura membrorum casu laborans, subito sanatur, 1036. Exanitus gravi febre correptus, subito sanatur, 1039. Puer a mortuis suscitatur, 1040. Alius infans, in vico Carnotensi, a mortuis suscitatur, 1042. Dæmoniacus sanatur, 1045. Puella duodecim annorum muta, loquelam recipit, 1049. Oleum crescit semper et non deficit, operans plurimas sanitates, 1052, 1053 Rabies canis furiosi fit innocua, 1053. Tempestas sedatur, 1057. Tota familia pestilentia laborans sanatur, 1062. Energumeni in puteum impulsu dæmonis jactati liberantur, 1065. Urbs Turonis obsessa liberatur, 1066. Fur pro furto fit cæcus, postea pœnitens, visum recuperat, 1068. Quidam vir ab incendio liberatur, 1071, 1072.

S. Eugyppius. — Virtute ac meritis S Severini captivi et afflicti juvantur, sacrilegi emendantur, LXII, 1178. Plaga locustarum omnia vastantium aufertur, 1179, 1180. Mulier quædam pene exanimis subito sanata, surrexit, 1181. Presbyter Silvinus suscitatur a mortuis, 1182 Leprosus mundatur, 1188. Fons olei oritur ad sublevandos pauperes, 1189. Quidam adolescens semivivus sanitati redditur, 1192. Elephantiosus mundatur, 1192. Sæpe ægritudines monachorum, sanantur, 1194. Mutus usum linguæ recuperat, 1197, 1198. Processa morbo gravissimo laborans, sanatur, 1198. Laodicius cæcus illuminatur, 1198. Marinus quidam gravissimo morbo capitis laborans, sanatur, 1198. Multi energumeni curantur et multi diversis languoribus obstricti, sanitatem recipiunt, 1200.

Ennodius episc. Ticinensis. — Virtute ac meritis S Epiphanii multi a dura captivitate liberantur, LXIII, 222.

S. Eleutherius episc. Tornacensis. — Per merita S. Eleutherii filia tribuni a mortuis suscitatur, LXV, 67. Cæci duo illuminantur, 68 Peritius quidam leprosus mundatur, 69. Quædam mulier cæca et muta curatur, 75. Filius unicus viduæ a mortuis suscitatur, 77. Duo cæci visum recipiunt, 79. Tres paralytici sanantur, 79. Claudus recte ambulat, 79. Mulier fluxu sanguinis laborans, sanatur, 79. Sacerdos feriolus vinculis solvitur, 79. Libertinus tribunus a mortuis suscitatur, 79, 81. Viginti quinque paralytici plenarie sanantur, 82. Cæci septem visum recipiunt, 82.

S. Fulgentius episc. Ruspensis. — Virtute ac meritis

S Fulgentii urbs Ruspensis ab obsidione et rapinis Maurorum liberatur, LXV, 150.

S. Benedictus monachorum pater. — Virtute ac meritis S. Benedicti aqua ex rupe oritur ad sublevandos fratres, LXVI, 142, 143. Maurus super aquas ambulat ad salvandum fratrem, 146. Puer parietis ruina confractus sanatur, 156. Clericus a dæmonio liberatur, 164. Solida tredecim miraculose inveniuntur et miser debitor liberatur, 184. Monachus a dæmone liberatur, 188. Rusticus catenis solvitur, 190. Infans a mortuis suscitatur, 192. Mulier insana ad sanitatem revocatur, 202.

Dionysius Exiguus. — Virtute ac meritis S. Joannis Baptistæ quidam pauper fit dives et opulentus, LXVII, 421, 435. Sanitates plurimis conferuntur apud camponem, 123 Presbyter habens manum aridam sanatur, 431, 432, 441.

S. Cæsarius episc. Arelatensis. — Virtute ac meritis S. Cæsarii incendium civitatis Burdigalensis exstinguitur, LXVII, 1069. Pluvia abundans et maxime necessaria fructibus terræ obtinetur, 1010. Captivi liberantur, 1014. Filius viduæ in civitate Ravenna a mortuis suscitatur, 1015. Elpidius medicus ab infestatione diabolica liberatur, 1016. Mulier energumena sanatur, 1016, 1017. Mulier paralytica et membris contracta, sanatur, 1018, 1019. Apri fugantur, 1019. Puer Patricii illustrissimi a dæmonio liberatur, 1019. Violenta febris fugatur, 1020. Filia Petri diaconi jacens muta jam triduo præ morbo gravissimo, sanitatem subito recuperat, 1025. Alia puella a morte revocatur ad vitam, 1026. Frumenta ad su tentandos pauperes et captivos in horreo multiplicantur, 1028. Liberius patricius gravi vulnere exanimis ad vitam revocatur, 1029. Uxor ejusdem Liberii fluxu sanguinis laborans sanatur, 1030. Mulier semper agitata ac tremula præ manibus, sanatur, 1032. Mulier energumena sanatur, 1032. Puer energumenus pariter liberatur, 1033. Mulier dæmoniaca cujus faciem vel aliam partem ejus corporis denudatam corvi lacerabant, liberatur, 1033. Mulier gravi luxatione pedis laborans, sanatur, 1035. Incendium exstinguitur, 1033. Tempestas fugatur ex tali loco et ibi maxima est ubertas, 1035. Domus cujusdam Vincentii ab incendio mirabiliter liberatur, 1035. Filia presbyteri a dæmone liberatur, 1036. Energumenus sanatur, 1036. Desiderius febri quartana laborans, sanatur, 1039. Filius Salvi febribus tertianis affectus, curatur, 1039. Filius Martiani gravi febre confectus et a medicis desperatus, sanitatem integram subito recuperat, 1039. Quidam francus febri quartana fractus, sanitati restituitur, 1040 Curationes infirmorum creberrime celebrantur, 1042.

Arator. — Virtute ac meritis S. Petri apostoli ægri et infirmi sanantur, LXXVIII, 134. Paralyticus Lyddæ curatur, 157, 158. Tabitha a mortuis suscitatur, 169. Claudus a nativitate curatur, 185. Virtute S. Pauli puella a Pythone liberatur, 195, 196. Juvenis Eutychus a mortuis suscitatur, 218, 219. Multi infirmi ac præsertim parens Publii, sanantur, 242, 243.

Africanum concilium (ann. 249). — Huic concilio præfuit S. Cyprianus. Statutum est de prohibitione tutelæ testamentariæ pro sacerdotibus, ne in rebus sæcularibus impediti, ab officiis sacris abducerentur; S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 178.

Africanum concilium (ann. 251). — Idem præfuit S. Cyprianus, in causa Felicissimi et quinque sacerdotum qui illius partes amplexi fuerant. Ibi damnati sunt et excommunicati. Novatus hæresi et perfidia convictus fuit. De lapsis etiam actum est. Aderant 70 episcopi; S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 178.

Africanum concilium (ann. 369). — Hic depositus est ab

episcopatu Chronopus; qui damnatus ad magistratum sæcularem appellavit contra legum disposita, et a Valentiniano imperatore ad summam pecuniæ solvendam pro pauperibus damnatus est; S. Isidorus Hispal., LXXX, 178.

Africana synodus universalis (ann. 425 vel 426), — ab Aurelio congregata in causa Pelagianorum et Leporii monachi ad rectam fidem ex errore conversi, Marius Mercator, XLVIII, 363.

Africanum concilium (ann. 646). — Tres primates, scilicet Columbus Numidiæ, Reparatus Mauritaniæ, Stephanus Byzacenæ, epistolam synodicam ad S. Pontificem Theodorum miserunt de promulgatione Ecthesis in gratiam Monothelitarum; alteram miserunt ad Paulum Constantinopolitanum patriarcham, rogantes eum ut novitatem rejiceret; tertiam ad imperatorem, ut novæ doctrinæ scandalum tolli juberet, et Paulum cogeret fidei totius Ecclesiæ sese conformare. Monothelitarum quoque doctrinam damnarunt; Isidorus Hispal., LXXX, 178.

Agathense concilium (ann. 506). — Alaricus Visigothorum rex, etsi esset Arianus, episcopos catholicos in concilium convocari permisit. Illi tunc episcopi, numero circiter 35 in urbe Agatha (Agde) congregati, canones 47 condiderunt disciplinares, id., LXXXIV, 256.

Alexandrinum concilium (ann. 326). — Quinque mensibus elapsis, post habitum Nicænum concilium, S. Alexander proximus morti, elegit sibi successorem S. Athanasium in Ecclesia Alexandriæ de jussu Dei. Athanasius aberat. Athanasi, exclamavit tum Alexander, fugere conaris, sed non fugies, Cassiodorus, LXIX, 283.

Alexandrinum concilium (ann. 339). — Eusebius Nicomediæ et ejus partibus faventes cum in locum Athanasii in sede episcopali substituissent presbyterum Arianum, Athanasius ne dogma Arianum in Alexandria cresceret, hoc convocavit concilium in quo centum circiter episcopi sederunt, *ibid.*

Alexandrinum concilium (ann. 362). — Imperante Juliano habitum et post occisionem Georgii intrusi a paganis. E manuscripto in Ecclesia Vercellens. invento, S. Eusebius huic præfuisse dicitur cum dignitate legati papæ Liberii, qui eamdem missionem suo collegæ exsilii in Thebaïda Lucifero Calaritano commiserat. Hic vero in ipsius locum duos diaconos, nempe Heremium et Agapetum, misit dum ipse Antiochiam perrexit ubi Paulinum dogmatis Eusebiani caput ordinavit, Rufinus Aquil., XXI, 498.

Anazarbi synodus (ann. 425). — A Maximiano habita, adversus Julianum, Marius Mercator, XLVIII, 359.

Ancyranum concilium (ann. 314). — Cui præfuit Vitalis Antiochenus; fuit convocatum ad deliberandum statuendumque de his quæ, grassante sub imperatore Maximino Daïa persecutione, ad eos spectant, qui fidem abnegarunt, et in quinque et viginti canonibus explanantur, Tertullianus, III, 314.

Ancyranum conciliabulum (ann. 358). — Hoc pseudoconcilium a duodecim episcopis Semi-Arianis habitum fuit, cui præfuit Basilius Ancyranus. Fecerunt Patrum fidei expositionem in qua decem et octo anathemata comprehenduntur. Quæ omnia statuta rejicienda sunt, et falsa imputatio papæ Liberio facta, quod subscripserit formulæ Arianæ vel Semi-Arianæ, pariter despicienda est, S. Hilarius Pictav., X, 489.

Ancyranum conciliabulum (ann. 375). — Illud convocavit Demosthenes præfectus prætorii in Ponto et Cappadocia, deponi ibi Hypsium episc. Ancyran. jussit, et Cedicium in locum ejus substitui.

In eodem concil. quidam vilis, cui nomen Philocharis, S. Gregor. Nyssen. insimulavit.

Supra memoratum ut falsum habetur et rejiciendum, concilium, *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 264 *et seqq.*), contra Paulum Samosatens. episc. Antiochen. — Primo huic præfuit, ut opinantur, Firmilianus episcop. Cæsariens. in Cappadocia, et cum Patres eum convincere in hoc nequiverunt, aliud ibidem tenuerunt in quo, ut notatum est, damnavit et rejecit absolute nova Pauli Samosatensis dogmata Firmilianus; sed cum hic hæresiarcha promitteret suos corrigere errores, Patres suspensam tenuerunt sententiam, S. Damasus papa Prolegom., XIII, 303; Marius Mercator, XLVIII, 1129.

Antiochenum concilium (ann. 270), contra eumdem Paul. Samosat. — Res litigiosa Pauli Samosat. nec primo, nec secundo concilio habuit finem. Etenim notat Rufinus post Eusebium, episcopos iterum atque iterum et diversis temporibus convenisse contra eum, et cum eo colloquium in singulis conventionibus habuisse, ut errores suos agnosceret, ad fidemque redire inducerent. Hoc fuit tertium concilium ad eum spectans, cui præfuit, Firmiliano Tarsi mortuo itinerante, Helenus hujus urbis episcopus; in eo Patres Paulum deposuerunt et excommunicationis sententiam tulerunt. Post hanc sententiam, episcopum Antiochiæ Domnum Demetriani filium elegerunt. Ibi fuerunt sedentes 180 Patres, *ibid.*, 1139.

Antiochenum concilium (ann. 332). — Ubi sederunt patriarchatus Antiochiæ episcopi, eo fine ut eligerent novum patriarcham, loco sancti Eustathii, in exsilio exstincti.

In hoc viginti et quinque canones *concilio dedicationis* vulgo ascripti, fuerunt conditi, de confirmatione decreti Nicæni, de celebratione festi Paschatis, etc., *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 341). Cujus concilii occasio fuit, quod Magnus Constantinus jussit Deo dicari basilicam quam Antiochiæ struxerat, et ad hanc dedicationem quamplurimos episcopos convocarit in eamdem urbem. Ibi sederunt centum septem et triginta Patres, scilicet: nonaginta orthodoxæ fidei episcopi, et dogmata Arianorum sed occulto profitentes quadraginta, qui quidem se rectæ fidei astrictos fingentes hoc intuitu formulam fidei exposuerunt. Quinque et viginti canones supra memorati a Patribus recepti sunt: quos miserunt ad episcopos omnium provinciarum cum epistola synodali in qua eos rogant ut subscribant ad eos confirmandos, affirmantes se nihil condidisse et statuisse nisi ex afflatu Spiritus sancti, *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 348), contra Stephanum Antiochiæ intrusum. — Hujus concilii causa fuit quod imperator Constans cum vellet sententiam concilii Sardicensis exsequi et episcopos immerito depositos redintegrare, misit ad fratrem Constantium, Vincentium Capuanum et Euphratam Colonien. cum præfecto Salliano, qui ei epistolam redderet in qua firmiter se, armata manu si esset necesse, in sedem episcopalem collocaturum, dicebat. Tunc Stephanus Antiochiæ intrusus et concilio Sardicensi depositus machinationem adversus duos Constantis legatos adinvenit. Inde reus fuit excommunicatus, *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 361). — Hujus concilii ea fuit occasio: cum a bello redux imperator Constantius Antiochiæ stiterat, ibi concilium convocavit ad rem Arianorum promovendam. Nam eorum partibus maxime favebat. Hujus imperatoris consilium erat ut *consubstantialitatem* et *substantiæ differentiam* rejicerent Patres; ii vero exponentes ante omnia, sede vacante, ad episcopi electionem procedendum esse, suffragia e diversis partibus in sanctum Meletium cediderunt qui intra triginta dies Arianos expulit, urbemque sanavit ab omni errore; quod fuit causa ejus expulsionis. Cui successit Arianus Euzoius, *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 379). — S. Gregor. Nyssenus nos docet episcopos Orientis orthodoxos, cum revocati ab exsilio et redintegrati in suis sedibus fuissent, concilium habuisse Antiochiæ. Causa hujus præcipua, nec dubitari potest, fuit pax Ecclesiæ Antiochiæ, et sancti Meletii in dignitate episcopali confirmatio; primum enim ordinem tenet in subscriptionibus, profecto quod huic præfuit. Id neminem latet, Patres recepisse Epistolam synodalem sive fidei expositionem concilii Romæ sub S. Damaso habiti, quæ confirmabat fidem Ecclesiæ de Trinitate et speciatim de Spiritu sancto, et rejiciebat Apollinarii errores, *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 383 vel 390). — Hoc fuit habitum a Flaviano episc. Antioch. cum tribus aliis episcopis et sacerdotibus vel diaconis triginta. (Fuit contra Messalianos.) Pœnitentiam Adelphio denegavit qui cum eis necessitudines fovebat. Messaliani in eo concilio et in conciliis Sidens. Oriental. et œcumenico Ephesino damnati sunt, *ibid.*

Antiochenum concilium (ann. 388 seu 389). — Cujus causa fuit mors violenta S. Marcelli episc. Apameæ. Cum hic templum paganorum evertere pagi vulgo *Aulone* in territorio Apameæ, intentus esset, a paganis comprehensus, et in ignem conjectus. Apamei ultionem mortis episcopi sui ardebant. Sed Patres in hoc concilio sedentes, reorum in gratiam sententiam tulerunt, *ibid.*

Antiochiæ synodus (ann. 417), a Theodoto Antioch. episcopo habita adversus Pelagium, mense Octobri. Marius Mercator, XLVIII, 344.

Aquileiense concilium (ann. 381). — Hoc concilium fuit habitum contra Palladium partibus Arii favere suspectum. S. Hilarius Pictav., X, 685.

Aquileiensis provinciæ concilium (ann. 440-450), contra Pelagianos a S. Leone coactum. S. Leo, LIV, 593.

Aquileiense concilium (ann. 557). — Habitum fuit a Paulino arch. Aquileiensi, sed reprobatum. Damnavit ultimum œcumenicum Constantinopolitan., et eorum qui

huic innuebant, communionem sedentes rejecerunt, non excepta papæ communione. S. Hilarius Pictav., X, 685.

Aquileiense concilium (ann. 698). — In quo sedentes unanimi ore, schismati quo vinciebantur Istriæ episcopi a tempore quo Pelagius I sedem adeptus est apostolicam, renuntiaverunt. *ibid.*

Aquileiense concilium (ann. 1181). — Valdericus sive Ulricus hoc congregavit, ea mente ut vitam communem canonici sui amplecterentur, *ibid.*

Aquileiense concilium (ann. 1184), quod fuit convocatum contra incendiarios et sacrilegas, *ibid.*

Aquisgranense concilium (ann. 789). — Exstat collectio septem et triginta capitularium de disciplina ecclesiastica quæ data sunt a Carolo Magno. Synodus Suessionensis « a vocat capitularia synodalia veluti spectans ad præsens concilium. Cælius Sedulius Prolegom., XIX, 518.

Arabicum concilium (ann. 246 vel 249). — Quarto anno imperantis Philippi, et undecimo pontificatus Fabiani, habitum fuit in Arabia concilium ubi sederunt perplures episcopi. Contra aliquot hæreticos arabes, quorum dogma erat animam humanam cum corpore mori, quocum aliquando eam resurrecturam esse. Cassiodorus, LXIX, 289.

Arausicanum concilium I (an. 441) — Habitum fuit imperante Valentiniano III, sub pontificatu S. Leonis I, et in ecclesia Justiniana. Huic præfuit S. Hilarius Arelat. Ibi sedentes Patres numero septemdecim triginta canones condiderunt. S Augustinus, XLI, 1785.

Arausicanum concilium II (ann. 529). — Habitum sub S. Cæsario qui huic præfuit, sub pontificatu Papæ Felicis IV, imperante Athalarico rege Italiæ. Ibi agebatur de gratia et libero arbitrio secundum fidem catholicam. Ibi 25 articuli statuti sicut de hac fide. S. Prosper, LI, 612 seqq.

Arausicanum concilium (ann. 1229) — In hoc ad pœnitentiam admissi sunt Albigenses et hujus hæresis suspectæ personæ quas inquisitio Tolosæ detexerat, S. Cæsarius, LXVII, 1142.

Arelatense concilium I (ann 314). — Hoc decrevit contra ejus accusatores Donatistas. Cæciliani episcopi Carthaginensis innocentiam et amplius.

Constituit can. 8. « De Afris qui propria lege uti solent rebaptizatione, ut si quis de hæresi venerit ad Ecclesiam, interrrogent eum Symbolum. Et si perviderint eum in Patre, in Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum. Quod si interrogatus non responderit hanc trinitatem, baptizetur. »

Plures auctores ut Cuminus abbas, Ado numerant sexcentos episcopos qui huic interfuerunt. Baron ducenos, quorum in subscriptionibus sex et triginta notati sunt. Tertullianus Thomassini *Dissertatio in synodos, de bap. hæretic, III*, 1223.

Arelatense concilium (ann. 353-354). — Hoc conciliabulum ubi sederunt plures episcopi Ariani a Constantio convocatum fuit.

Damnavit S. doctorem Athanasium, Photinum et Marcellum Ancyranum ut Sulpitius Severus asserit, Albaspinæus. Observ. in S. Optatum, XI, 1176.

Arelatense concilium, anno incerto habitum, alii anno 443 vel 444, alii vero anno 451 vel 452 habitum fuisse volunt, nec nominantur Patres ibi sedentes.

Deponitur in hoc concilio Quelidonius vel Celidonius episcopatu, *ibid.*

Arelatense concilium III (an. 445 vel 461). — Sub episc. Ravennio habitum.

Conciliavit Theodorum episc. Foro-Juliensem, et abbatem Lirinensem de jurisdictione contestantes, *ibid.*

Arelatense concilium (an. 475). — Convocatum fuit a Leontio episc. hujus urbis, et ibi Lucidus presbyt. erroribus suis de prædestinatione et gratia abrenuntiavit.

Sederunt circa triginta episcopi, *ibid.*

Arelatense concilium, vulgo *IV* (ann. 524). — Huic præerat S. Cæsarius ep. hujus urbis, convocato ob occasionem dedicationis Ecclesiæ S. Virginis, die 6 Junii primo anno pontificatus Joannis I.

Ibi plura constituta sunt, præcipue de ordinatione diaconorum, de promotione ad episcopatum, etc., *ibid.*

Arelatense concilium V (ann. 554) sub Sapaudo episcopo hujus urbis convocatum. — Quod inter plura, de liturgia et de disciplina ecclesiastica quædam statuit, *ibid.*

Arelatense concilium (ann. 813). — In hoc concilio cujus convocatio et quatuor aliorum a Carolo Magno provocata fuit, Patres de reformatione plures articulos constituerunt, *ibid.*

Arelatense concilium (ann. 1059), sub legatis Papæ Nicolai II habitum. — In hoc concilio quædam petitio facta est a Berengario vicomite Narbonæ ad revocandam excommunicationem quam in eum Guifredus archiepisc. hujus urbis intulerat, *ibid.*

Arelatense concilium (ann. 1205), a legato Petro de Castelnau habitum, ubi aliquot Constitutiones fecit pro Ecclesia Arelat., *ibid.*

Ariminense concilium (ann. 359), generale cui, ut probabile est, præfuit Restitutus episc. Carth. — In hoc concilio decem anathemata contra diversos errores Arii, Photini et Sabellii prolata sunt, ac amplius damnati et depositi unanimi ore qui contra prætendebant, inter quos Ursacius, Valens, Caius Germinius. Omnes episcopi dixerunt : « Volumus hos hæreticos damnatos, ut fides catholica firma maneat et sit pax in Ecclesia. » Hic sederunt 400 episcopi e diversis provinciis Occidentis, Illyriæ, Italiæ, ex Africanis, Hispanis, Galliis, etc., etc. — Ibi post longa tempora lassati legati ad imperatorem Patres Ariminenses quod tam sancte statuerant annulaverunt, et cum Arianis innuerunt, S. Hilarius Pictav., X, 699.

Arvernense concilium. — Hoc fuit habitum anno 525 cujus videsis Notitiam in *Gallia Christ.*, t. IV, col. 519, S. Gregorius Turon., LXXI, 406.

Arvernense, Claromontanum concilium (ann. 535); et primum sub pontificatu Agapeti. — Honoratus Bituricensis arch. et alii Galliarum episcopi ad numerum quindecim sederunt in consessu in urbe Claromontana ex consensu regis Theodeberti. Incœperunt genuflectere, pro rege et regno prospero orationem fundere; deinde perlectis veteribus statutis, aliquot renovarunt ex eis, iis alia numero sexdecim addiderunt, *ibid.*

Arvernense, Claromontanum concilium (ann. 549). — Huic præfuit Hesychius archiep. Vienn. habitum fuit paulo post concilium quintum Aurelianense cujus renovavit pro omni opere canones sexdecim. Ibi sederunt decem prælati, *ibid.*

Arvernense, Claromontanum concilium (ann. 587). — Huic S. Sulpicius Bituricensis episcopus præerat qui unanimis cum aliis prælatis sedentibus, dissidio inter episcopum Rutinensem Innocentium, et Urcinum episcopum Cadurcensem finem fecit. Hoc dissidium de jurisdictione aliquot parochiarum quæ priori ascriptæ fuerunt, ortum erat, *ibid.*

Arvernense, Claromontanum concilium (ann. 1077) habitum fuit a legato Hugone de Die qui huic præfuit. Simoniaci episcopi ibi fuerunt depositi, *ibid.*

Asturicense concilium (ann. 415 vel 446). — Acta contra Manichæos a S. Leone conscripta cum pervenissent in Hispaniam, hujus regionis episcopi delegere hujus dogmatis sectatores conati sunt quocunque loco occultati essent. Idacius et Turibius cum aliquot Manichæos in urbe Asturicensi detexissent, de iis scripta ad Antoninum Emeritensem miserunt. Tunc jam comprehensum Pascentium e Lusitania expelli jussit. Unde, ut opinantur, in hac urbe concilium hic memoratum, S. Leo, LV, 1034.

Atrebatense concilium (ann. 1025). — Huic præfuit Gerardus episc. Hæresis Manichæorum in diœcesi Attrebatensi pullulabat. Sentit episcopus doctrinarum perversarum venenum ; conquisivit sectarios, ad synodum compellavit et instanter explicationem ab eis expostulavit, instans et urgens deserere malam doctrinam et abjurare, et ad confirmandum suæ fidei testamentum exegit ab unoquoque in modum crucis † quemdam characterem conscriptum, Gerardus, Camer. episc., CXLII, 1269.

Atrebatense concilium (ann. 1097). — Hoc habitum fuit ab episcopo Lamberto, sedentibus ejus archidiacono, quinque abbatibus. Ibi episcopus privilegia suis prædecessoribus concessa abbati et monachis montis S. Eligii confirmavit, et aliud monasterium (Arroasianorum) ab omni alia jurisdictione ac sua exemit, monachis dando facultatem eligendi abbatem et abbati facultatem loca polluta reconciliandi, S. Urbanus II papa, CLVI, 1174.

Augustanus conventus (ann. 952). — In quo concordi diligentia tam sancti cleri quam populi, Ecclesiæ stabilitatis profectus et totius Christianitatis utilitates tractantur. — Illi præfuit Frithuricus reverendus Moguntinæ sedis archiepiscopus. Adfuerunt plures archiepiscopi et circa virginti episcopi. Ibi rex piissimus Otto ecclesiasticarum rerum auxiliatorem se esse promittendo certificavit. Ex hac promissione regali audita, archiepisc. residens communi cæterorum assensu capitula titulari præcepit, *Monument. diplom.*, CXXXVIII, 833.

Augustodunense concilium (ann. 590). A Guntramno convocatum, de Tetradia. — Hæc Tedradia uxor erat Eulalii, provinciæ Arvernensis comitis ; quæ marito valedixerat suo ut comiti nomine Didier adhæreret. Sed concilium de propriis parafernalibus bonis restituere Eulalio comiti duplo duplum vel ad quadruplum valorem

e sua domo ablatorum, damnavit eam, et notam infamiæ liberis adulterinis quos e comite adultero genuerat addidit, notans eos liberos illegitimos, S. Gregor. Turon., LXXI, 520.

Augustodunense concilium (ann. 670). — S. Leodegarius hujus urbis episc. et aliud convocavit et huic præfuit; cujus supersunt aliquot statuta; aliqua vero desunt, siquidem in ordine transcriptionis a primo ad quintum, a sexto ad octavum, ab octavo ad decimum, a decimo ad quartum decimum et ad quintum decimum, juxta vetustissimas collectiones in quibus omnino et totus deest præcedens, transitur, *ibid.*

Auraicense concilium (ann. 408). — Tempore Theodosii Junioris et Cyri consulum VI Idus Novem. in ecclesia Justinianensi, Isidor. Mercator., CXXX, 391.

Aurelianense concilium (ann. 511). — Quod consilio S. Remigii Rhemensis convocavit rex Clodovæus. Ibi sederunt quinque metropolitani, Burgidalensis, Bituricensis, Turonensis, Auscensis et Rothomagensis, qui cum aliis episcopis unum et triginta canones condiderunt, S. Leo, LVI, 312.

Aurelianense concilium (ann. 538), sub Sylverio pontifice summo. — Huic præfuit Lugdunensis archiepisc. S. Lupus, quocum consederunt alii undeviginti episcopi qui subscripserunt tribus et triginta canonibus conditis ad renovandos veteres canones de disciplina, *ibid.*

Aurelianense concilium (ann. 549), regnante Childeberto. — Sacerdos Lugdunensis archiepiscopus huic præfuit: quod fuit congregatum ut ibi causa Marci episcopi Aurelianensis diceretur. Ex omnibus provinciis trium regnorum Galliæ formatum erat. In hoc restitutus fuit Marcus in sua sede episcopali et quatuor canones conditi fuerunt, *ibid.*

Aurelianense concilium (ann. 634). — Quod coactum contra Monothelitarum hæresim quæ pervadere Gallias minabatur; hoc concilium habitum fuit curante S. Elysio etiamnum laico, *ibid.*

Aurelianense concilium (ann. 1129). — Hoc habitum fuit ab Umbalo archiepiscopo et apostolicæ sedis legato. Quæ fuerit causa hujus concilii, latet, S. Urbanus II papa, CLVII, 70.

Bagaiense conciliabulum (ann. 394), a Primiano Donatista et episc. Carthaginensi convocatum irregulariter et omissis non omittendis formis. — Ibi sederunt trecenti decem episcopi. Non in pretio est quod decrevit contra episc. Carth. Maximianum, S. Optatus, Prolegom., XI, 846.

Bagoriense concilium (ann. 740), loco incerto habitum a sancto Bonifacio ex commendatione Gregorii III papæ. Ibi sederunt octo Patres, S. Bonifacius arch. Mogunt., LXXXIX, 805.

Bagoriense concilium (ann. 903).—Hujus concilii ratio fuit quædam donatio ab imperatore Ludovico III facta S. Emmeranni monasterio cum approbatione archiepisc. Salzburgensis et quinque aliorum episcoporum, *ibid.*

Bagoriense concilium (ann. 906).—Ibi confirmatum est privilegium quo Ecclesia Frisiaca fruebatur sibimetipsi eligendi suum episcopum. Sex huic solemni facto interfuerunt Prælati, *ibid.*

Bajocensis synodus (ann. 1518), sub Rev. D. Ludovico de Canossa, episcopo ejusdem urbis. — In hac synodo editæ et publicatæ sunt variæ constitutiones, Joannes Rhotom. archiepisc., CXLVII, 235.

Belvacensis synodus (ann. 795). — Carolus de Villers Belvacensis episcopus habuit hanc synodum cum suis presbyteris. Ibi Constitutiones synodales promulgavit, alias de Confraternitatibus, alias de sacramentis, vita clericali, testamentis et sepulturis et collectis, Hincmarus Rhemensis, CXXV, 392.

Belvacensis synodus Caroli II (ann. 845). — Hæc synodus habita fuit apud Belvacum civitatem anno sexto regni domni Caroli, et sedentes Vemilo, Erchanradus, Ymmo, Rothadus, Simeo, Lupus, Ragenarius, Helias, Erpoinus, Aio, Hincmarus, presbyteri et vocati archiepiscopi capitula fecerunt quæ idem princeps gloriosus, Deo teste, sub fidei suæ astipulatione se servaturum promisit erga omnes Ecclesias et episcopos regni sui. *Monument. Diplom.*, CXXXVIII, 543.

Belvacense concilium (ann. 1114). — Hoc concilium habitum fuit a Conone cardinali et legato, sedentibus trium episcopis provinciarum; ibi fuit excommunicatus imperator Henricus V; renovata plura decreta sunt postremorum pontificum de salute bonorum ecclesiasticorum et aliis disciplinæ ecclesiasticæ, S. Urbanus II papa, CLVI, 1199.

Barcinonense concilium (ann. 599). — Hoc concilium, ut videtur, papa Gregorio indicente, habitum fuit ad vitium Simoniæ exstirpandum in iis provinciis. Asiaticus Tarraconensis archiepisc. huic præfuit, et ibi sederunt undecim episcopi qui canones quatuor condiderunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 607.

Barcinonense concilium (ann. 1064). — Hoc convocavit cardinalis Hugues Le Blanc Alexandri II legatus. Ibi ad memoriam clericorum continentiæ præceptum revocatum est, pariter in eodem actum est de ritu Gothico abdicando et de Romano adoptando. Alexander II ore unanimi habitus est summus Pontifex legitimus et Cadalous ut antipapa damnatus est, *ibid.*

Barense concilium (ann. 1097). — Hoc fuit habitum ab Urbano II papa, astantibus, 183 episcopis. Causa hujus concilii fuit adunatio communis Græcorum et Latinorum, S. Urbanus II papa, CLI, 242.

Basileense et Senonense concilia (ann. 1198). — Hæc concilia fuerunt convocata pro gestatione almutiarum in capite, Robertus Pullus, CLXXXVI, 1118.

Basileensia concilia, et ut verius dicam Basileense concilium in quinque et quadraginta sessiones partitum (ann. 1431). - Narratio longa esset de dissidiis inter Patres Basileenses et Eugenium IV grassantibus, et quæstio est fueritne œcumenicum, annon. Hic consessus magnam in tota Ecclesia turbationem attulit. In quo summus Pontifex depositus suffragiis sedentium et antipapa Felix V proclamatus, S. Leo Magnus, LVI, 312.

Beneventanum concilium (ann. 1087). — Hoc concilium a papa Victore III habitum fuit, et ibi excommunicavit. Guibertum ejus æmulum, eamdem tulit sententiam adversus Hugonem Lugdunensem et Richardum abbat. Massill. utrumque antipapæ fautores. Investituras tandem damnavit sub pœna excommunicationis cum consensu omnis concilii, Victor III papa, CXLIX, 965.

Beneventanum concilium (ann. 1091). — Urbanus II congregavit hoc concilium. Ibi renovavit damnationis sententias latas adversus antipapam Guibertum, et quatuor canones condidit, *ibid.*

Beneventanum concilium (ann. 1108). — Hoc concilium habitum fuit a papa Paschali II de investituris et luxu vestium clericorum. Excommunicatos declaravit et clericum qui beneficium ecclesiasticum a sæculari obtinuit, et ipsum sæcularem *ibid.*

Beneventanum concilium (ann. 1091). — Habitum fuit ab Urbano II papa, qui sententiam anathematis super Guibertum hæresiarcham et omnes ejus complices synodali judicio confirmavit, S. Urbanus II papa, CLI, 81.

Bonogisilense concilium (ann. 618). — Hoc Bonogisili vel Bonogeli quod tribus leucis a Lutetia distat habitum; ne ordinetur laicus in archipresbyterum prohibet, Idem sacra celebrare pro mortuis, baptismum administrare laicos sepelire nisi cum ordinarii licentia monasteriis interdicit, S. Gregorius Turonens., LXXI, 634.

Bonogisilense concilium (ann. 853). — Ea fuit causa hujus concilii, dissidia episcopi Cenomanensis cum abbatia Anisolensi vel Sancti Calisii. Mauricius Turonensis archiepisc., Venilo Senonensis, Hincmar Rhemensis, Paulus Rhotomag. et viginti tres episcopi ibi sederunt cum tredecim abbatibus, *ibid.*

Bracarensis et Tarraconensis synodi (ann. 461, 465). — Cum Sylvanus episc. (Calahorra) episcopos ordinavisset, inscio Ascanio metropolitano, hic habuit hanc synodum suæ provinciæ, ut scriberet ea de re ad S. Hilarium summum pontificem qui, re expensa, in concilio Romæ habito, ad metropolitanum Tarraconensem Epistolam synodicam direxit, qua denuntiat, spectatis pluribus epistolis magnatum et magistratuum Hispaniæ urbium quarumdam ad se directis in Sylvani gratiam, illi veniam præteriti concedere, dummodo in futurum canones non amplius omitteret, S. Leo, LV, 471.

Bracarense concilium (ann. 560, 563). Ab archiepiscopo Lucretio habitum; in quo lecta fuit S. Leonis ad Turibium epistola, et altera Celenensis concilii synodica ad Baleonium directa adversus Priscillianistas. — Ibi firmata sunt contra istos hæreticos decreta et amplius reformati sunt abusus qui in ministerio clericali irrepserant vel in Dei servitio, *ibid.*

Bracarense concilium (ann. 572). — Hoc concilium primum est in quo formula, regnante Christo, adhibita est, quamvis a longo tempore in aliis actis inveniebatur. Huic præfuit Bracarensis archiepiscopus; et sederunt duodecim episcopi, sex cujusque provinciæ, qui canones ad numerum decem de disciplina condiderunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 561.

Bracarense concilium (ann. 675). — Cui præfuit Leodecisius et sederunt octo episcopi, novem canones condidit, *ibid.*, 585.

Brennacense concilium (ann. 580).— Occasio hujus con-

cilii fuit accusatio quam in S. Gregorium tulerat Leudastes Turon. comes. Eum arguebat urbem Turon. Childeberto Austrasiæ regi tradere voluisse, et reginam Fredegundem in contemptum adduxisse, eam insimulando mali commercii cum Bertramno Burdigalensi episcopo. Structa calumnia a comite cui hujus urbis Turonis gubernatio ablata fuerat. Sententia excommunicationis ibi lata est contra Leudasten, S. Gregorius Turon., LXXI, 567.

Burdigalense concilium (ann. 1097). — Amatus, Burdigalensis archiepiscopus, habuit hoc concilium cum archiepiscopo Auscensi et pluribus aliis episcopis et abbatibus. S. Petri de Narcistais ecclesia ibi abbati S. Joannis de Angeriaco adversus abbatem S. Maxent. adjudicata est, S. Urbanus II, papa, CLI, 244.

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 507). — Ea fuit occasio hujus synodi quod rex Trasimundus Byzacenæ episcopis catholicis vita functis, successores ne darentur prohibuit. Episcopi vero in concilium congregati statuerunt contra principis prohibitionem. Unde nova persecutio, S. Leo, LVI, 120.

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 541). — In hac varia de disciplina statuta sunt et rescriptio Justiniani imperatoris approbata, *ibid.*

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 602) — Habita summi pontificis S. Gregorii Magni jussu, ut hujus provinciæ primatis Clementii de gravibus criminibus insimulati res examinetur, *ibid.*

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 646). — Hujus fuit convocator synodi Stephanus provinciæ primas. Qui anathemate falsam doctrinam Monothelitarum Constantinopol. percutiens, solemniter confessus est duas in Christo voluntates et duas operationes, *ibid.*

Cabarsussitanum conciliabulum (ann. 393). — Damnavit definitive Primianum Donatist. et episc. Carthaginens. Ibi sederunt centum episcopi sectæ Maximianistarum, S. Optatus, Prolegom., XI, 861.

Cabilonense concilium (ann. 470). — Paulo episcopo Cabilonensi mortuo, magnum dissidium fit in hac Ecclesia factionibus trium competitorum. Sanctus vero Patiens Lugdunensis arch. cujus munus erat successoris ordinationem procurare, se cum S. Euphronio Cabilonem contulit; eoque advenerunt alii provinciæ episcopi qui sortem electionis jecerunt in S. presbyterum nomine Joannem, qui tam altum tacens nihil petebat. Ille vero pius et sanctus archidiaconus de se bonam existimationem omnibus dedit ex quo electus fuerat; quæ electio firmata fuit hujus episcopi, S. Gregorius Turon., LXXI, 345.

Cabilonense concilium (ann. 579). — Salonius Embrodunens. episc., et Sagittarius episc. Vinpincens., qui in concilio Lugdunensi, ann. 567 depositi fuerant, a rege Guntramno licentiam se Romam conferendi impetraverant: summus pontifex Joannes III deceptus eis pepercerat, et sedem suam episcopalem reddiderat. Sed denuo ipsis relapsis, habuit rex apud urbem Cabilonem concilium in quo denuo etiam depositi sunt ab episcopatu, *ibid.*

Cæsaraugustanum concilium (ann. 380), habitum contra hæreticos Priscillianistas quorum sectæ primus auctor fuit Marcus e Memphi in Ægypto ortus qui fuit magicæ artis peritissimus et sectator dogmatis quod finxit Manes, S. Leo, LV, 996.

Cæsaraugustanum concilium (ann. 418). — Hoc habitum fuit in forma collationis (*conférence*) cui interfuit Emeritus unus ex Donatistarum episcopis; in quo S. Augustinus alternis vicibus et populum et Donatistas hortatus est, ut hos ad unitatem fidei adduceret. Sed Emeritus adhæsit alto silentio, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 317.

Capuanum concilium (ann. 389-391). — Habitum fuit eo fine ut finiatur Antiochenum schisma, a canonibus Ecclesiæ Africæ habetur plenarium; absentia vero Flaviani episc. Antiocheni prohibuit ne rei conclusio fiat. Attamen pro stabilienda pace, statutum fuit omnibus Orientis episcopis communionem dare quarumcunque partium sint, dummodo fidem catholicam confiterentur. Tractatum etiam fuit de eo quod negabat Bonosius episcopus, id est, Matrem Salvatoris post partum virginem permansisse. Hunc Novatorem ad arch. Thessalonicens. et comprovinciales remisit qui eum, in concilio congregati damnaverunt, S. Damasus papa, Prolegom., XVI, 339.

Carisiacum concilium (ann. 838). — Ea sunt verba docti Mansi de hoc concilio: Eodem quoque anno, id est 838, in synodo Carisiaca iterum auditi Anisolenses monachi, iterum rejecti; pœnaque depositionis ab omni sacerdotali gradu mutati sunt. In hoc eodem concilio, Florus, presbyter Ecclesiæ Lugdunensis, notior sub hoc nomine diaconus Florus, denuntiavit et vias aperuit ad damnanda liturgica opera Amalarii chorepiscopi Lugdunensis. Hincmarus Rhem. arch., CXXV, 85.

Carisiacum concilium (ann. 842). — Hoc concilium convocatum est pro matrimonio Caroli Calvi cum Hermentrude, *ibid.*

Carisiacum concilium (ann. 849). — Citatus est, ex jussu Hincmari, monachus Gotescalcus ante hunc consessum quem habebat Carisiaci rex Carolus. Ibi sederunt duodecim episcopi. Gotescalcus de sua doctrina interrogatus hæreticus judicatus est et inemendabilis, et a presbyteratus ordine quem a Rigboldo chorepiscopo sine assensu Rothadi Suessionens episc. acceperat, depositus est, *ibid.*

Carisiacensis synodus (ann. 855). — Hæc synodus habita fuit sub Benedicto III, Flodoardus canonicus Rhemensis, CXXXV, 231.

Carpentoractense concilium (ann. 527). — Huic præfuit S. Cæsarius Arelatensis, sub pontificatu Felicis IV, regnante Athalarico Italiæ rege. Patres suspensionis pœna pro anno de sacris Agræcium Antibarum episcopum percusserunt, quod ad concilium non venerit, et irregulares fecerit ordinationes. Ibi sederunt sexdecim episcopi qui canoni ad bonorum parochialium administrationem spectanti subscripserunt, S. Cæsarius, LXVII, 1287.

Carrofensis synodus (ann. 989). — Gumbaldus arch. Burdegal. habuit hanc synodum cum sex aliis episcopis Aquitaniæ, in monasterio Carrofensi, in diœcesi Pictaviensi. Patres ibi tres condiderunt canones, Letaldus Miciac. mon., CXXXVII, 824

Carrofensis synodus (ann. 1027). — Hæc habita fuit adversus errores Manichæorum qui in Gallias grassabantur, et in confirmationem pacis, *ibid.*

Carrofensis synodus (ann. 1080). — In hac synodo abbas Sancti Maixenti delationem tulit legato Amato, episcopo Oleronis, adversus abbatem Mustiensem-novum cui comes Gui bona dederat quæ abbati S. Maixenti abstulerat, *ibid.*

Carthaginense concilium I (ann. 251). — Hoc concilium decrevit excommunicationem contra Felicissimum schismatis Africani infelicem auctorem, et contra quinque illos presbyteros Carthaginenses fidei desertores ac schismaticos sectarios jam antea bis excommunicatos. — Decrevit etiam lapsos pœnitentiam agentes in Ecclesiæ communionem esse recipiendos, sed non citra necessitatem urgentem ante tempus satisfactionis impletum, Tertull., III, 849.

Carthaginense concilium II (ann. 255). — Hoc concilium definivit lapsis reditum ad Ecclesiam postulantibus concedendum esse post sibi impositæ pœnitentiæ adimpletionem, *ibid.*, 851.

Carthaginense concilium III (ann. 256). — In hoc concilio constitutum est: 1. Ut omnino deponatur, nisi abstineatur, ille Diaconus quem Rogatianus de proteria et convictis sibi illatis denuntiaverat. 2. Confirmavit decretum alicujus concilii antecedentis contra Germinium Victorem Christianum, prohibendo ne nomen ejus in oblatione sacrificii apud altare nominaretur. 3. Responsum esse videtur baptismum infantulorum in casu necessitatis ante octavam diem accelerandum esse, Tertull., III, 1013.

Carthaginense concilium IV (ann. 258). — Hoc concilium decrevit contra Basilidem et Martialem Hispaniæ episcopos, libellaticos posse quidem ad agendam pœnitentiam admitti, verum ab ordinatione clericali atque a dignitate sacerdotali recte prohiberi, sua etiam episcopali dignitate recte spoliatos, *ibid.*, 1019.

Carthaginense concilium V (ann. 258). — Hoc concilio ob dubitationem, quam alii alio sentirent in quæstione rebaptizationis, tandem definitum est, cum unum sit in sancta Ecclesia baptisma, neminem foris extra Ecclesiam baptizari posse, et additum est illos qui a Catholicis rite baptizati ad hæreticos defuissent non per baptismum sed per solam manuum impositionem recipiendos esse, si ad Ecclesiam redire contendant, *ibid.*, 1035.

Carthaginense concilium VI (ann. 258). — Hoc concilium decrevit ut qui apud hæreticos aut schismaticos tincti sunt, redeuntes ad Ecclesiam baptizarentur. 2. Ut qui in Ecclesia presbyteri vel diaconi ordinati, in schisma dilapsi sint, aut ab hæreticis promoti sint, revertentes ut laici communicarent, salvo tamen concordiæ vinculo cum episcopis qui aliter sentirent, *ibid.*, 1441.

Carthaginense concilium VII (ann. 258), sub Agrippino episc, habitum, pronuntiavit unanimi ore contra baptisma ab hæreticis collatum. Hujus concilii acta disperdita sunt, *ibid.*, 7051.

Carthaginense concilium VIII (ann. 258). — Hoc concilium, sive verum sive falsum sit, in hac collectione, ait Baluzius, ponitur, quemadmodum nonnulla concilia refe-

runtur in vulgatis editionibus conciliorum quæ tamen non constat habita fuisse, *ibid.*, 1101.

Carthaginense concilium (ann. 311). — In hoc conciliabulo Botrus et Celeusius vel potius 70 episcopi schismatici Cecilianum episc. Carthag. damnaverunt, S. Optatus, XI, 777.

Carthaginense concilium (ann. 349), sub Grato episc. habitum. — Primum dicitur non quod antea nullum fuerit habitum, quia vero maxime antiquum orthodoxum et approbatum inter ea quæ ibi convocata sunt. In hoc concilio Deo gratiæ aguntur de unitate procurata, *ibid.*, 803.

Carthaginense concilium (ann. 390). — Huic præfuit Genethelius vel Genedius episc. Carthag. Hoc concilium vocatum est in Carthag. Statuit de continentia episc., presbyt. et diacon , *ibid* , 1195.

Carthaginense concilium (ann. 401). — Hoc concilium fuit ab Aurelio in secretario basilicæ Restitutæ convocatum. Tractat de parvulis apud Donatistas baptizatis, *ibid.*

Carthaginis synodus (ann. 412). ab Aurelio coacta adversus Cœlestium, Honorio X et Theodosio VI CC, Marius Mercator, XLVIII, 321.

Carthaginis synodus (ann. 416), ab Aurelio coacta adversus Pelagium et Cœlestium absentes , Theodosio Aug. VII et Junio IV, Palladio CC, *ibid.*, 331.

Carthaginense concilium (ann. 416), habitum contra Pelagium et Cœlestium, S. Prosper Aquit., LI, 101.

Carthaginis synodus (ann. 418), coacta ab Aurelio, Honorio XII et Theodosio VIII, Marius Mercator, XLVIII, 347.

Carthaginis synodus (ann. 418), ab Aurelio ex omnibus Africæ provinciis collecta, Honorio XII et Theodosio VIII, CC, *ibid.*, 350.

Carthaginis synodus (ann. 418), quæ ibidem habita est, *ibid.*, 353

Carthaginis synodus (ann. 418), ab Aurelio congregata ex tota diœcesi Africæ, *ibid.*, 358.

Carthaginense concilium universale (ann. 418). — Indictum est hoc concilium 1° Maii die apud Carthaginem, S. Optatus, XI, 821.

Carthaginense concilium (ann. 419), sub Aurelio habitum. — In hoc conventum est inscribere in actis concilii Carthagin. tres et triginta canones decretos in præcedentibus conciliis de continentia clericorum, usura, consecratione sancti chrismatis, reconciliatione publica pœnitentium, etc., *ibid.*, 862.

Carthaginense concilium (ann. 419). — Hoc concilium damnavit ut antea Pelagium et Cœlestium, an. 419, S. Optatus, XI, 1502.

Carthaginense concilium (ann. 525). —Hoc concilium a Bonifacio episc. convocatum, in secretario Ecclesiæ S. Agilæi martyris, habitum fuit. Confirmavit privilegia Ecclesiæ Carthag., *ibid.*, 847.

Carthaginense concilium (ann. 534), sub Reparato habitum — Hoc de episcopis Arianis qui ad rectam fidem redierint, decrevit ut a dignitatibus ecclesiasticis arcerentur; ibi lecti sunt veterum conciliorum canones, multaque decreta lata fuerunt pro reparanda ecclesiastica disciplina, *ibid* , 813.

Carthaginense concilium (ann. 550). — Hoc concilium non est approbatum. Episcopi ibi sedentes excommunicare papam Vigilium ausi sunt, quia hic summus Pontifex tria capitula damnaverat, et ad imperatorem Justinianum quem in partes eorum attrahere tentabant, scripserunt. Justinianus vero rescriptum promulgavit in quo Africanos episcopos refutans papæ Vigilii se ultorem ostendebat, S. Isidorus Hisp., LXXXIV, 226.

Causeiense concilium (ann. 995). — Habitum sub Leone abbate monasterii Sancti Bonifacii urbis Romæ et papæ Joannis legato. In hoc Arnulfus pacis Ecclesiæ exturbator damnatus fuit et seipsum sacerdotio exuit, Sylvester II papa, CXXXIX, 347.

Chalcedonense concilium (ann. 451), ubi præfuit Paschasinus cum legatis S. Leonis papæ. — Illud congregatum fuit tanquam tempestatibus quibus tunc agitabatur sancta Ecclesia efficax remedium. Episcopi in conciliabulo Ephesino depositi instanti oratione hoc ab imperatore Marciano petiverant. Ibi contra Euthychetem et Dioscorum olim Alexandriæ episc. sententiam tulerunt tres legati summi Pontif. Paschasinus, Luccutius et Bonifacius his verbis : Nefaria a Dioscoro commissa nota sunt ; in sua communione recepit Eutychetem ab episcopo suo damnatum, quod negavit Ephesi, sustinere pergit nedum veniam imploret, nec epistolam Leonis ad Flavianum legi permisit, necnon summum Pontificem excommunicavit. Multum de eo quesitum est : Citatus ter, ad jussionem non venit ; itaque sanctissim. arch. Romæ Leo, per nos et per istud concilium cum apostolo S. Petro qui est petra basisque et fundamentum catholicæ Ecclesiæ, eum dignitate episcopali, et omni ministerio sacerdotali spoliavit. Ibi adhuc receptæ sunt Epistolæ synodales S. Cyrilli, tam ad Nestorium quam ad Orientales directæ, ut dogmati Nestorii rejiciendo aptæ et definiendo canonice symbolo veræ fidei. In hoc et alia multa et in variis sess. tractata sunt. Huic consederunt sexcenti Patres, S. Damasus papa, XIII, 364.

Cirthense concilium (ann 305). — In hoc in gratiam reconciliati fuerunt et veniam acceperunt episcopi qui, grassante persecutione, paganis sacros libros tradiderant et quibuscum communicare ex Africano proconsulari concilio interdictum erat, S. Augustinus, XXXIII, 161, 580.

Cirthense concilium (ann. 412). Huic concilio præerat Sylvanus episc. et Numidiæ primas. Contra Donatistas convocatum fuit illud concilium, S. Optatus, *Appendix hist. Carth. coll.*, XI, 1451.

Claramontanum concilium (ann. 1095), ubi factum est decretum pro communione sub utraque specie. — Hoc convocavit S. Robertus Pullus, Urbanus II papa, CLXXXVI, 1036.

Clarendonense concilium (ann. 1164). — Consessus omnis regni Angliæ. Ibi stabilita sunt præcepta votis regis conformia, contraria vero Ecclesiæ libertatibus. S. Thomas iis subscripsit articulis quos vocant jura regalia. Fuit enim impulsus ab aliis episcopis et regni magnatibus. Sed postea tanto fuit dolore commotus ut non ausus fuerit celebrare , antequam a summo pontifice absolutus fuerit, S. Thomas Cantuar., CLXXXVIII, 131.

Compendiense concilium (ann. 825). — Hoc concilio de rebus sacris illicite usis actum est; et in eodem imposita denuo fuit pœnitentia Ludovico Debonnario pro aliquot culpis quarum emendationem promisit, S. Agobardus, CIV, 230.

Constantiense concilium (ann. 1094). — Huic Hebehardus Constantiæ episcopus et Urbani II papæ legatus in Alemannia, præfuit. Ibi incontinentia clericorum et violentia Simoniacorum damnatæ sunt. Actum est etiam in causa Praxedis reginæ quæ dimisso clam Henrico imperatore, ad Mathildem confugerat, S. Urbanus II papa, CLI, 126.

Constantinopolitanum concilium œcumenicum II (ann. 381). — Hoc concilium constituit inter multa, hæreticos qui rectæ fidei adjicientur, et plures alios unctione chrismatis esse recipiendos; Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos ; Eunomianos vero , Montanistas Phrygas , Sabellianos et plures alios qui tinguntur sola immersione, baptizandos esse, Tertullianus III, 1243.

Constantinopolitanum concilium (ann. 382). — Hoc concilium sub imperatore Theodosio et ejus jussu congregatum fuit ad solvenda varia inter quæ negotium quod ad Flavianum spectabat. Huic bis a suis ministris ad eum deputatis concilio invitatus est Gregorius Nazianzenus qui dedit excusationem quod onustus infirmitatibus et morti proximus nihil jam agere poterat, S. Leo, LIV, 955.

Constantinopolitanum concilium (ann. 383). — Ea fuit causa hujus concilii quod imperator Theodosius cui nihil erat antiquius pace imperii et Ecclesiæ, omnium sectarum particularium episcopos habere concilium ut unitatis fructus et unius sententiæ ex eorum collationibus colligeretur, jussionem fecit, *ibid.*

Constantinopolitanum concilium (ann. 448). — A S. Flaviano habitum contra Eutychetem. Hic ter citatus ad concilium venit tandem et a patricio Florente cum interrogaretur an confiteretur duas naturas in Christo post incarnationem, respondit : Confiteor Christum habuisse duas naturas ante unionem, sed post unionem, solam confiteor. Unde anathematizatus est, *id.*, LV, 1098.

Constantinopolitanum concilium (ann. 449). — Eutyches damnatus in præcedenti, ad S. Leonem papam appellavit; in hoc, post discussionem factam actorum concilii recens habiti, exponere suam fidei confessionem ab imperatore jussus est, *ibid.*

Constantinopolitanum concilium (ann. 450). — Theodosio mortuo, ejus successor lætanter legatos S. Leonis hospitatus est. Mox Anatolius, cujus substituti ordinationis in locum Flaviani Constantinop. episcopi, a S. Leone Theodosius approbationem petierat, congregavit hoc concilium episcoporum qui tum in urbe aderant, abbatum, presbyterorum et diaconorum. Lecta est S. Leonis ad Flavianum epistola, cui subscripsit Anatolius dicens : Nestorio, Eutycheti et eorum dogmatibus anathema, *ibid*, 1214.

Constantinopolitanum concilium (ann. 519). — Hoc habitum est quia Timotheus sedem episcopalem et patriarchalem Alexandriæ usurpaverat, et cum sæviret adversus orthodoxos, plures catholici episcopi ad imperatorem

Leonem miserunt supplicationem petentes Timothei depositionem et patriarchæ canonicam electionem : quod fuit causa hujus concilii, *ibid.*, 1219.

Constantinopolitanum concilium (ann. 532). — In hoc, ex jussione imperatoris, per tres dies continuos, orationes ac disputationes inter se habuerunt sex episcopi orthodoxi, et sex episcopi partibus Severi, Antiochiæ Eutychiani patriarchæ faventes. Sed veritas de errore triumphavit et unus ex heterodoxis ad fidem conversus est cum multis clericis et monachis, *ibid.* 975.

Constantinopolitanum concilium (ann. 543). — Hoc concilium coactum est a Menna Constantinopolit. patriarcha in causa Origenis et origenistarum, Liberatus, LXVIII, 1059.

Cordubense concilium (ann. 349).— Huic præerat Osius; fuit contra sectatores Arii celebratum, Osius Cordub. episc., Epist. ad Constantium, VIII, 1327.

Cordubense concilium falsum (ann. 852). — Jussu Abderami regis Mahumeti sectatorum convocatum, decreta ibi prohibitio ad martyrium se offerendi et condemnatio cultus talium martyrum. S. Eulogicus sacerdos Cordubensis in opere cui titulus : *Memoriale sanctorum* illud impugnat et rejicit tanquam falsum, *ibid.*

Danubii juxta ripam concilium (ann. 741). — Hoc concilium a S. Bonifacio et uno legato S. sedis habitum fuit. Rem clerici sive laici qui inemendabiliter a lege Domini declinaret, ad papam deferri, concilium jussit, S. Gregorius III papa, LXXXIX, 584.

Diospolitanum concilium (ann. 415). — Contra Pelagium habitum est, in quo quidem absolutus fuit et ejus doctrina damnata, siquidem ipse eam anathematizare coactus est ut vitet suam damnationem : qui errores Pelagii in codice ab episcopis Eroe et Lazaro collecti fuerant, ut in hoc concilio ante Patres sedentes legerentur. Sed Pelagius in audientia errorum, eos decipere novit, ore confitendo fidem veram quam corde negabat, S. Augustinus, XXXIII, 776, 827.

Ebroicensis synodus (ann. 1576). — In hac æstivali synodo actum est de instauratione disciplinæ ecclesiasticæ iniquitate temporis collapsæ; habita fuit sub Claudio Ebroicens. episc., Joannes Rothomag., CXLVII, 239.

Egarense concilium (ann. 615). — Egara, urbs Hispaniæ erat, hodie Tarraca vel Tetrassa. In hac urbe habitum fuit hoc concilium de celibatu presbyterorum, diaconorum et subdiaconorum, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 614.

Elenense concilium (ann. 1027). — Hoc habitum fuit ab Oliba pontifice Ausonensi ad vicem Berengarii Elenensis episcopi. Ibi actum est de pace et de aliquot disciplinæ Officium divinum per tres menses pro excommunicatis fieri, ut conversio eorum impetraretur, statutum est, S. Urbanus II papa, CLI, 742.

Eliberitanum seu *Illiberitanum* concilium et in Hispania habitum (ann. 303 vel 309). — Unum et octoginta canones Patres qui ibi sederunt, condiderunt de disciplina ecclesiastica, S. Leo, LV, 1019.

Epaonense concilium (ann. 517). — Primo anno regni Sigismundi quem S. Avitus episcopus Viennensis ad fidem converterat, fuit habitum hoc concilium. Ille episcopus huic præfuit. Ibi quinque viginti Burgundiæ sederunt episcopi qui canones quadraginta condiderunt, S. Dionysius Exiguus, LXVII, 994.

Ephesinum concilium (ann. 245). — Habitum est vel in aliquo alio loco Asiæ proconsularis. Quod convocatum est contra hæreticum Noel et Paulum Samosatens. In quo concilio recitata fuit quædam fidei expositio de verbo ὁμούσιος quod rejiciebat ille hæresiarcha, S. Damasus papa, Prolegom., XIII, 303.

Ephesinum concilium (ann. 401), habitum contra Nestorium, eum damnat cum multis pelagianis, S. Prosper, LI, 594.

Ephesinum concilium (ann. 431). — In Messalianos et Euchitas necnon in causa Eusthatii habitum est. In hoc eodem sederunt ducenti episcopi adversus Nestorium Constantinopolitanum episcopum qui purum hominem ex S. Virgine Maria natum asseruit, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque sejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 151.

Ephesinum conciliabulum (ann. 431), ab illis episcopis qui Nestorii partibus favebant congregatum in diversorio. Ibi depositi sunt S. Cyrillus et Memnon episc. Ephes., S. Prosper, LI, 594.

Ephesinum concilium (ann. 444), in causa Eutychetis congregatum, S. Prosper, LI, 601.

Ephesinum concilium (ann. 449), quod in latrocinium transivit, quia in hoc, omnibus subversis principiis, Flavianus et Eusebius Dorytei damnati a Dioscoro fuerunt S. Leo, LIV, 966.

Exolunidense concilium (ann. 1081). — Hoc concilium, habitum fuit a legatis Hugone de Die et Amato Oleronis. Ibi excommunicati sunt Exolunidenses clerici quod processionaliter non acceperint unum ex his duobus legatis, D. Ivo Carnot., CLXII, 182.

Forojuliense concilium (ann. 796). — A sancto Paulino congregatum fuit hoc concilium, in causa sacrosanctæ Trinitatis et Incarnationis Verbi divini, sub Leone papa III, S. Paulinus Aqu. Patr., XCIX, 283.

Floriacense concilium (ann. 1110). — Hoc habitum fuit a Legato Richardo Albano episcopo. Excommunicati fuerunt qui vexationibus in Ecclesiam Mauriæ sontes se rederent, S. Ivo Carnot., CLXII, 219.

Francofordiense concilium (ann. 794). — Jussione Magni Caroli imperat. contra Elipandum et Felicem Urgell. episc. Ibi damnati sunt eorum errores de adoptione quam Filio Dei tribuebant. In hoc sederunt trecenti Patres, Cœlius Sedulius, Prolegom., XIX, 517.

Francofordiense concilium (ann. 1006). — In hoc statutum est de Constitutione episcopatus Bambergensis. Occasio hujus erectionis fuit S. imperatoris Henrici II desiderium locum sui ortus honorandi. Cum episcopus Witzburgensis frustra expostulasset hujus novæ sedis ordinationem, servando suam sedem cum titulo archiepiscopi, obstitit, sed adhuc frustra, petitioni imperatoris, S. Henricus imperat., CXL, 384.

Fussellense concilium (ann 1104) — Hoc concilium convocatum est ut componerentur limites diœcesum Burgos et Osma. Aliquot alia ibi etiam statuta fuerunt, S. Urbanus II, CLII, 32.

Gallicanum concilium (ann. 197). — In quo Montanus damnatus est, S. Leo, LVI, 53.

Gallicanum concilium (ann. 353). — S. Hilarius Pictav. convocavit plura in Galliis concilia contra Arianos. In hoc Patres Saturnini Valentis et Ursacii communionem abdicaverunt, *ibid.*

Gallicanum concilium (ann 362). — In hoc concilio statuerunt Patres admittendos esse qui Arianum dogma abjurarent, dummodo fidem Nicænam profiterentur, *ibid.*

Gallicanum concilium (ann. 371). — In isto fides in S. Trinitatem confirmata fuit, et Patres ad papam reclamaverunt adversus quoscunque qui hanc fidem negarent, *ibid.*

Gallicanum concilium (ann 429).— Habitum fuit eo tempore quo Pelagiana hæresis Britanniæ regionem nunc Angliam infestabat. In hoc periculo veræ fidei, Catholici Angliæ ab episcopis Galliarum auxilium petierunt adversus errorem. Ea fuit causa hujus concilii in quo S. Germanus Antiss. et S. Lupus Trecensis sederunt, ut defensores gratiæ J. Christi, *ibid.*

Gallicana synodus (ann 451). — Ibi sederunt quatuor et quadraginta episcopi qui S. Leonis ad Flavianum Antiochiæ patriarcham epistolam approbaverunt. Cui præfuit Ravennius Arelatensis. Epistola supra memorata contra Eutychetem scripta erat, *ibid.*, 1236.

Gallicanum concilium (ann. 516).— In isto concilio cum quidam dogmatis Ariani amator objectionibus S. Remigii respondere impar erat, ad veram fidem conversus est, *ibid.*

Gallicanum concilium (ann. 796). — Videtur hoc concilium Turonensem apud urbem habitum fuisse, Caroli Magni jussu, in causa Josephi Cenomanens. episc. qui a clero diœcesano pro duris et barbaris accusatus fuerat cruciatibus. Jamjam damnandus sub militari veste aufugit, nec depositionem vitavit, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 178.

Gangrense concilium (ann. incert. 361). — Habitum fuit hoc concilium in metropoli Paphlagoniæ contra Eustathianos et Manichæos. Juxta Baronium huic concilio præfuit Cordubensis Osius velut legatus papæ Sylvestri. In hoc consessu viginti canones conditi sunt. Ibi sederunt quindecim episcopi, S. Leo, LV, 979.

Germanicum concilium (ann. 744). — Huic præfuit S. Bonifacius legatus sanctæ Sedis. Patres capitulare in viginti octo articulos partitum, quorum plures spectant quidem magis ad societatem civilem, qui vero tunc temporis non minus ad res ecclesiasticas tendebant, S. Bonifacius arch. Mog., LXXXIX, 807.

Germanicum concilium (ann. 759), loco incerto, fortasse apud Constantiam urbem. — Juxta Collectionem conciliorum Allemaniæ, Guarinus et Ruithardus fisco mancipati, Othmarem, S. Galli abbatem, in carcerem conjecerunt sicuti reum pravorum et libidinosorum. Cujus abbatis crimen erat in eo quod questus esset, et queri etiamnum vellet de eorum exactionibus, *ibid.*

Germanicum concilium (ann. 850), loco incerto. — Ibi

quæstio fuit an diœceses Bremensis et Hamburgensis in unum colligerentur, *ibid.*, 830.

Gerundense concilium (ann. 517). — Ibi cum sex aliis episcopis præfuit metropolitanus Tarraconensis, et decem canones de liturgia et disciplina condiderunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 314.

Gerundense concilium (ann. 1019). — In hoc, Petrus episcopus hujus urbis, suffragiis plurium astantium in civitate episcoporum canonicam constituit vitam, *ibid.*

Gerundense concilium (ann. 1097). — Habuit hoc concilium archiepisc. Tarraconensis cum tribus episcopis. Statutum est de confirmandis libertatibus ecclesiasticis, S. Urbanus II papa, CLI, 230.

Hiberniensia concilia (ann. 450 vel 466), duo sub nomine S. Patricii, quorum manuscriptum pervetus exemplar in bibliotheca Benedictinorum Cantabrigiæ servatur, S Leo, LVI, 302.

Hiberniense concilium (ann. 795), fere incognitum nisi citetur a quodam auctore (*Vid.* Duguet, dissert. 17, de 1 et 2 canone concilii Ancyrani), dicente unum concilium Hiberniense habitum ann. 795 et initio pontificatus Leonis III, ex his duobus canonibus, de scandalo quod afferret in populo presbyter ad pœnitentiam publicam admissus concludit, *ibid.*

Hipponense concilium (ann. 393) generale totius Africæ, ab Aurelio convocatum et cui præfuit. — Inter alias constitutiones quas de disciplina ecclesiastica fecerunt Patres, in hoc concilio statutum est celebrationem festi Paschatis quotannis in concilio quod haberi solitum erat declarandam esse. *Monumenta vetera*, S. Optatus, XI, 1185.

Hipponense concilium (ann. 397), generale Africæ, ab Aurelio apud Hipponam convocatum, de Donatis is episc. Carth. de clericis Donatistis in numero laicorum recipiendis, *ibid.*

Hipponense concilium (ann. 422). — In hoc concilio damnaverunt Antonium episc. Fussalens. quem spoliaverunt gubernatione episcopali, nec tamen eum ab episcopatu deposuerunt Patres, *ibid.*

Hipponensis synodus (ann. 426). Ab S. Augustino ætate provecto convocata fuit. In ea sibi successorem in episcopatu elegit presb. Heraclium, *ibid.*

Hispalense, Spalense concilium I (ann. 590). — S. Leander Hispalensis episcopus habuit hoc concilium cum septem suffragantibus, quinto anno regis Recaredis, Isidorus Mercator, CXXX, 593.

Hispalense vel *Spalense concilium II* (ann. 591). — Hoc concilium habitum fuit in sacrario ecclesiæ dictæ Hierosolyma, sub rege Sisebuto et papa Bonifacio V. Huic præfuit S. Isidorus Hispalensis, et septem alii ibi sederunt presbyteratus et duo laici titulo illustres; Pisisellus provinciæ Beticæ gubernator, *ibid.*, 595.

Hispanicum concilium (ann. 362). — In hoc concilio congregati episcopi, omnes qui ad veram fidem redirent esse admittendos statuerunt, dummodo fidem Nicænam reciperent, et doctrinam Euzoii et Eudoxi impiam anathematizarent, S. Leo, LVI, 218.

Hispanicum concilium (ann. 793). — Hoc fuit habitum ab Hispanicis episcopis. Errorem infauste Elipandi et Felicis Urgelli adoptarunt, eum corroborare aliquot textibus SS. Patrum fœdatis conantes, *ibid.*

Iconiense concilium (ann. 258). — Hoc concilium *constituit ac decrevit* contra Cataphrygas et omnes alios hæreticos nihil eorum quæ ab hæreticis facta sunt, ab Ecclesia catholica recipiendum esse : ordinationes, baptismum, manuum impositionem, quidvis sacrum ab hæreticis administratum, invalidum esse. Quoad vero spectat hoc concilium, Stephanus papa episcopos Orientales hæc constituentes excommunicat, apostolicæ Sedis communione privat : ipsam vero synodum erraticam contra apostolorum traditionem erroneum dogma confirmantem, reprobat, Tertullianus, III, 1152.

Ilerdense concilium (ann. 524). — Hoc concilium habitum fuit, juxta cardinalem d'Aguirre, quinto decimo anno regnantis in Hispania Theodorici. Ibi octo episcopi vel potius novem sedentes ut testantur acta, sexdecim canones confecerunt, Dracontius, LX, 796.

Iledrense concilium (ann. 1229). — Joannes cardinalis-legatus et Sabinæ episcopus, habuit hoc concilium in quo sedentes Patres de disciplina ecclesiastica et notanter de clericorum agendi ratione statuta unumque particulare pro bona Ecclesiæ Barcinonensis administratione constituerunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIX, 321.

Ilerdense concilium (ann 1237). — In hoc negotium datum S. Francisci et S. Dominici religiosis hæreticos quærendi, *ibid.*

Illyricanum vel *Illyricum concilium* (ann. 368 vel 370 seu 375), quod, imperatore Valentiniano jubente, congregatum est. — Ea fuit causa convocationis, ut finem contestationibus quæ de doctrina adhuc agitabantur in Asia et Phrygia, Patrum decreta imponerent, et aliquot malis quæ committebantur in episcoporum ministrorumque ordinis inferioris electione. Disputationes versabantur præsertim de natura S. Spiritus quæ ab heterodoxis secreta fuerat a natura Patris et Filii; quod hæresim Macedonii refricabat. Decretum concilii ad episcopos Asiæ et Phrygiæ fuit directum cum epistola synodali, S. Damasus papa, Prolegom., XIII. 136.

Illyricum concilium (ann. 415). — Hoc concilium habitum fuit in gratiam Perigenis sacerdotis Corinthi, qui ordinatus fuerat episcopus urbis (vulgo Patras) in Thessalia, in diœcesi Illyriæ Orientalis, ab episcopo Corinthi, Alexandro. Cum incolæ urbis nollent eum accipere episcopum, concilium congregatum fuit ad conficiendas testimoniales de pietate et bonis moribus Perigenis coram papa litteras; sed fuit impar Roma pervicaciam vincendo obsistentium, et res in longum procrastinabat, cum Alexander Corinthi episcopus mortuus est, cui ille substitutus est, *ibid.*

Illyricum concilium (ann. 516). — Hoc concilium habitum est a Joanne episc. Nicopoleos, metropoleos veteris Epiræ. Ibi septem sederunt episcopi qui declarationem adversus Eutychianos et in gratiam communionis cum papa Hormisda confecerunt, Cassiodorus, LXIX, 950.

Illyricum concilium (ann. 550). — In hoc Illyrici episcopi trium capitulorum fautores audaeter surrexerunt contra Judicatum papæ Vigilii, et Benenatum qui surrexerat contra tria capitula damnarunt, *ibid.*

Italicum concilium (ann. 251 vel 255). — Hoc concilium sub papa Cornelio congregatum in causa hæretici Novatiani. Hoc insuetum ac alienum a recepto ecclesiastico more, quo concilia omnia ad illud usque tempus, ac etiam deinceps celebrata sunt, a certo aliquo determinatoque loco denominationem acceperat.

Vix proferri poterit concilium aliquod circa hæc tempora, quod *Italicum* dictum sit, et non potius *Romanum*, Damasus papa, Prolegom., XIII, 329.

Italicum concilium (ann. 381). — S. Ambrosius huic præfuit concilio quod forte habitum est Mediolani cujus erat episcopus. Patres hujus concilii artibus Maximi Cynici delusi sunt. Qui cum expulsus esset Constantinopoli ubi sedem tempore S. Gregor. Nazianz. episcopalem usurpaverat, adiit concilium, quod eum proclamavit patriarcham Constantinopolitanum, et habuit Nectarium intrusum. Patres ibidem Apollinaristas damnaverunt, et duas epistolas ad Theodosium Magnum imperatorem scripserunt, *ibid.*; S. Ambrosius, XVI, 951.

Juliobonense concilium (ann. 1080). — Illud a Willelmo Anglorum rege cum episcopis et proceribus Normanniæ apud Juliam bonam celebratum est, Gregorii VII papæ anno octavo, Philippi Francorum regis vicesimo. In hoc statutum est de pace Dei, de incestis matrimoniis et multis ad disciplinam spectantibus, Willelmus Conquestor., CXLIX, 1323.

Lampsacenum concilium (ann. 364). — In hoc concilio abrogata sunt quæcunque decreta in Constantinopolitano concilio ab Eudoxio et Acacio, dum e contra firmata fuerunt decreta concilii Seleuciæ. Valens imperator cum statuta hujus concilii a Patribus audivisset, omnia abrogavit, ad exsilium damnavit omnes sedentes, et Eudoxii fautoribus omnes tradi jussit Ecclesias, Cassiodorus, LXIX, 1075.

Langesiense concilium (ann. 1278). — Hoc concilium fuit habitum a Joanne de Montsoreau Turonensi archiepiscopo, et ibi sederunt ejus suffraganes qui sexdecim statuta fecerunt, S. Gregorius Turon., LXXI, 564.

Laodicense concilium (ann. 364). — Istud fuit in antiquis temporibus celebre; et ejus canones, numero sexaginta, semper magnam auctoritatem obtinuerunt, S. Leo, LVI, 714.

Lateranense concilium (ann. 649). — Hoc concilium habitum est contra Cyrum episc. Alexand. et Sergium episc. Constantin., Pyrrhum et Paulum qui tantum in Jesu Christo solam operationem et solam voluntatem admittebant. Hoc concilium in 20 canonibus de mysteriis Trinitatis et Incarnationis stabilivit fidem Ecclesiæ, et eosdem anathematizavit hæreticos, S. Optatus, XI, 844.

Lateranense concilium (ann. 1179). — Papa Alexander III cum imperatore Frederico reconciliatus hoc undecimum generale concilium convocavit pro tribus causis gravibus, quarum fuit prima, schismatis reliqua abolere; secunda, Valdensium hæresim damnare; et tertia restituere disciplinam ecclesiasticam quæ per tam longum schisma dilacerata fuerat, S. Bernardus, CLXXXII, 202.

Lateranense concilium (ann. 1215). — Hoc concilium a papa Innocentio III fuit convocatum, IV Lateranense, et

duodecimum œcumenicum. Ea fuit causa hujus concilii, terræ sanctæ recuperatio, disciplinæ Ecclesiæ universæ reformatio, bellorum et hæreseum exstinctio, fidei firmamentum et pacis restitutio. Ibi sederunt 412 episcopi, octingenti et amplius tam abbates quam priores, et legatorum copia magna pro absentibus. Papa ipse concilio protulit septuaginta decreta vel canones per expositionem fidei incipientes, Petrus Vallis, Ceruaius monach., CCXIII, 702.

Legionense concilium (ann. 1088). — Ibi statutum est officia ecclesiastica in Hispania celebrari S. Isidori secundum regulam, et scriptores postmodum scriptura Gallica in substitutionem Gothicæ usuros esse, S. Urbanus II papa, CLI, 85.

Lemovicense concilium II (an. 1028 et 1031). — In hoc concilio agitur de S. Martialis apostolatu, et multis ad disciplinam spectantibus.

Huic præfuit Jordanus hujus urbis episcopus, Jordanus Lemov. episc., CXLII, 1353.

Leucorum apud civitatem (Toul.) synodus. (ann. 916). — Drogo Tullensis episcopus abbatiæ S. Apræ ex voto sui abbatis, quos ab illo reclamabat vicina Ecclesia decumas restituit, Hincmar. Rhem., CXXV, 65.

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 971). — S. Gerardus Tullensis episcopus, ibi donationem fecit plurium Villarum Ecclesiæ S. Michaelis, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 982). — S. Gerardus episc. Tullensis in hac synodo confirmavit bona et privilegia abbatiæ S. Mansueti, *ibid.*

Leucorum synodus apud civitatem (ann. 983). — In hac quædam nova donatio Ecclesiæ S. Michaelis facta est, *ibid.*

Leucorum synodus apud civitatem (ann. 1050). — Papa S. Leo, aliis circumstantibus, hoc tempore, per translationem corporis, e loco ubi depositum erat, in ecclesiam abbatiæ S. Mansueti, canonizationem S. Gerardi fecit, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1072). — In hac synodo, ab episcopo Pibone pro donationibus a suis prædecessoribus et a seipso factis confirmatio sancita est, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1076). — In hac synodo, ejusdem episcopi mandatum in gratiam ecclesiæ vulgo *Notre-Dame*, a comitissa Sophia fundatæ et a seipso consecratæ, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1090). — In hac synodo, episcopus Pibo abbatissæ Spinalii Bariensem ecclesiam adjudicat, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1091) — In hac synodo, abbatiæ S. Leonis Tullensis, a Luctulfo cathedralis decano, dotatio facta, et ab episcopo firmata, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1105). — In hac synodo, Pibo ecclesiæ Sancti-Gengulphi Tullensis factas donationes confirmat, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1111). — In hac synodo, Riquinus provisor ecclesiæ Tullensis, sententiam judicii pronuntiat in gratiam abbatiæ Cluniac., *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1116). — Riquinus episcopus factus, novam donationem abbatiæ Sanctæ Apræ facit, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1122). — Episcopus Riquinus ibi donationem prioratus S. Dodonis abbatiæ Sancti Mansueti factam, confirmat, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1136). — Ab episcopo Henrico donationis abbatiæ S. Mansueti factæ confirmatio. *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1192). — Odo episcopus Tullensis ibi aliquot statuta adversus bonorum ecclesiasticorum usurpatores promulgavit, et aliud adversus Valdenses hæreticos quos ligatos ad se adduci jubet, ut eis meritam pœnam infligat, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1359). — In hac synodo Bertrandus de la Tour statuta lucidissima promulgavit. Abbatissis convenire ad synodum episcopalem jubet, *ibid.*

Leucorum apud civitatem synodus (ann. 1658). — Andræas Sausseius episc. Tullensis habuit hanc synodum diœcesanam ubi renovavit plura vetera statuta, alia reformavit, alia addidit. In Epistola pastorali prælatus zelo plenus synodum diœcesanam esse viam maxime utilem ad reformationem et emendationem morum asserit, *ibid.*

Lexoviense concilium (ann. 1055). — Huic Hermenfredus episcopus, legatus papæ, præfuit concilio. Ibi accusatus est Mauger Rothom. archiep. suam ecclesiam spoliavisse, et sua prodigalitate bona ejusdem dissipasse, in incontinentia vivere et non venerari Sedem apostolicam. His probatis, ille depositus est, unanimi ore sedentium episcoporum, et Maurillus in ejus locum substitutus, B. Lanfrancus, CL, 42.

Lingonense concilium (ann. 830). Albericus episc. Lingonensis ut donationes quas monasterio S. Petri vulgo de Bèze fecit, confirmarentur curavit, S. Leo, LVI, 312.

Lingonensis synodus (ann. 1017). — In hac synodo, S. Benigni monasterium Fructuariense a jurisdictione ordinarii exemptum est, *ibid.*

Lingonense concilium (ann. 1116). — Hoc fuit habitum ab archiepiscopo Viennensi vulgo Guy in medio rure inter Luz et Til chatel, in diœcesi Lingonensi, hodie Divionensi. Res aliquot particulares, ibi tractatæ sunt, *ibid.*

Liptinense concilium (ann. 743). — In hoc approbata fuerunt superioris synodi Germanicæ decreta novaque sanciuntur. Celebratum fuit sub Carlomanno majore domus regiæ. Ibi abbates et monachi receperunt Regulam sancti Patris Benedicti ad restaurandam normam regularis vitæ. In hoc quoque statutum est ut sub precario et censu aliqua pars ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitus retineatur, nec non ut adulteria et incesta matrimonia quæ non sunt legitima prohiberentur et amenderentur episcoporum judicio, et ne mancipia Christiana paganis non traderentur, S. Bonifacius arch. Mog., LXXXIX, 809.

Londoniense concilium (ann. 971). — Huic præfuit S. Dunstanus Cantuar. arch. Edgarus Angliæ rex, privilegia quibus ab hoc tempore monasterium Glastonieuse fruebatur, confirmavit, sibi et suis successoribus tamen servando jus ponendi in manibus abbatis quem elegissent monachi pedum abbatiate, Joannes XIV papa, *Monument, diplom.*, CXXXVII, 518.

Londoniense concilium (ann. 1075). — Hoc fuit coactum a B. Lanfranco Cantuar, arch. Adfuit ibi Thomas (d'York) Eboracensis archiepisc. Sederuntque plures abbates. Statutum est ibi de disciplina et fecerunt aliquot constitutiones, B. Lanfrancus, CL, 41.

Londoniense concilium (ann. 1078). — Huic præfuit Lanfrancus, Cantuar. arch. Statutum est aliquot sedes episcopales in vicis sitas transferendas esse in urbibus, B. Lanfrancus, *ibid.*, 42.

Londoniensia concilia (ann. 1085). — Duo hoc anno habita sunt ab archiepiscopo Lanfranco, ad hunc finem ut sedentes Patres reformarent et componerent disciplinam, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 475). — Iterum proscripta est hæresis Prædestinatorum. Illud nos docet Faustus in Præfatione sui tractatus *De gratia et libero arbitrio*, Jacobus Sirmondus, LIII, 681.

Lugdunense concilium (ann. 490). — In hoc concilio Patres Lucilii presbyteri audiverunt retractationem de suis erroribus quos rejecit quique in concilio Arelatensi denuntiati fuerant. Post hujus retractationis lectionem approbaverunt sedentes, S. Gregorius Turon, LXXI, 311.

Lugdunense concilium (ann. 575) — Interfuerunt huic concilio plures regni magnates, ubi Gregorii Turon. frater ab inimicis suis homicidii insimulatus, causam dixit et juramento crimen diluit, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 581 vel 586). — Hoc quod ordinarie dicitur tertium concilium Lugdunense, habitum fuit 22 anno regnantis Guntramni. Huic præfuit hujus urbis episcopus, cum aliis septem episcopis. Ibi sedentibus et duodecim delegatis aliorum absentium Patres sex canones condiderunt, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 814). — In hoc concilio Agobardus Lugdunensis arch. ordinatur in substitutionem Leidradi qui in monasterium apud urbem Suessionem secesserat, S. Agobardus, CIV, 76.

Lugdunense concilium (ann. 829). — Unum est quatuor conciliorum quæ fuerunt habita ex jussu imperatoris Ludovici Debonnarii. Superest tantum epistola synodica Agobardi, arch. Lugdun., Bernardi arch. Vienn. et d'Eaofou Fove episc. Cabilonensis imperatori qui de protectione Judæis concessa et de incommodis Christianis evenientibus quererentur, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 848). — Hoc concilium convocavit Amolo, de quodam presbytero nomine Godelcarius quem Usuardus abbas et archidiaconus comprehendi jussit, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 1055). — Hildebrandus S. Sedis legatus et postmodum papa Gregorius VII, tenuit hoc concilium adversus Simoniacos. B. Petrus Damianus S. cardinalem refert episcopum Simoniacum concilio sedentem suum crimen confiteri miraculo impulisse, ei jubendo alta voce dicere *Gloria Patri*. Episcopus hæc verba, *Et Spiritui sancto* emittere nequivit, Guillelmus Tyrens. episc., CCI, 1054; S. Gregorius Turon., LXXI, 311.

Macrianense concilium (ann. 934 vel 935) — Hoc con-

cilium finem habuit ut reprimerentur bonorum Ecclesiæ raptores et locorum sanctorum dilapidatores, Sidonius Apollinaris, LVIII, 328.

Marazanense concilium (ann. 418) — Baluzius hujus concilii tres canones servavit, *ibid*., 322.

Matisconense concilium (ann. 582). — Rex Guntramnus haberi hoc concilium anno 21 sui regni jussit et quinto anno pontificatus Pelagii. Ibi sederunt unus et viginti episcopi : cur habitum sit non dicitur. Sed episcopos pro necessitatibus pauperum congregatos effecisse ut veteres canones renovarent potius quam novos conderent, narratur, S. Gregorius Turon., LXXI, 455.

Matisconense concilium II (ann. 582). — Ex mandato regis Guntramni habitum fuit hoc concilium, *ibid*.

Matisconense concilium (ann. 585). — Cui præfuit S. Priscus patriarcha Lugdunensis. In hoc juxta consilium regis, causa dicitur episcoporum Gunnedebundi partibus faventium; Faustianus ordinatus episcopus urbis Aquæ Augustæ fuit depositus; Bertramnus Vazalensis (Vazacensis) lege Burdigalensis, Orestes et Palladius Santonensis qui eum ordinaverant ad suppeditandum ei necessaria vitæ damnati sunt sententia. Cæterum Patres viginti canones condiderunt, *ibid*.

Mediolanense concilium (ann. 346-349). — Hoc habitum est contra Photinum, jam damnatum in conc. Mediolan. nec subjiciebatur. In eo Ursacius et Valens veniam rogant, impetrant et dixerunt anathema Ario et ejus sectatoribus, S. Leo, LIV, 945.

Mediolanense concilium (ann. 353). — Jussu Constantii imperatoris habitum, prece audita papæ Liberii. Ibi damnatus est S. Athanasius, et quicunque subscribere damnationis sententiæ denegans in exsilium, jubente Constantio, actus est.

Ibi sederunt plusquam trecenti Occidentales episcopi, sed pauciores Orientis, S. Hilarius Pictav., X, 562.

Mediolanense concilium (ann. 451). — Ea fuit occasio hujus concilii. Postquam Eusebius Mediolan. episcopus a summo pontifice epistolam accepisset, illud convocavit ut, facta hujus lectione, lectionem faceret alius epistolæ Leonis papæ ad Flavianum. Quæ fuerunt approbatæ ab omnibus et inventæ Evangelii et Patrum doctrinæ conformes, S. Leo, LIV, 945

Meldense concilium (ann. 1082). — In collectionibus vulgaribus conciliorum legitur habitum fuisse concilium ubi Arnoldus ordinatus est episcopus Suessionensis, et aliud ubi Robertus fuit ordinatus episcopus Meldensis. Sed scriptor Mansi probat esse unum et idem. Actis hujus concilii charta addenda est qua comes Guarinus dat ecclesiam Sanctæ Margaritæ abbatiæ Cluniacen., S. Ivo Carnot., CLXII, 101.

Melphitanum concilium (ann. 1059). — Hoc concilium habitum fuit a papa Nicolao qui huic præfuit et pronuntiavit episcopi Tranensis depositionem canonice criminibus convicti. Vere similiter, in hoc concilio papa Northmannis dedit absolutionem omnium censurarum quas incurrerant, ea lege ut restitutionem facerent prædiorum apostolicæ Sedis, quæ usurpaverant, B. Urbanus II, papa, CLI, 56.

Melphitanum concilium (ann. 1089). — Urbanus papa celebrari jussit hoc concilium ubi adfuit dux Rogerius cum multis episcopis et comitibus Apuliæ, Calabriæ et omnium aliarum provinciarum, ibi condiderunt sexdecim canones, *ibid*., 57

Melphitanum concilium (ann. 1100).—Papa Paschalis II habuit hoc concilium mense Octobri, et ibi excommunicavit urbem Beneventanam quod obedientiæ Sedis apostolicæ sese substraxisset. Idem duas bullas in eodem concilio dedit, *ibid*.

Metense concilium (ann. 550). — Ibi sedentes ad successoris electionem S. Galli in sede episcopali Claramontani procedunt, S. Gregorius Turon., LXXI, 551.

Metense concilium (ann. 590). — Ibi Gilius Rhemensis arch. depositus est; in eodem consessu, Chrodieldis et Basina monacha S. Radegundis Pictaviensis, quæ excommunicatæ fuerant anno præcedenti, Ecclesiæ reconciliatæ sunt. Basina in suo monasterio introducta est, Chrodieldis vero ad villam qua eam rex donaverat, se contulit, *ibid*.

Metense concilium (ann. 845). — Rex Carolus haberi jussit hoc concilium in ecclesia Metensi S. Stephani, metropolitani, Venilo Senonensis, Hincmarus Rhemensis, et Rodolphus Bituricensis, ibi cum suis suffraganeis sederunt et octoginta canones condiderunt, Adventius Metens episcop., CXXI, 1149.

Metense concilium (ann 1204). — Ab abbate Cosemario S. Sedis legato convocatum, ad finem reconciliandi reges Galliæ et Angliæ qui divisi erant ob comitatum Pictaviensem quem rex Angliæ dicebat sibi usurpatum fuisse a Philippo Augusto Galliæ rege, *ibid*.

Milevitanum concilium generale (ann. 402). — Habitum fuit sub quinto consulatu Arcadii et Honorii imperatorum. Cui præfuit Aurelius Carthaginensis. Ibi plures canones Patres condiderunt, S. Leo, LVI, 116.

Milevitanum concilium II (ann. 416). — Convocatum est contra Pelagium. Patres ibi sederunt unus et sexaginta; et epistolam ad papam Innocentium mittunt, ab eo petentes errorum hujus Pelagii condemnationem, S. Optatus, XI, 1502.

Moguntina synodus (ann. 636). — Hujus consessus a rege Dagoberto facti objectum fuit ut donationem urbis et territorii Laudenburgensis basilicæ S. Petri de Worms, faceret, S. Agobardus, CIV, 31.

Moguntinum concilium (ann. 813). — Hoc convocatum in sacrario ecclesiæ S. Albani, martyris. Ibi sederunt triginta episcopi quinque et viginti abbates et plures laici comites et judices. Consessus divisus est in tribus turbis vel ordinibus : 1. ordo episcoporum; 2 ordo abbatum et monachorum; 3. comitum et judicum. Qui canones sex et quinquaginta condiderunt, *ibid*.

Montempessulanum concilium (ann. 1195). — Michael S. Sedis legatus huic præfuit; ibi in provincia Narbonensi restituta est pax. Excommunicationis sententia perculsi sunt hæretici et piratæ quicunque auxilium Saracenis suppeditabant. Plura statuta facta sunt, quorum unum in eorum favorem qui in Hispania contra infideles impugnarent. Huic intererant V archiepiscopi et episcopi, Petrus Vallis Cernai mon., CCXIII, 693.

Montilum (apud) concilium (anno incerto). — M. Milo cum collega suo M. Theodosio, ad quoddam castrum quod Montilum nuncupatur, convocavit archiepiscopos et episcopos quam plures, et ibi sistendi coram Milone, comite Tolosano, apud Valentiam dies præfigitur, Petrus Vallis Cernai monachus, CCXIII, 563.

Mosomense concilium (ann. 995). — Huic præfuit legatus domni Joannis papæ, Leo, abbas monasterii Sancti Bonifacii urbis Romæ. Interfuerunt huic concilio abbates et plures laici, atque in eorum conspectu Gerbertus Remorum archiepiscopus pro sua ordinatione rationem reddidit, Sylvester II papa CXXXIX, 343.

Nannetense concilium (ann. 658), nationale ex jussu papæ Vitaliani congregatum. — Unum actum hujus concilii quod ad suam Rhemensem historiam spectat, refert Flodoardus, id est, sedentes Patres permisisse S. Nivardo Remensi episcopo reædificare monasterium Altavillarense, Flodoard. can. Rhem., CXXXV, 167.

Nannetense concilium (ann. 1227). — Hildebertus, Turonensis archiepisc. et metropolitanus in Britannia hoc concilium convocavit. Ibi adfuerunt Conon cum episcopis provinciæ. In hoc statutum est de matrimoniis incestuosis, Ven. Hildebert. Cenoman. episc., CLXXI, 253.

Narbonense concilium (ann. 237 vel 260). — In quo duo diaconi, episcopi Narbonens. accusatores, crimen suum et innocentiam S. Pauli quem accusaverant, confessi sunt, S. Leo, LVI, 576

Narbonense concilium (ann. 589). — In hoc congregati sunt Migetius episc. hujus urbis et septem alii episcopi qui quindecim canones condiderunt, *ibid*.

Narbonense concilium (ann. 788).—Ibi sederunt viginti sex episcopi et quidam commissarius regalis, qui de Feliciana hæresi in concilio Ratisponensi damnata primo, nempe nominatim et solemniter disputarunt saltem, sed nihil definierunt. Dein altercationibus inter episcopos Narbonensem, Elnensem et Bituriensem pro delimitatione finium trium diœcesum finem imposuerunt, S. Paulinus Aquil., XCIX, 567.

Narbonense concilium (ann. 879). — In finibus provinciarum Arelatensis et Narbonensis obvios sese dederunt invicem duo metropolitani, ut, dissidium inter Walfredum episcop. Natiensem et Rotfredum Avenionens. a priore insimulatum unam ejus diœcesis Ecclesiam usurpavisse, judicarent. Quis fuit illius litis exitus, me latet, *ibid*.

Narbonense concilium (ann. 1054). — Guifredus hoc concilium congregavit. Ibi sederunt cum archiepiscopo Narbonensi decem episcopi, et copia abbatum, clericorum et optimatum. Viginti quatuor canones condiderunt, S. Urbanus II papa, CLI, 746.

Neocæsariense concilium (ann. 314-315). — Huic præfuit (ut videtur) Vitalis Antiochiæ. Lapsorum causam tractavit. Canones quatuordecim condiderunt episcopi tres et viginti ibi sedentes, S. Leo, LVI, 25.

Neocæsariense concilium (ann. 358), contra Eustathium, in quo ille episcopus Sebastæ in Armenia fuit depositus, *ibid*.

Nicænum concilium et *I œcumenicum* (ann. 325). — Hoc concilium plures prærogativas Filii Dei definivit et confessus est eum contra Arianos consubstantialem Patri, et usus est verbo Græco ὁμούσιος, nec damnavit

rebaptizationem quæ habita fuerat propria lex Afrorum. Ita sensit et Nicæna synodus, totam illam de baptismo controversiam dirimere molita, non Symbolo aut confessione fidei, sed canone unico, et hoc uno decreto solos deinceps Paulianistas esse tingendos. Cujus concilii canones non complectuntur nisi regulam disciplinæ, fidei autem definitio fere in antiquis conciliis seorsim edebatur. Ibi sederunt trecenti et octodecim episcopi, Tertullianus, III, 1256; S. Ambrosius, XVI, 528; S. Prosper, LI, 570.

Nicænum concilium II (ann. 787). — Habitum fuit imperantibus Irena et Constantino ejus filio. Huic præfuit patriarcha Tarasius. In 7ª sessione decretum est de sacris imaginibus et acclamatum est anathema concilio Constantinopolitano in quo reformatæ fuerant. Huic decreto subscripserunt quinque et trecenti episcopi sedentes. S. Leo, LV, 967.

Nicomediense concilium seu verius *conciliabulum* (ann. 328) — In quo damnatus est sanctus Eustathius Antiochenus ad exsilium. Juxta alios Antiochiæ coactum est, Cassiodorus, LXIX, 264.

Noviomense concilium (ann. 814). — Ea fuit hujus concilii causa : Windelmarus, Noviomensis episcopus et Rotaldus, Suessionensis episcopus, inter se contestabantur de quibusdam parochiis quas quisque suas dicebat. Vulfarius Rhemensis archiepiscopus et communis metropolitanus, cum vellet controversiam componere, hoc convocavit concilium, in quo de iis parochiis statutum est, S. Agobardus, CIV, 311.

Noviomense concilium (ann. 814). — Hoc fuit coactum ad hunc finem ut vias sumerent Patres sedentes et fœderationem suffragantium Rhemensis arch. formarent, adversus laicorum invasiones in libertates Ecclesiæ, *ibid.*

Noviomensis synodus (ann. 1233). — Henricus de Braine arch. Rhemensis hanc congregavit synodum adversus laicorum invasiones in Ecclesiæ libertates, Flodoardus canon. Remens, CXXV, 126.

Oscense concilium (ann. 598). — Huesca, olim *Saturnia, Osea, Ellergetum* est urbs Hispaniæ episcopalis in provincia Tarraconensi sub metropoli Saraguntiæ. Ibi habitum est hoc concilium et duo cujus alter de cœlibatu presbyterorum, diaconorum et subdiaconorum agit, alter de synodis quotannis habendis, canones conditi sunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 982.

Ostionense concilium (ann. 1077). — Huic præfuit legatus Hugo de Die, et jussu papæ. Manasses Rhemensis, Simoniæ et usurpationis accusatus sententia suspensionis ibi perculsus est. Turonensem, Senonensem, Vezuntionensem archiepiscopos, et Carnotensem episcopum, quia huic concilio non adfuerint, interdixit legatus. Prælatos autem submissos Gregorius VII, anno sequenti, relevavit ab interdictione, Ivo Carnot, CLXII, 334

Ostionense seu *Œduense concilium* (ann. 1094). — Illud concilium ab Hugone Lugdunensi archiepiscopo fuit congregatum cum archiepiscopis et abbatibus diversarum provinciarum. In hoc fuit excommunicatus Philippus rex. Item damnatæ sub excommunicatione fuit Simoniaca hæresis et presbyterorum incontinentia, S. Urbanus II, CLI, 135.

Palæstinum concilium (ann. 765). — Hoc concilium fuit convocatum Hierosolymæ, ex voto Joannis, Gotthiæ episcopi, a suo diacono Longino expresso, ad eum veræ fidei definitionem mittendi, Hincmarus Rhem., CXXV, 204.

Papiensis conventus (ann. 971). — In eo datum est Ottonis Magni, Romanorum imperatoris, capitulum, *Monumenta diplomatica*, CXXXVIII, 851.

Papiensis synodus (ann. 977). — Ratherius Veronensis episc., qui a sua sede expulsus fuerat, et apud urbem Papiensem se contulerat, concilium invocavit ut reintegraretur, Ratherius Veron., CLXXXVI, 91.

Parisiense concilium (ann. 362). — S. Hilarius Pictaviensis, cum e Gallis redux esset, haberi varia jussit concilia ut Nicæna fides firmaretur et Ariminensis perfidia damnaretur. Inter hæc concilia designatur imprimis illud Parisiense, S. Gregorius Turon., LXXI, 4-6.

Parisiense concilium (ann. 552). — In hoc depositus est urbis Parisiens. episcop. Saffaracus, canones Aureliæ, quibus subscripserat, violasse reus. Alii dicunt eum incontinentiæ reum : alii simoniæ : utut sit, crimen ipse confessus est, et in monasterio inclusus est, *ibid.*

Parisiense concilium (ann. 615). — Versus tertium Pelagii I annum, fuit habitum hoc concilium, anno 46 Childeberti. Ibi sederunt quindecim episcopi, qui decem canones condiderunt, *ibid.*

Parisiense concilium (ann. 638). — Huic adfuit rex Dagobertus ubi sederunt magnates et episcopi. Ecclesiæ S. Dionysii privilegia ibi firmata sunt, Flodoardus can. Rhem., CXXV, 102.

Parisiense concilium (ann. 649). — Cum rex Clotarius II totius imperii finibus potiterur Francorum, in omnibusque ejus partibus administrationem constituere vellet, concilium hoc in urbe Parisiorum convocavit, quod ibi quintum numeratur, et usque ad illam epocham quam maxime numero habitum. Ibi sederunt unus de octoginta episcopi cum pluribus magnatibus et principis vassalibus in ecclesia S. Petri, hodie S. Genovefæ sub episcopo Deusdedit. Qui 15 canones condiderunt, S. Bonifacius IV, LXXX, 449.

Parisiense concilium (ann. 649). — Martinus I, cum statuisset concilium numero magnum convocare, ut solemnius damnaret Monothelismum, ad Clotarium deputavit, ut convocaret doctissimos sui regni prælatos ad hunc consessum. Ibi statutum est duos dignissimos S. Avatensem et S. Eligium legatos adire Romam ut concilio sederent, Flodoardus can. Rhem., CXXXV, 102.

Parisiense concilium (ann. 1072. — Hoc habitum fuit a Geraldo Ostiensi episcopo et apostolicæ Sedis legato, ut judicium formaretur de dissidio inter S. Albini Andegav. monachos et Vindocinenses monachos quoad Ecclesiam N. D. Cerdonis, S. Urbanus II papa, CLI, 97.

Pictaviense concilium (ann. 590). — Hoc concilium habitum fuit quo tempore Chrodieldis Basinaque S. Crucis abbatiæ Pictav. monachæ, ab abbatissa, nomine Leubnera defecerunt. Quæ ob hanc defectionem, pœna excommunicationis percussæ fuerunt, S. Gregorius Turon., LXXI, 545.

Pictaviense concilium (ann. 937) — Vel verius synodus diœcesana. In hac synodo episcopus Albuinus S. Cypriani monasterio decimarum jus quoddam ei usurpatum restitui jussit, *ibid.*

Pictaviense concilium (ann. 1106). — Hoc concilium habitum fuit coram Boemundo principe Austriæ. Ibi bellum sacrum proclamatum est, et statutum de variis rebus ecclesiasticis, S. Ivo Carnot., CLXII, 115.

Pistensis synodus Caroli II (ann. 862). — In hac synodo rex Carolus plures convocavit episcopos ut cum eis de rebus politicis deliberaret, *Monument. diplom.*, CXXXVIII, 683.

Placentinum concilium (ann. 1091). — Hoc fuit habitum ab Urbano II papa, qui huic præfuit. Tanta fuit assistentium copia, ut habitum fuerit in plano rure. Regina Praxede ibi absolutionem accepit libidinum maritalium ad quas ab imperatore ejus marito coacta est, S. Urbanus II, papa, CLI, 141.

Pontigonensis synodus Caroli II (ann. 876). — Pars actorum ejus superest, scilicet petitio Hincmari archiepiscopi adversus Ludov. regem ; confirmatio conventus Ticinensis cum formula sacramenti a proceribus omnibus præstiti, etc., *Monument. diplom.*, CXXXVIII, 767.

Ratisbonense concilium (ann. 792), contra Felicem Urgell. — Alcuinus refert causam, prius in Galliam quam transiisset Felix Urgellens., jam fuisse Ratisbonæ, coram Caro o Magno in concilio agitatam, et hæresim ejus ibi a Patribus congregatis, damnatam esse, Cœlius Sedulius, Prolegom , XIX, 516.

Ravennatense concilium (ann. 874). — Huic concilio præfuit Joannes VIII cum septuaginta episcopis qui sederunt. Dissidio inter Ursum ducem Veneticum et Petrum patriarcham Gradonensem, finem imposuerunt. Auctores anni incert., CXXIX, 1098.

Ravennatense concilium (ann. 874). — Hoc concilium habitum fuit pro Formoso et ejus ordinatione, *ibid.*

Ravennatense concilium (ann. 874). — Hoc a papa Joanne VIII fuit habitum, ad disciplinæ et immunitatum Ecclesiæ reditum. Ad hunc finem novem decem canones conditi sunt, *ibid.*

Ravennatense concilium (ann. 882). — Huic præfuit Joannes VIII ; Carolus Crassus ibi adfuit et dedit diploma in gratiam abbatiæ Brumensis ; aliud quo sub protectione sua ecclesiam Regiensem cum suis bonis ponere significabat, tertium vero in gratiam immunitatis Ecclesiarum et in particulari Ecclesiæ Arezzo, *ibid.*

Regiense concilium (ann. 477). — In hoc habito sub imperatoribus Theodosio Minore et Valentiniano, de remotione ejus quem episcopum duo tantum perperam ordinare præsumpserunt, statutum fuit, et ne absque metropolitano aliquis ordinetur episcopus prohibitum est. Ibi sederunt tredecim Patres, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 219

Rhemensis synodus (ann. 625). — Hanc Sonnatius Rhemorum episcopus celebravit. Ibi interfuerunt Bertoldus, S. Arnulfus cum multis aliis episcopis. In qua multa lecta sunt utilia constituta et de rebus Ecclesiæ qualiter tractandæ sint, *Gesta pontif. Camerac.*, CXLIX, 34.

Rhemense concilium (ann. 900). — Hoc concilium habitum fuit sexto die mensis Julii. Ibi excommunicati fuerunt archiepiscopi Foulques occisores. Huic præfuit Hervæus, Hervæus Rhem. arch., CXXXII, 673.

Rhemensis synodus (ann. 991).— Cui præfuit Arnulfus Aurelianensis episcopus. Cum omnes Galliarum episcopi eo convenire non possent, propter quasdam regni necessitudines, ii maxime convenerunt qui comprovinciales erant, Sylvester II papa, CXXXIX, 289.

Rhemense concilium (ann. 993).—Gerbertus Rhemensis archiepiscop. et postmodum papa sub nomine Sylvestri II, præfuit huic suæ provinciæ concilio. Dilapidatores Ecclesiæ Rhemensis et clericorum vexatores ad faciendam pœnitentiam et satisfactionem invitati sunt, Ordericus Vitalis, CLXXXVI, 92.

Rhemense concilium (ann. 1074).—Hoc concilium habitum, fuit a Renaldo de Martigne, archiepiscopo Rhemensi, qui Robertum Frisonem Flandriæ comitem ne postmodum clericorum mortuorum successionem usurparet, impedivit, S. Urbanus II papa, CLI, 97.

Rhemense concilium (ann. 1092).—Presbyteratus Atrebatensis ab archiepiscopo Rhemensi ordinationem Lamberti quem episcopum suæ Ecclesiæ elegerant petierat; sed archiepiscopus presbyteratum Cameracensem obstaculum posi nrum esse huic consecrationi prævidens, nihil per se facere voluit et eam ob rem habuit concilium hic memoratum et ad quod presbyteratum Atrebatensem convocavit, *ibid* , 110.

Rhemense concilium (ann. 1119). —Hoc habitum fuit concilium a papa Callisto II. Ibi sederunt 427 tum episcopi tum abbates et magnates laici. Sedentes quinque canones conciderunt in hoc concilio, Guibertus, *De vita sua*, CLVI, 990.

Rhemense concilium (ann. 1141).—Ibi Samsom Deprets privilegia et canonicorum possessiones S. Petri de Cassel (ou Cassel), in diœcesi Tervianensi confirmavit, S. Ivo Carnot., CLXII, 394.

Rhemense concilium (ann. 1148), sub præsidente Eugenio III. — Ibi sederunt copia episcoporum et abbatum Galliæ et multitudo exterorum. Quatuor Anglici tantum. Patres condiderunt octo et decem canones, S. Bernardus abb. Claræval., CLXXXII, 1169.

Romanum concilium (ann. 251). — Hoc concilium decrevit alienationem ab Ecclesia Novati et ejus partibus faventium. Huic sederunt circa sexdecim episcopi, S. Cyprianus, IV, 135.

Romanum concilium (ann. 220, 300), a Leone congregatum ut Patres sedentes Manichæorum doctrinam examinarent et damnarent, tum Manichæos tum plurimos impietatis Manichææ sequaces et doctores, S. Leo, LIV, 620.

Romanum concilium (ann. 313). — In hoc Cœcilianus episc. Carh. accusatus a Donatistis, absolvitur. Ibi sederunt novem et decem episcopi, S. Optatus, XI, 932.

Romanum concilium (ann. 325). — Hoc concilium fuit a S. papa Sylvestro convocatum, præsente Constantino Augusto. In hoc 1° confirmatur quidquid actum est Nicææ; 2° præceptum est de solemnitate Paschæ; 3° de conciliis ter in anno celebrandis, etc.; 4° nulli clerico licere causam in publico examinare; 5° de præficiendis ordinibus et proficiendis; 6° de ordinationibus et neophytis non ordinandis. Hæc synodus habita fuit in urbe Roma intra Thermas Domitianas; et ibi 275 episcopi sederunt, S. Sylvester papa, VIII, 825.

Romanum concilium (ann 325). — Eodem tempore Romæ habitum est præsente Constantino; et damnavit iterum tam Callistum quam Arium et Photinum atque Sabellium. Ibi sederunt episcopi 267, *ibid.*, 827.

Romanum concilium (ann. 337). — Convocatum est in fidei Nicænæ et sancti Athanasii gratiam, a Julio Papa. Ibi sederunt sexdecim et centum catholici episcopi, S. Julius papa, VIII, 857.

Romanum concilium (ann. 367). — Ea fuit hujus concilii causa quod a schismaticis crimine falso adulterii papa S. Damasus fuerit insimulatus. Episcopi, qui ad numerum quatuor et quadraginta ibi congregati sunt, mox calumnia detecta innocentiam pontificis testati sunt. Iidem Patres, ut opinantur, in hoc concilio Paternianos seu Venustianos qui matrimonium rejiciebant, damnaverunt, S. Damasus papa, XIII, 129.

Romanum concilium (ann. 369). — Urbs Mediolanum episcopum Arianum habebat, cui nomen Auxentius. Causa hujus concilii ea fuit quod S. Athanasius et Ægypti episcopi S. Damasum papam rogaverant depositionem Auxentii. Enimvero ibi a Patribus, numero nonaginta, depositus fuit, et iidem ad Illyrici episcopos quos plerosque seduxerat, de depositione Auxentii epistolam synodalem miserunt. In eodem etiam schismaticus Ursinus depositus fuit, S. Damasus papa, XIII, 129.

Romanum concilium (ann 374). — In eo Lucius Arianus qui sedem episcopalem Alexandriæ usurpaverat, damnatus fuit, et Florens episcopus antipapæ Ursino favens, ibi quoque depositus, S. Damasus papa, XIII, 129.

Romanum concilium (ann. 377). — Hoc concilium fuit congregatum contra Eustathium Sebast., quia ad hæresim Macedonianorum redierat; et contra Apollinarium qui novam cœperat generare sectam. Hic et in doctrina et in persona perculsus est, Patresque eum cum Timotheo ejus discipulo qui se episcopum Alexandriæ vocari jubebat, deposuerunt. Quæ sententia fuit in concilio Antiocheno posterius confirmata, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 378). — Hoc posterius concilium versus finem anni 378 fuit habitum. Illius causæ, fuerunt calumnia cujus insimulabatur papa Damasus a Judæo, nomine Isaac, qui partibus antipapæ Ursini favebat, et audacia aliquot episcoporum qui, etsi fuerint depositi in conciliis, tamen vi episcopalem dignitatem retinebant. De his malis exstat epistola Patrum ad Gratianum et Valentinianum quos ad remedium invitant procurandum, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 379). — Hujus consilii exstat Symbolum fidei, et anathematismi adversus Macedonianos, Eunonicanos et Apollinaristarum errores. Hæc confessio fidei in epistola quam scripsit anno 379, papa Damasus ad Paulinum Anthiochen. episc. continetur. S. Damasus papa, XIII, 164; Cœlius Sedulius, *appendix*, XIX, 787.

Romanum concilium (ann. 382) — Multum favit convocationi hujus concilii imperator Gratianus. Quod fuit numerosum, quia præter Damasum summum pontificem, et quinque Occidentales metropolitanos, sederunt et duo Orientales, scilicet S. Epiphanius episc. Salamien. in Oriente, et Paulinus Antiochen., cum S Hieronymo. Putant eum in eo Paulino confirmatam fuisse communionem, nec amplius cum Flaviano communicare statutum. Ibi quoque cum Apollinaristis disputatum est, et de modo eos in Ecclesia recipiendi, quando ad eam redierint, tractatum, S. Damasus papa, XIII, 177.

Romanum concilium (ann. 386). — Hoc sub S. Siricio papa habitum est, et fuit magnus numero episcoporum qui ibi congregati sunt. Ea fuit concilium illud convocandi ratio, id est, aliquot vetera quæ in desuetudinem venerant statuta, renovare, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 390). — Convocatum fuit sub papa Siricio contra Jovinianum, qui denuntiatus a memorabili Pammaco, ibi a Patribus fuit damnatus et excommunicatus cum fautoribus suis. *ibid.*, 231.

Romanum concilium (ann. 445). — Hoc concilium congregatum est a S. Leone ea mente ut quæstio inter Quælidonium et Hilarium Arelatensem qui hunc deposuerat, solveretur. Ambo auditi sunt. Nimium superbiæ vel saltem elationis fuit inventum in responso S. Hilarii qui postea ab aliis accusatus sibi soli arrogare auctoritatem omnes Galliæ Ecclesias regendi, in summi pontificis displicentiam incidit. Papa Leo eum declaravit separatum a communione sanctæ Sedis. Qui tamen ei gratiam facere contendit, suam Ecclesiam concedendo nec deponendo, S. Leo, LIV, 630.

Romanum concilium (ann. 447). — In hoc concilio, S. Leo remedium attulit spoliationi bonorum Ecclesiarum in Sicilia, quam committebant aliquot episcopi, alienationibus vel donationibus quæ fiebant sine consensu totius cleri et sine commodo, *ibid.* 703.

Romanum concilium (ann. 449). habitum a S. Leone contra latrocinium Ephesinum quod Flavianum damnavit, *ibid.*, 826.

Romanum concilium (ann. 454), habitum sub S. Leone papa in Manichæorum causa, id., LV, 947.

Romanum concilium (ann. 487). — Habitum fuit hoc concilium sub Felice II, et tractat de lapsis recipiendis, id., LVIII, 487.

Romanum concilium (ann. 494. — Celebratum est sub papa Gelasio. In hoc concilio condidit Catalogum Veteris ac Novi Testamenti librorum quem habet in veneratione sancta Romana Ecclesia Ibi sederunt 70 episcopi, Cœlius Sedulius, XIX, 329.

Romanum concilium (ann. 495). — Habitum est sub papa Gelasio. Misenii supplicatio in hoc lecta est, et Patres veniam in ejus gratiam acclamaverunt. Is Misenius erat unus ex episcopis legatis qui anno 483, ab Ecclesia defecerant Constantinopoli, ut se partibus Eutychetis Dioscori et suorum sectatorum adjungerent. Quam ob causam et spe veniæ obtinendæ, eorum hæreticorum dogma rejecit, damnavit et anathematizavit in hoc concilio, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 499) —Sub papa Symmacho, in Basilica Sancti Petri habitum est occasione tumultuum in plebe excitatorum in electione summi pontificis. Itaque ea de re tres canones conditi sunt cum comminatione depositionis et excommunicationis cujuscunque presbyteri

diaconi vel clerici qui, vivente papa, suffragium dedisse vel promisisse pro tali eligendo in cathedra S. Petri, convictus esset. Ibi sederunt duo et sexaginta episcopi septem et sexaginta presbyteri et amplius quinque diaconi, S. Leo, LVI, 124.

Romanum concilium (ann. 500). — Istud dicitur et synodus Palmaris, siquidem distingui debent sessiones variæ ejusdem concilii; in eo enim tantum est differentia. Ibi tractatum una de re et eadem, scilicet de justificatione Symmachi papæ, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 501). — In hoc decreverunt papæ Symmachi absolutionem et restitutionem omnium temporalium quæ schismatici usurpaverant, ad Romanam Ecclesiam pertinentium, necnon Laurentii competitoris Sedis apostolicæ et Petri de Altino condemnationem. Ibi sederunt et subscripserunt sexdecim et centum episcopi, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 610). — Beda hoc concilium Bonifacium IV convocavisse refert, ut statutum de vita et tranquillitate monachorum faceret. Hæc omne dubium de hoc habito concilio tollit attestatio, S. Bonifacius IV, LXXX, 103.

Romanum concilium (ann. 680). — Ab Agathone congregatum est, ut Patres aliquot versus sacræ Scripturæ explanarent. Unde fides Ecclesiæ catholicæ de mysteriis Trinitatis et Incarnationis contra doctrinam Monotheliturum. Ibi sederunt viginti et centum episcopi, S. Leo, LV, 1089.

Romanum concilium (ann. 792).—Cum adductus fuisset Romam Felix episc. Urgell. ab Angilberto, ibi suum errorem confessus est coram Patribus concilii cujus fuit causa, et episcopatum coram summo Pontifice abdicavit, Cœlius Sedulius, XIX, 518.

Romanum concilium (ann. 794). — Hoc paulo post concilium Francofordiense habitum fuit. Cum Felix Urgell. in errorem recidisset, denuo ibi a papa Adriano qui huic præerat damnatus est, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 799). — Felix Urgell. suam abjuraverat hæresim, sed tantum ore, sive Romæ coram papa Adriano, sive Ratisbonæ coram Carolo Magno et Patribus ibi sedentibus, aliud corde retinens. Ea fuit causa hujus concilii ubi a papa Leone III qui huic præerat, damnatus est. *ibid.*

Romanum concilium (ann. 826). — Huic præfuit Eugenius II et cum illo adfuerunt septuaginta duo Italiæ episcopi, duodeviginti sacerdotes, sex diaconi et plures alii clerici. Octo et triginta ibi canones promulgati sunt fere cuncti pro reformatione disciplinæ ecclesiasticæ, Carolus, XCVII, 685.

Romanum concilium (ann. 868). — Ab Adriano II habitum est. In hoc papa anathematis sententia ter percuht Photium qui Nicolaum I deponere in conciliabulo Constantinopolitano ausus fuerat, Anastasius Bibliothec., CXXVIII, 1387.

Romanum concilium I (ann. 1074). — Contra clericos Simoniacos et incontinentes, a Gregorio VII celebratum est, S. Gregorius, CXLVIII, 785.

Ad Senonensem archiepiscop., ut judicet de controversia quæ est inter episcop. Aurelianensem et abbatem Vizeliacensem, CLXXX, 1449.

Pro reconciliatione regis cum Belvacensi episcopo, CLXXX, 1436.

Marsicanorum S. Joannis et S. Sabinæ clericorum de oleo consecrando judicat controversiam. CLXXX. 1471.

Epist. ad Raimundum Toletan. archiepiscop.; ei gratulatur quod Bracarensis archiepisc. ejus primatui se subjecerit, increpatque quod ejus fines invaserit eumque durius habuerit, CLXXX, 1475.

Ad Eberhardum archiepisc. Salzb., ut comitem Ottonem tamdiu excommunicatum habeat, dum de ablatis monasterio Tegerns. decimis ei satisfaciat, CLXXX, 1484.

Epist. ad Conradum regem, legatos ipsius honorifice se suscepisse, ac ipsius votis in omnibus obsecundasse, CLXXX, 1489.

Ad Henricum episcop. Leodiensem, ut comites de Los et de Monte Acuto abbata Stabulensi monasterio restituere compellat, CLXXX. 1490.

Ut ablata variis monasteriis ab variis vastatoribus sub excommunicationis pœna restituantur, CLXXX, 1491-1493.

Epistola ad prælatos, comites ac barones per Alemanniam constitutos, ut Conrado imperatori in expeditione Italica adsint, CLXXX, 1501.

Ad Lingonensem episcop. ut Nivernensem comitem, nisi resipuerit excommunicet, CLXXX, 1503.

Ad archiepiscopum Lugdunensem, ut sub excommunicationis interminatione restitui curet fratribus de Miratorio res a Gignacensibus ablatas, CLXXX, 1508.

Epistola ad Fridericum imperatorem; gratulatur ei de sua electione, sperans eum inchoata a Chonrado pro ecclesiæ exaltatione completurum, CLXXX, 1522.

Epistola ad Stephanum Metensem archiepiscop., ut Henricum comitem de Salmis cogat restituere cellam Asmingiæ, quam abstulerat abbati S. Michaelis ad Mosam, CLXXX, 1523.

Epistola ad Henricum de Salmis comitem, ut restituat abbati S. Michaelis cellam Asmingiæ quam abstulerat, alioquin canonica ultione plectendus, CLXXX, 1524.

Ad Metensem, Virdunensem, etc., episcopos, ut Rainaldum comitem Barrensem ab infestatione ecclesiæ S. Michaelis arceant, et ad restitutionem ablatorum adigant sub pœna censuræ ecclesiasticæ, CLXXX, 1524.

Bulla qua controversia antea agitata ab abbatissa monasterii Brixiani Sanctæ Juliæ contra episcopum Cremonensem propter ecclesiam de Cicogniaria coram episcopo Regiensi demum dirimat, CLXXX, 1533.

Ad Henricum Eduensem episcop., ut vocatus ad episcopum Lingonensem accedat, de damnis monasterio Vizeliacensi illatis rationem redditurus, CLXXX, 1537.

Ad conventum S. Augustini Cantuariensis, ut Silvestro abbati obediant etiamsi eum archiepiscopus dedicare noluerit, CLXXX, 1549.

Ad episcop. Magdeburgenses, ne faveant episcopo Cicensi ecclesiæ Magdeburgensis invasori, CLXXX, 1543.

Epistola ad episcopos Germaniæ; improbat translationem episcopi Cicensis in Magdeburgensem archiepiscopum translati, CLXXX, 1544

Ad Wibaldum abbatem, commendat causam Curiensis episcopi, et ut ecclesiasticas immunitates adversus laicos tueatur, CLXXX, 1545.

Ad Odonem ducem Burgundiæ et ad Burgundos proceres, ut burgenses Vizeliacenses habeantur excommunicati, CLXXX, 1550, 1551.

Ut archiepiscop. Narbonensis Magalonensem episcop. et Petrum de Verona Cluniacensibus juxta Montempesulanum degentibus infestos, compescant, CLXXX, 1555.

Ad clerum et populum Toletanum, ut Muzarabes Toletano archiepiscopo pareant et in cæremoniis ab eo non dissentiant, CLXXX, 1559.

Ad universum clerum, de raptoribus et ecclesiarum violatoribus et quando post peractam pœnitentiam sit negligenda sepultura ecclesiastica nisi satisdent de damno restituendo, CLXXX, 1564.

De testibus adhibendis in causa separationis propter cognationis propinquitatem, CLXXX, 1565

Hugonem archiepiscop. Viennensem reprehendit quod fratribus Cisterciensibus et Cluniacensibus injurias inferat, CLXXX, 1567.

Ad Joannem episcop. Paterinum de usuris, CLXXX, 1567.

Ad episcop. Lingonensem, ut judicet de iis qui cum excommunicatis Vizeliacensibus communicarunt, CLXXX, 1568.

Ad Petrum Bituricensem archiepiscop.; mandat ut ecclesiam de Casa majori et res sacerdotis defuncti male ablatas restituat monasterio S. Dionysii, CLXXX, 1571.

Canonicos Attrebatenses hortatur ad tuenda officia ecclesiastica. CLXXX, 1578.

Epistola ad clerum et populum Attrebatensem; sententiam quam episcopus illorum in hæreticos diœcesis suæ ferel, se in antecessum probare significat, cui et ipsi pareant edicit, CLXXX, 1579.

Ad sanctimoniales Dyniacenses; significat earum reformationem episcopo Attrebatensi demandasse, CLXXX, 1580.

Theodoricum comitem Flandrensem hortatur ut Godescalco episcop. Attrebatensi homines villæ Marcoli restituat, CLXXX, 1581.

Ad Sibyllam Flandrorum comitissam, ut conjugem comitem ab injuriis in Godescalcum episcop. Atrebatensem dehortetur, CLXXX, 1582.

Ad Samsonem Rhemensem archiepiscop., ut Theodoricum Flandriæ comitem retrahat a damnis in episcopatum Atrebatensem inferendis, et non desistentem ipsum et terram ejus puniat, CLXXX, 1583.

Ad Bernardum Tarraconensem archiepiscop., rursus præcipit ut Toletano archiepiscopo obediat, CLXXX, 1584.

Bulla qua a Pippino et Carolo principibus fundatum monasterium Sarlatense sub sancti Petri tutela recipitur, CLXXX, 1591.

Ut servetur decretum Urbani II in concilio Claromontano, CLXXX, 1594.

FELIX I, papa. — Epistola de judiciis et accusationibus et defensionibus sacrorum ordinum, V, 145.

De auctoritate sedis apostolicæ et de episcopis accusatis, V, 148.

Epistola ad Benignum epi cop.; errant qui Filium non videre Patrem contendunt, eo quod Deum nemo vidit unquam; errant affirmantes Filium minorem Patre, qu a ille invisibilis, Filius vero visibi is, V, 152.

Epist. ad Maximum episcop et clericos Alexandriæ, de Christi divinitate et humanitate, V, 155.

FELIX II (S.), papa. — Rescriptum ad episcopos in Alexandrina synodo congregatos, ut nemo episcopum penes arbitros sæculares accuset; si quis causam adversus episcopum habuerit; de episcopis rebus suis exspoliatis, aut a sede pulsis; infames ac sacrilegos ad testimonium non admittendos; si episcopus vocatus ad concilium, ire non potuerit; de causis quæ legibus non continentur, vel prohibita noscuntur, de accusationibus episcoporum et rerum suarum ablatarum restitutione; quibus non liceat accusare vel testificare; de personis accusatorum; de primatibus et metropolitanis; de accusationibus episcoporum et ineptitudine accusantium; qui non debeant admitti ad accusationem; licere in ecclesiasticis negotiis, dicta causa et finita, recedere, quod in sæcularibus non licet; de accusationibus episcoporum; de non terminandis causis episcoporum absque auctoritate Romani pontificis; si episcopus a comprovincialibus vel a metropolitano senserit se prægravari; de judiciis episcoporum, et de tempore concesso ad præparandum et comparandum; de judicibus et accusatoribus quales debeant esse, XIII, 17-25.

Epistola ad episcopos et ad reliquos Domini sacerdotes, de patientia sufferenda in persecutionibus et tribulationibus, XIII, 25.

FELIX III (S.), papa. — Epistol. ad Acacium Constantinopolitanum; optat sancta synodus Romana ut Zenonem imperatorem inducat ad emendandum sedulo studio ea quæ adversus catholicam fidem hactenus perperam egisset, LVIII, 894.

Epist., ad Zenonem imperatorem, pro ecclesia Alexan-

drina supplicat; quidquid antehac pro defensione ejusdem Ecclesiæ dixit aut fecit commemorat, ut posteriorem Joannis Alexandrini episcopi ejectionem, et Petri Moggi restitutionem reprehendat, LVIII, 899.

Epist. ad Petrum Fullonem. Ostendit eum non solum in Valentini, Manichæi, Arii, Sabellii, Apollinaris et Eutychetis hæreses, verum etiam in errores gentilitatis plures deos asserentis incidisse, LVIII. 903.

Petrus Fullo deponitur et anathematizatur, LVIII, 812.

Epistola ad Zenonem imperatorem: nuntiat imperatori Petrum Fullonem synodali judicio sententia condemnatum, ideoque ab ejus communione abstinendum esse, hortatur eumdem imperatorem ut Petrum depositum ex Antiochena ecclesia expellat, LVIII, 918.

Acacium munere sacerdotali et fidelium communione privat, LVIII, 921.

Epistola ad universos episcopos, ut rebaptizatus per pœnitentiam recipiatur; ut episcopus, presbyter, diaconus, si rebaptizatus fuerit, laicam communionem accipiat in morte; clericus, monachus, puella Dei, laicus, si rebaptizatus fuerit, Nicæni concilii sententia teneatur; ætatiores utroque sexu per manus impositionem transeant; qui rebaptizatus fuerit in clero non recipiatur; pœnitentem alterius episcopus non absolvat, nec accipiat, LVIII, 924-927.

Epistola ad Zenonem imperatorem; conqueritur de violatis ab eo legatis, suadetque ut acquiescat damnationi Petri Alexandrini et Acacii, LVIII, 934.

Epistola ad clerum et plebem Constantinopolitanam, ne turbentur ob prævaricationem legatorum atque ut Acacii a sede apostolica damnati communionem devitent, LVIII, 936.

Epistola ad monachos urbis Constantinopolitanæ et Bithyniæ, Tribur. ecclesiæ defensorem, prævaricationis causa fuisse damnatum, et quomodo ipsi in suos qui Acacio adhæserint animadvertere debeant, LVIII, 937.

Refellit quæ pro Acacio afferebantur, eumque ut juste ac rite damnatum, ita nonnisi canonice restituendum, ostendit, LVIII, 944.

Epistola ad Zenonem imperatorem. Laudato ejus studio in ordinatione novi episcopi, hortatur ut in Acacii Petrique nominum damnatione, de qua cleri legati nihil sibi mandatum responderunt, cum Ecclesia Romana consentiat, LVIII, 969.

Epistola ad Flavitam episcop. Constantinopolitanum, quod legatos ejus a communione propterea suspenderit, quia de Acacii Petrique nominibus nihil sibi mandatum responderint. hortatur ut et ipse ab his recitandis abstineat et Zenoni id ipsum persuadeat, LVIII, 971.

Epist. ad Talassium archimandritam Constantinopolitan., Ne cum ecclesia Constantinopolitana vel illius episcopo ipse aut monachi ejus ante communicent quam a sede apostolica jussum fuerit, LVIII, 974.

Epist. ad Vetranionem episcopum; dissidii Ecclesiæ Constantinopolitanæ causas referens, hortatur ut Zenonem ad unionem cum Romana Ecclesia instaurandam permoveat, LVIII, 985.

Quod in ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotibus sit postponenda, LVIII, 977

FELIX IV, papa.—Epistola ad omnes episcopos, quod missarum celebratio alibi quam in Deo dicatis locis non debeat fieri nisi magna compulerit necessitas; et de ecclesiarum sacrationis dubitatione quid sit agendum, LXV, 15.

Epistola ad Sabinam; laudat in ea studium cultumque in Ecclesiam, quodque stirpis honores vanamque pompam religioni posthabeat, LXV, 22.

FORMOSUS, papa. — Bulla pro confirmatione possessionum Ecclesiæ Gerundensis, CXXIX, 841.

Epistola ad Adalgarium archiepiscopum Hammaburgens.; decernit ut Hammaburgensis Ecclesia Bremensem ad subsidium habeat, donec suffraganeos instituere valeat, CXXIX, 842.

Epistola ad Angliæ episcopos, ut firmiter adhæreant fidei catholicæ. et studiose populum amoveant a paganismo, CXXIX, 847.

GELASIUS I, papa.—Epistola ad Euphemianum; scribit neminem ad sedis apostolicæ communionem se posse admittere qui Acacii nomen non damnaverit. Quare eum cohortatur ut quemadmodum Eutychetem reliquosque hæreticos, sic quoque Acacium anathematizet, LIX, 13.

Epistola ad Laurentium de Lignido episcop.; ad pontificatum assumptus de more Romanæ Ecclesiæ fidei formulam, quam omnes profiteri teneantur, præscribit, LIX, 19.

Epist. ad episcopos Dardaniæ; eis mandat se pontificem electum: catholicæ fidei libellum transmittit, hortaturque ut cum Eutychianistis non communicent et muneri pastorali invigilent, LIX, 23.

Epistola ad Faustum legatum Constantinopolitan.; Acacium jure a sede apostolica damnatum ut in excommunicatione mortuum non posse absolvi, et cum illo non communicandum, LIX, 26.

Epist. ad Honorium Dalmatiæ episcop.; monet ne Pelagianam hæresim a tot pontificibus detestatam reviviscere sinat, LIX, 30.

Epist. ad eumdem; scribit eum mirari non debuisse quod admonuerit invigilandum ne iterum Pelagiana hæresis pullularet, LIX, 32.

Epistola ad omnes episcop. per Picenum; tria præcipua Pelagianæ hæresis capita refellit; primum scilicet parvulos sine originali peccato nasci; secundum, hos pro solo peccato originali non damnari; tertium, gratiam ad salutem non esse necessariam, illamque secundum hominum merita conferri, LIX, 31.

Epistola ad Anastasium imperatorem; præmissa excusatione cur ad imperatorem non scripserit, illum hortatur ut apostolicæ sedi obtemperet; et Acacii nomine damnato, Ecclesiarum pacem restituendam curet, LIX, 41.

Epistola ad episcopos Lucaniæ, nonnulla ecclesiastica instituta exponuntur, LIX, 47.

Epist. ad episcopos Siciliæ: Ecclesiæ facultates ab episcopis, clericis et pauperibus distribui debere; diœceses et bona Ecclesiæ ab episcopis triginta annos possessa eis non auferenda, LIX, 57.

Epistola ad episcopos Dardaniæ et Illyrici; Thessalonicensem episcopum qui nomina hæreticorum damnare recusavit apostolicæ sedis communione privatum esse et Acacium in excommunicatione mortuum non posse absolvi significat, LIX, 57.

Epistola ad Æonium Arelatensem episcop.; mutuam charitatem in fide catholica retinendam esse docet, LIX, 60.

Epist. ad episcopos Dardaniæ: Acacium solius apostolicæ sedis judicio jure damnatum ostendit, LIX, 61.

Instruit quid adversus Græcos debeat responderi, LIX, 85.

Epistola ad episcopos Orientales, quod in Acacii aliorumque damnatione synodo nova opus non fuerit, et quod Petrum Alexandrinum absolvere Acacius sine sedis apostolicæ auctoritate non potuerit. Tum de ejectis sine discussione sua sede episcopis catholicis, LIX, 90.

De anathematis vinculo; acta Chalcedonensis concilii ea tantum rata quæ sedes apostolica approbavit; juxta quæ in Acacium statuta, et Petrum Alexandrinum a sede apostolica solummodo potuisse absolvi, LIX, 102.

Adversus Andromachum senatorem cæterosque Romanos qui Lupercalia secundum morem pristinum celebranda constituerant; damnat Lupercalium superstitiosam celebrationem; et non ex Lupercalium intermissione, sed ex sceleribus Romæ mala contigisse probat, LIX, 110.

Repeti non possunt quæ triginta annis quiete possidentur, LIX, 137.

Narrat quæ a Rustico Lugdunensi episcopo acceperit subsidia, et quantas ab Acacio sustineat persecutiones, LIX, 138.

Non esse sumendum corpus Domini sine calice, LIX, 141.

De his qui duos episcopos occiderunt suos, ut amplius episcopo careant, LIX, 141.

Ut absque auctoritate Romani pontificis episcopi ad comitatum proficisci non audeant, LIX, 143.

De servis sine consensu dominorum ordinatis, LIX, 144.

Quod episcopo nullo commento res liceat Ecclesiæ alienare, et quod privilegia omni ratione integra convenit servari, LIX, 145.

Quod in nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis eventum, LIX, 146.

Ne quis contra ecclesiasticam satisfactionem excommunicatis communicet, LIX, 147.

Episcopi a suo metropolitano et ipse ab eodem consecretur, LIX, 148.

Tueatur Ecclesia quos in sui defensione suscepit, LIX, 149.

De rebus Ecclesiæ non est aliquid alienandum, LIX, 149.

Non petenda est absolutio cum inique fertur sententia, LIX, 150.

Implorantibus patrocinium episcopi debent adesse, LIX, 150.

A sæculari judice clericus non est audiendus, LIX, 151.

Nonnisi ad episcoporum judicium clericus vocetur, LIX, 151.

In electione episcopi parochus debet adesse, LIX, 152.

Quod servi fugientes dominos suos ad ecclesiam intercessionem debent quærere, et non latebras, LIX, 153.

Leges principum aut regulas Patrum contemni non liceat, LIX, 153.

Leges Romanorum principum servandæ sunt ab omnibus, LIX, 153.

A regimine Ecclesiæ suspendatur qui in terram frequenter illiditur, LIX, 153.

Quæ sacerdotes dederunt, subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant, LIX, 154. Non mentitur qui animum fallendi non habet, LIX, 154.

Concilium Romanum, in quo a septuaginta episcopis libri sacri et authentici ab apocryphis sunt discreti, sub Gelasio, anno Domini 494, Asterio atque Præsidio consulibus, LX, 157.

Decretum de libris recipiendis et non recipiendis in concilio Romano a papa Gelasio cum episcopis, anno 496 emissum, LX, 161.

Concilium Romanum II, quo a Gelasio et quinquaginta episcopis Misenus absolvitur anno Domini, 495. LIX, 183.

GELASIUS II, papa — Epistola ad clerum et plebem Romanam; commendat eorum constantiam adversus intrusum pseudopapam, CLXIII, 487.

Epistola ad Jordanum archiepiscopum Mediolanensem; De Landulpho restituendo, CLXIII, 488.

Epistola ad Gallos, Mandat ut se contra Mauritium Bracarensem episcopum ab Henrico imperatore in sedem intrusum pseudopapam arment, CLXIII, 489.

Oldegarium episcop. Barcinonensem, Ecclesiæ Tarraconensi præfecit, CLXIII, 489.

Epistola ad Bernardum Toletanum episcopum, Hispaniæ primatem. De Mauritio in sedem apostolicam intruso, CLXIII, 491.

Epistola ad abbates monachosque terræ majoris; eis præcipit ut quæ Paschalis papa inter eos et episcopum Civitatensem constituerit, negligere desinant, CLXIII, 494.

Electionem archiepiscopi Ravennatensis, consuetudines canonicorum Lucensium et S. Frigdiani et monasterii S. Mamiani possessiones confirmat, CLXIII, 497-500.

Ad exercitum Christianorum civitatem Cæsaraugustanam obsidentem; omnibus ad eum aliquid conferentibus indulgentiam largitur, CLXIII, 508.

Bulla pro monasterio Cannensi in diœcesi Narbonensi, CLXIII, 511.

GREGORIUS MAGNUS I. (S.), papa. — Epistola ad universos episcopos Siciliæ; suas intra Siciliam vices Petro subdiacono commissas declarat; ut provinciæ illius episcopi semel per annum, conveniant statuit; ipsos quid in concilio cavendum, quid agendum sit monet, LXXVII, 441.

Epistola ad Justinum prætorem Siciliæ; eum amice et serio hortetur, ut paci cum sacerdotibus, æquitati erga omnes studeat, LXXVIII, 443.

Epistol. ad Joannem episcop Constantinopolitan.; quod electionem suam ab imperatore confirmari procurasset conqueritur; ejus orationibus se commendat, LXXVII, 447.

Minturnensem ecclesiam desolatam Formiensi unit, LXXVII, 454.

De synagoga Judæorum transferenda, si Ecclesiæ officia impediat, LXXVII, 457.

Ad Joannem episcopum de Urbe veteri; ne monasterium vexare pergat admonet, LXXVII, 458.

Epistola ad Demetrium Neapolitanum episcop., ut quosdam prius in fide dubios, jam vero catholicam communionem repetentes excipiat, LXXVII, 459.

Ad Balbinum episcop. Rosellanum, ut Populonensem ecclesiam visitet, ac presbyteros diaconosque ordinet, præcipit, LXXIII, 460.

Epistola ad Severum episcop Aquileiensem; præcipit ut Romam veniat cum sequacibus suis in synodo judicandus, LXXII, 461.

Epist. ad universos Italiæ episcopos, ut filii Longobardorum in hæresi Ariana baptizati ad fidem catholicam concilientur, LXXVII, 462.

Epist. ad Petrum subdiacon., ut Marcello ecclesiæ servienti ad victum et vestitum necessaria provideat, pastores in lapsorum locum et vicem curet institui, LXXVII, 163.

Ep. ad Natalem episcop. Salonitanum, ut Honoratum archidiaconum in suum gradum restituat, deinde, si manet controversia, Romæ causam dicant, LXXVII, 464.

Epist. ad Honoratum diaconum Salonitanum, de illius contentione contra episcop. suum et de custodia rerum ecclesiæ, LXXVII, 465.

Epist. ad Anthemium subdiacon., ut quibusdam ancillis Dei Paulino presbytero et duobus monachis certam solidorum summam eroget, LXXVII, 467.

Epist. ad Joannem Constantinopolitan. et cæteros patriarchas: pastoris onus, dotes, officia latè prosequitur, ac demum fidem ad conciliorum normam profitetur, LXXVII, 468.

Epist. ad Anastasium patriarch. Antiochenum: conqueritur de onere pastorali, LXXVII, 479.

Epist. ad Anastasium archiepiscop. Corinth., ordinationem suam gemens indicat, et Bonifacium defensorem commendat, LXXVII, 480.

Epist. ad Sebastianum episcop. Rhisiniensem, ut Anastasii patriarchæ a sede sua pulsi, quem secum in honore suo vivere cupiebat, animum exploret, LXXVII, 481.

Epist. ad Andream illustrem; de sua ad episcopatus assumptione dolet; clavem a corpore sancti Petri transmittit, LXXVII, 483.

Epist. ad Joannem exconsulem atque patricium et quæstorem; clavem sancti Petri et de catenis ejus transmittit, LXXVII, 483.

Epist. ad Romanum patricium et exarchum Italiæ, Alaudum episcopum, aut in synodo judicari, aut in ecclesiam suam reverti concedat, LXXVII, 484.

Epist. ad Venantium exmonachum patricium Syracusanum; eum increpat quod monasticum habitum dimiserit; ut quantocius resipiscat hortatur; quorumnam consilia ipsi audienda sint docet, LXXVII, 486.

Epist. ad Petrum Terracinensem episcop., ut concessum prius Judæis locum restituat; a Christiana religione discordes benigne alliciendi, LXXVII, 489.

Epist. ad Malchum Dalmatiæ episc., ut Stephanum episcop. ad judicium compellat, et quod judicatum fuerit exsequatur, LXXVII, 492.

Epist. ad Felicem episc. Messanensem, ut Paulinus peregrinus episcopus S. Theodori monasterium regat, LXXVII, 493.

Ep. ad Petrum subdiacon., ut dispersos per Siciliam monachos in Messanensi sancti Theodori monasterio congreget, LXXIII, 494.

Epist. ad Anthemium subdiacon., ut monachos vagos, peculiaritati studentes et uxoratos coerceat, etc., LXXVII, 495.

Epist. ad Leandrum episcop. Hispalens.: de onere episcopal. gemit; lætatur de regis Recharedi conversione; inductum ab Hispanis ex Arianorum occasione unicæ in baptismo mersionis ritum probat, LXXVII, 496.

Epist. ad Petrum Siciliæ subdiacon. plurima contra jus facta emendari jubet; de subdiaconorum cœlibatu decernit, LXXVII, 498.

Epist. ad universos episcop. per Illyricum, ut episcopos ab hostibus expulsos suscipiant, eisque necessaria subministrent, LXXVII, 598.

Epist. ad Virgilium Arelatens. et Theodorum Massiliens. episcop., Judæos non esse ad baptismum cogendos, sed ad fidem amplectendam suaviter excitandos, LXXVII, 509.

Epist. ad Honoratum diacon., quid imperatoribus pro Sardiniæ incolis suggerendum sit, LXXVII, 512

Epist. ad Anthemium subdiacon.; ne cum monachis habitent mulieres; ne in quorum jam insularum monasteriis pueri ante decimum octavum ætatis annum suscipiantur, LXXVII, 513.

Epist. ad monachos Montis Christi insulæ: abnormes illos monachos Horosio abbati obedire jubet. LXXVII, 513.

Epist. ad Symmachum defensorem, de construendo in Corsica monasterio; de corrigendis monachis in Gorgonia; de sacerdotum cum mulieribus conversatione, LXXVII, 514.

Epist. ad Felicem episc. Sipontinum, Canusianam ecclesiam visitare, atque in ea duos parochiales presbyteros ordinare præcipit, LXXVII, 515.

Epist. ad Joannem episcop. Surrentinum, ut in Sancti Stephani monasterio S. Agathæ reliquias solemniter collocet, LXXVII, 515.

Epist. ad Anthemium subdiacon., ut neque pauperes opprimi, neque liberæ mulieris filium ad servitutem cogi patiatur, LXXVII, 516.

Epist. ad Severum episcop., de eligendo Ariminensi episcopo, LXXVII, 517.

Epist. ad Arcicum ducem, clerum, etc., ne Ocleatinum in episcopum eligant, LXXVII, 518.

Epist. ad Gennadium patricium, ut exarcham Africæ, et Theodorum magistrum militum a pauperum et Ecclesiæ vexatione abstinere jubeat, LXXVII, 519.

Epist. ad Anthemium subdiacon., injuste titulatam Petronii domum, Theodoræ illius viduæ restituendam, LXXVII, 522.

Epist. ad Felicem episcop. Messanens., quæ servandæ sint consuetudines, quæ abrogandæ, LXXVII, 522.

Ad Petrum subdiaconum, ut Pastori oculis infirmo annuum præstet alimentum, LXXVII, 523.

Ad Petrum subdiaconum. Monasterii lites ac negotia omnia perito e laicis viro committenda, ut Cyriacum et

Joannam conjugem ejus ex Judæa Christianam tueatur; ne ante hiemem Siculi episcopi omnes Romam veniant, et de restituendis Taurominitanæ Ecclesiæ possessionibus atque pecuniis, LXXVII, 525-527.

Ad Gennadium Patricium et exarchum Africæ : illum ad comprimendos hæreticorum adversus Ecclesiam conatus incitat, etc., LXXVII, 528-529.

Universos Numidiæ episcopos ad pacem, ad Ecclesiæ defensionem, ad sollicitudinem de proximorum animabus hortatur, et eis concedit, quod prius nolebat, ex antiqui juris reverentia, scilicet seniorem episcopum in primatem eligi, LXXVII, 531.

Ut Martinus episcopus in Corsica, a Tainatensi Ecclesia in Saonensem transeat, LXXVII, 533.

Hortatur Mevaniensem Ecclesiam ut tandem in episcopi electione consentiant, LXXVII, 534.

Ut Laurentius Mediolanens. episcop. aliquem instituat cum quo de postulata pecunia lis orta dirimatur, LXXVII, 535.

Epistola ad Hilarium Africæ monachum, ut coacto quamprimum concilio in Argentium Lamigensem episcop. inquiratur, LXXVII, 537.

Petrum notarium monet Tropæanis monachis, si religiose vivant, modis omnibus subveniendum, LXXVII, 539.

Ex mortiferæ luis occasione, cives ad pœnitentiam et fidem hortandos mandat Præjecto episcopo Narniensi, LXXVII, 539.

Veloci magistro militum præscribit insequi a tergo Ariulphum Langobardorum ducem, si ad Romanas vel ad Ravennates partes excurrat, LXXVII, 540.

Ut Neopolitani absque mora et discordia, in Demetrii ob nefanda crimina depositi locum, episcopum eligant, LXXVII, 542.

Ut Maximianus Syracusanus episc. vices suas in Sicilia gerat, reservatis tamen majoribus causis, LXXVII, 543.

Ad Paulum episcop. Neapolitanum, sic interea fungatur episcopalibus muniis ut Neapolitanorum testimonia et vota firmentur, LXXVII, 546.

Ad Nepesinos, ut obediant Leontio ad illos transmisso, LXXVII, 547.

De oratorio sanctæ crucis consecrando, LXXVII, 548.

Episcopi Velitranens. sedes in tutiorem locum transfertur, LXXVII, 549.

Paulinum Taurianensem episcopum Ecclesiæ Liparitanæ præficit, LXXVII, 551.

Ut iste Paulinus in Lipana Ecclesia resideat, Taurianensem vero opportuno tempore visitet, LXXVII, 552.

Ad Natalem episcop. Salonitanum. Increpito de assiduis conviviis Natali, ut Honoratum archidiaconum suo loco restituat jubet, LXXVII, 552.

Epistola ad universos Dalmatiæ episcopos, quid in causa Natalis et Honoratii actum sit explicat, LXXVII, 554, 555.

Ad Jobinum Illyrici præfectum; vastatam a Barbaris provinciam ejus regimine recreari gaudet. Patrimonii rectorem commendat, Natali episcopo ne opem contra justitiam ferat hortatur, LXXVII, 557.

Ad universos Illyrici episcopos, Joannis episcopi ordinationem confirmat, LXXVII, 557.

Ut Maximianus Syracusanus episcop. examinet diligenter presbyterum a Felice laudatum, eumque Romam, si episcopatu dignum perspexerit, mittat, LXXVII, 560.

Epistola ad Benenatum episcop : ei Cumanæ Ecclesiæ visitationem delegat, ut tum ecclesiam illam tueatur, tum ex ipsius clero idoneum sacerdotem eligi procuret, LXXVII, 561.

Joanni episcopo Ecclesiæ Nepesinæ visitationem injungit, LXXVII, 562.

Ad Stephanum Chartularium, monachos duos sui status desertores jubeat retrudi; monasterio consuetudines novas imponi non sinat, LXXVII, 563.

Ad Justinum prætorem, ut deposita omni suspicione, Leoni episcopo a falsis criminationibus plenissime purgato charitatem omnem et congruam reverentiam exhibeat, LXXVII, 571.

Ad Joannem episcop. Squillacinum. Ei mandat ut ad Lissitanam Ecclesiam revertatur, si illam ab hostibus liberam effici contigerit; abstineat ab illicitis ordinationibus, etc., LXXVII, 575.

Ut clerus et plebs Cretonæ Joanni episcopo visitatori obediant, atque idoneum sibi postulent sacerdotem, LXXVII, 577

Epistola ad Felicem episcopum. Ei trium Ecclesiarum vacantium visitationem injungit, LXXVII, 581.

Cumanam et Misenatem Ecclesias unit, ac utriusque pontificem constituit Benenatum episcop., LXXVII, 582.

Epistola ad Joannem episcop., de schismaticis Istriæ episcopis ad unitatem compellendis, se ad imperatorem scripturum asserit; ordinatum non esse iterum ordinandum, LXXVII, 583.

Epist. ad Columbum episcopum, Maximianum Pudentianæ Ecclesiæ antistitem, adunato concilio, deponendum, si pecunia corruptus Donatistam episcopum in civitate sua fieri permisit; Donatistarum hæresim dilatari gemit, ac ne ad illam catholici deficere permittantur succendit pastoralem zelum, LXXVII, 588.

Epistola ad Januarium archiepiscop. Auditis de Januario episcopo querelis, Joannem notarium mittit qui partes ad judicium compellat, et quæ judicata fuerint exsequatur, LXXVII, 590.

Frustra de persecutione gloriari schismaticos; damnatis tribus capitulis, nihil in fide immutatum, LXXVII, 592.

Ad Natalem episcopum, profana quibus indulgebat convivia et sacræ lectionis negligentiam non lene ab ipso excusari, etc., LXXVII, 595.

Epistol. ad Petrum subdiaconum, Epiphanium subdiaconum mittit qui de seditione contra Paulum episcopum commota inquirat; ad civitatis ecclesias revocanda mancipia, LXXVII, 603.

Ad Joannem : abbatem, eum arguit quod tum ipse, tum fratres sacram lectionem et orationem negligant; illum hortatur ad sollicitiorem de fratrum animabus, de hospitibus, et de pauperibus curam, LXXVII, 605.

Epistola ad Joannem episcop. Sacra eum communione privat, ob damnatum injuste Adrianum episcopum, quem in locum et ordinem secum restitui jubet, LXXVII, 607.

Ad Natalem archiepiscopum. Florentium episcopum absque concilii judicio depositum, ab exsilio revocandum, causamque illius convocatis episcopis retractandam, LXXVII, 612.

Epist. ad Antoninum subdiaconum, ut Florentio, si a convocatis episcopis absolvatur, res suas omnino restitui curet, LXXVII, 612.

Ad Savinum subdiaconum. Ut Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipit ac veneratur Gregorius; Chalcedonensis fidem in quinta synodo violatam non fuisse declarat, LXXVII, 613.

Epist ad Maximianum episcop., Agrigentini episcopi accusatores et ad ejus causam spectantia documenta Romam mittat, LXXVII, 614.

Terracinenses hortatur ut in omnibus Agnelo episcopo suo obediant, LXXVII, 615.

Ad Petrum subdiaconum, ut sancti Severini reliquias ad Ecclesiæ conservationem mittat, LXXVII, 618.

Sancti Anthemii Ecclesiam unit Numentanæ, LXXVII, 619.

Epist. ad Petrum subdiaconum, deponendum ob crimina Secundinum abbatem; postulatumque a congregatione ordinandum Theodosium, LXXVII, 622.

Ad Leontium episcopum, ut infirmo et absente Castorio episcopo, Ariminensem Ecclesiam regat, LXXVII, 622.

Epistola ad Magnum presbyterum. Quem Laurentius quondam episcopus immerito excommunicaverat absolvit, etc., LXXVII, 623.

Epist. ad presbyteros et clerum Mediolanensem; ad Constantii quamvis sibi notissimi ut amici, electionem non sollicitat; qualis esse debeat pastor; eligentium affectus egregie depingit, LXXVII, 626.

Ad Honoratum archidiaconum; ejus absolutionem firmat, LXXVII, 628.

Epistola ad Sabinum defensorem, ut episcopum Januarium et Epiphanium presbyterum criminibus accusatos Romam perducat, LXXVII, 632.

Ad Petrum subdiaconum, si Numerium diaconum episcopatu dignum judicet, Romam mittat consecrandum, LXXVII, 636.

Epist. ad Pantaleonem notarium, stuprator virginis aut eam ducat, aut corporaliter castigatus in monasterium detrudatur, LXXVII, 637.

Epistola ad Andream episcop., ut sacerdotium ipse deponat si peccati cum concubina sit conscius hortatur; quod mulierem fustibus cædi jusserit, a missarum celebratione per duos menses abstinere jubet, LXXVII, 640, 641.

Ad clerum Ecclesiæ Salonitanæ, Honorati electionem in episcopum approbat, LXXVII, 612.

Epistola ad Eutychum episcop., ut in convertendis idolorum cultoribus perseveret hortatur, LXXVII, 659.

Ad Chrysantum episcop., ut Mevaniensi Ecclesiæ quærat episcopum, presbyteros ordinet, ibique consignet infantes, LXXVII, 661.

Epistola ad universos Dalmatiæ episcopos. Ne absque consensu et permissu suo ullum Salonæ episcopum ordinent. Si tamen in aliquem alium a Maximo omnes consentiant, consecretur, LXXXVII, 677.

Ad Maximinum episcop., puniendum facinus quo ablata est cujusdam uxor, et alteri venundata, LXXVII, 681.

Maximum violenter intrusum ejusque ordinatores episcopos ab omni sacerdotali officio submovet, donec de imperatoriæ jussionis veritate constiterit, LXXVII, 690.

Epistola ad Hospitonem ducem Barbaricinorum, Felici et Cyriaco in convertendis ab idololatria Barbaricinis laborantibus faveat, LXXVII, 692.

Epistola ad Constantiam Augustam, ut illam postulantem caput sancti Pauli deterreat, varia recenset prodigia; tandem e catenis sancti Pauli particulas lima excutiendas promittit, LXXVII, 700.

Ad Narsem patricium. Causam presbyterorum cum Jo ne patriarcha se ad canonum normam omnino exacturum declarat, LXXVII, 707.

Epistola ad Victorem et Columbum episcopos : coacto concilio, Donatistis prompte ac fortiter obsistant, LXXVII, 709.

Ad Theodelindam reginam : ab imperitis seductam dolet; sanctarum quatuor synodorum, maxime Chalcedonensis, fidem in Romana Ecclesia integram servari profitetur, LXXVII, 712.

Epistola ad clerum, ordinem et plebem Hortonæ. Barbarum visitatorem delegat. Ante omnia monet ne laicam personam in episcopum eligent, LXXVII, 716.

Ad Valentinum abbatem, ne monachi feminas in monasterium inducant, etc., LXXVII, 717.

Epistola ad Bonifacium virum magnificum : veniat Romam, de fide sua jam non per epistolam, sed per semetipsum responsurus, LXXVII, 717.

Ad Joannem Ravennatem episcopum, non præponendos monasteriis clericos Ecclesiis deservientes, LXXVII, 721.

Introducendos in monasterium a Theodosia fundatum servos Dei, LXXVII, 723.

Epistola ad Venantium episcopum. Presbyteri, diaconi et subdiaconi qui se luxuriæ crimine maculaverint, suo gradu in perpetuum dejecti maneant; peracta pœnitentia communionem accipiant inter laicos, LXXVII, 723.

Dominicum episcopum gratulatur quod pastorali zelo Donatistas coercere studuerit, LXXVII, 726.

Epistola ad Cyprianum diaconum : persequatur Manichæos; Judæis vero qui ad Christum fuerint conversi minuenda pensionum onera, LXXVII, 729.

Epistola ad Joannem Constantinopolitanum episcopum : quid cum Joanne, tum ipse, tum decessor Pelagius egerint, ob usurpatum episcopi universalis titulum; ab hoc ut abstineat rogat, multisque urget momentis, LXXVII, 378.

Epistola ad Mauricium Augustum : laudat imperatoris zelum pro Ecclesiæ pace, Joannis Constantinopolitani episcopi hypocrisim pingit; ambitioso quem usurpat titulo Ecclesiam totam, venerandas synodos, etc. turbari; illius proinde superbiam imperiali auctoritate constringendam, LXXVII, 744, 748.

Ad Castorium notarium : ad eligendum quantocius episcopum Ravennates hortetur, LXXVII, 751.

Ad Romanum exarchum : ne Speciosum presbyterum episcopo suo resistentem tueatur, neque patrocinetur sanctimonialibus ad sæculum reversis, LXXVII, 752.

Ad Severum episcopum, visitationem Ecclesiæ Ravennatis commendat, LXXVII, 753.

Epistola ad Castorium diaconum. Pisamensis episcopi aliorumve sacerdotum vitam perscrutetur; si quid sinistrum invenerit renuntiet, LXXVII, 754.

Ad Vincomalum defensorem, illum instituit Ecclesiæ defensorem, LXXVII, 755.

Epistola ad Severum scholasticum : componendam cum Agilulpho Longobardorum rege pacem exarcho persuadeat, LXXVII, 760.

Epistola ad Constantiam Augustam : imperatori suggerat Corsos ac Siculos inique ac nimium gravari, etc., LXXVII, 768.

Ad Leontinum episcopum, de visitatione Ariminensi Ecclesiæ procuranda, LXXVII, 774.

Quorumdam zelum pro Ecclesiæ unitate laudat, et a procuranda schismaticorum reversione non deterreantur, LXXVII, 776.

Epistola ad Vigilium episcopum : vices illi suas in regno Childeberti concedit; monet ut Simoniacam labem prohibeat, et ne ex laicis repente fiant episcopi, LXXVII, 782.

Epistola ad Maximum Salonitanum : accusatus ipse de simonia et aliis multis Romam citatur, LXXVII, 695.

Ad Bonifacium episcopum Regiens. Ecclesiæ unit Casinensem, LXXVII, 802.

Ad Joannem episcopum, Joannem presbyterum inique damnatum absolvit atque ab omni hæreseos labe purum denuntiat, LXXVII, 807.

Ad Candidum episcopum : aptos ad presbyterale officium monachos cum consensu abbatis assumat, et presbyteros ordinet, LXXVII, 820

Ad Fortunatum episcopum. Si Judaicum aut paganum mancipium ad Christianam fidem converti desiderat, in libertatem vindicetur, CXXVII, 823.

Epistola ad Urbicum abbatem. Agathonem in monasterium suscipiat, si illius uxor similiter converti voluerit, LXXVII, 833.

Sunt adhuc quingentæ paginæ Epistolarum ad diversos, a col. 834 ad 1327, quæ omnes ferme ad regimen Ecclesiæ remotum vel proximum spectant; nos de hoc Patre, cum jam sat diffuse disseruimus, illas in volumine volvendas lectori studioso relinquimus.

GREGORIUS II, (S.) papa. — Epistola ad Bonifacium presbyterum : potestatem illi facit ut fidei mysterium incredulis gentibus annuntiet, LXXXIX, 495, 501.

Epistola ad optimates Thuringorum. Laudat illorum in Christi fide constantiam, hortaturque ut Bonifacio episcopo suo sint obedientes, LXXVII, 503.

Epistol. ad universum populum Altsaxonum. Confirmat illos in fide Christi quam relicto idolorum cultu amplexi erant, LXXXIX, 504.

Epistola ad Leonem Isaurum imperatorem, de sacris imaginibus, LXXXIX, 511 et 521.

Respondet Bonifacio episcopo ad varias ejus interrogationes et consulta, LXXXIX, 524.

Epistola ad Serenum Forojuliensem episcopum, de Gradensi ecclesia non invadenda, LXXXIX, 526.

Ad Donatum Gradensem patriarcham ejusque subditos; significat de invadendis alienis provinciis Forojuliensi episcopo esse interdictum, LXXXIX, 527.

Epistola ad episcopos Angliæ. Tatwinum Dorobernensem archiepiscopum totius Angliæ primatem agnoscit et mandat agnosci, LXXXIX, 527.

Capitulare datum Martiniano episcopo et aliis euntibus cum Domini auxilio in Bajoariam, LXXXIX, 531.

GREGORIUS III, papa. — Epistola ad Bonifacium archiepiscopum : mittit illi pallium archiepiscopale, docetque quando eo uti debeat; potestatem facit novos episcopatus instituendi; de quodam presbytero et de diversis ejus interrogationibus respondet, LXXXIX, 575.

Epistola ad omnes episcopos, presbyteros et abbates. Illis commendat Bonifacium in Germaniam redeuntem, ut illum adjuvent, et si quis illi se adjungere velit, non prohibeant, LXXXIX, 578.

Epistola ad optimates et populum provinciarum Germaniæ. Redeunte ad illos Bonifacio monet ut ei obediant atque ut paganicos omnes ritus procul abjiciant, LXXXIX, 580.

Epistola ad Carolum Martellum majorem domus regiæ Franciæ pro suscipienda sanctæ Ecclesiæ Romanæ defensione adversus reges Longobardorum, qui illam armis vexabant, LXXXIX, 581 et 583.

Epistola ad Bonifacium Germaniæ archiepiscop Probat quod Bajoariam in quatuor episcopatus divisit; aliquot ejus quæstionibus respondet; concilium juxta ripam Danubii celebrari jubet, LXXXIX, 583.

Epistola ad Antonium Gradensem archiepiscop., ut Romam veniat ad concilium, LXXXIX, 586.

GREGORIUS IV, papa. — Epistola ad universos episcopos, De Aldrico episcopo Cenomanensi non alibi quam apud sedem Romanam accusando, et de Romani pontificis potestate. CVI, 853.

Epistola ad episcopos et orthodoxos fideles. Ebonem archiepiscopum Rhemensem depositum in pristinum gradum restituit, LXXXIX, 858.

GREGORIUS V, papa. — Bulla pro monasterio Sublacensi, CXXXVII, 915.

Epistola ad Joannem Ravennatensem archiepiscop. Placentinam ecclesiam restituit, Monteferetranam subjicit, CXXXVII, 919.

Epistola ad Constantiam Galliarum reginam, ut qui villas Juliani episcopi prædati fuerant et incenderant, ecclesiastica regiaque auctoritate coerceantur, CXXXVII, 932.

GREGORIUS VII (S.), papa. — Epistola ad Desiderium abbatem. Nuntiat se invitum in demortui Alexandri pontificis locum suffectum; rogat ut Deum pro se deprecetur, et ad se quantocius veniat, CXLVIII, 285.

Epistolæ eadem de re ad Gisulfum principem Salernitanum et ad Guibertum Ravennatensem archiepiscopum, CXLVIII, 285 et 286.

Epist. ad Rainerium Florentinum episcop. Præcipit ut vidua quæ suo consanguineo nupserat donis et dote ab eo relictis privetur, CXLVIII, 287.

Epistola ad Giraldum Ostiensem episcop. et Raimbaldum subdiaconum : de obitu Alexandri papæ et de propria electione narrat; monet ut monachos et abbatem Cluniacensem ad pacem flectant, CXLVIII, 288.

Epist. ad principes Hispaniæ. Significat comiti de

Roccio eam Hispaniæ partem concessisse, quam e Sarracenorum manibus eriperet; prohibet alios principes in eamdem regionem cum copiis ingredi, etc., CXLVIII, 289.

Epist ad Guidonem comitem Imolensem, ut discordiam inter archiepiscopum Ravennatem et cives Imolenses sedet, etc, CXLVIII, 292.

Hortatur Beatricem et Mathildem ejus filiam ut Simoniacos evitent; significat se mittere viros religiosos ad regem qui illum ad Romanam Ecclesiam revocent, CXLVIII, 293.

Epist. ad Gulielmum Papiensem episcop.; rogat eum ut Ecclesiæ Romanæ statuta amplectens contra ejus adversarios pro viribus certet, CXLVIII, 294.

Ad Manassem Remensem archiepiscopum, ne monachos S. Remigiæ amplius vexet, et juxta canonicas sanctiones abbatem sibi ordinandum curet, CXLVIII, 295.

Epist. ad omnes Christi fideles in Lombardia; nuntiat se excommunicasse Gotefredum, quod Simoniace Mediolanensem Ecclesiam occupaverit; monet ne ei consentiant et fidem defendant, CXLVIII, 296.

Epist. ad Giraldum Ostiensem episcop; miratur quod se certiorem non reddiderit de synodo ab eo coacta; significat se episcopis qui querebantur ab eo se depositos, respondere modo non posse et Ausciensem episcop. se absolvisse; jubet Bigorritanum episcop. restitui nisi alia crimina in eo inveniat, CXLVIII, 298.

Epist. ad Michaelem imperatorem; Dominicum patriarcham Venetiæ ad eum mittit ut cum agat de iis quæ a monachis ejus nomine acceperat, cupidum se ineundæ pacis cum Ecclesia Constantinopolitana ostendit, CXLVIII, 300.

Epist. ad Rodulphum Sueviæ ducem; ostendit se Henricum regem odio non habere, quin potius cupire pacem cum eo inire, quod ut quomodo fiat expedire, aut ut colloquantur una non solum ipse et imperator, sed etiam imperatoris uxor et alii; rogat ut se fidelem præbeat Romanæ Ecclesiæ, et ad limina apostolorum veniat, CXLVIII, 302.

Epist. ad Rainaldum episc. Cumanum; dolet de ejus calamitatibus; paratum se ostendit ulcisci injurias ipsi illatas. Hortatur ut Romam veniat, tum causa conciliandæ pacis cum Henrico, tum pro causa episcoporum Longobardorum, CXLVIII, 303.

Epist. ad Anselmum Lucens. episcop., ne investituram episcopatus ab Henrico accipiat, CXLVIII, 304.

Epist. ad Carthaginenses; queritur quod Cyriacum episcop. injuriis affecerint, hortatur ad pœnitentiam; sin minus minatur illis excommunicationem, CXLVIII, 305.

Epist. ad Cyriacum episc. Carthaginens.; laudat eum quod patienter tulerit Sarracenorum et malorum Christianorum injurias, et præsente Henrico rege ordinationes habere noluerit; hortatur ad perseverantiam; Deum precetur pro Ecclesia Africana, CXLVIII, 307.

Epist. ad Albertum Aquensem episcop.; ejus religionem de quo aliquando dubitaverat, laudat; hortatur ut Simoniacos oppugnet et Herlembaldo auxilium præstet, CXLVIII, 310.

Epist. ad Sardiniæ judices; hortatur ut erga Romanam Ecclesiam eorum parentum exempla secuti obedientes se exhibeant, dixitque se multa legato quem ad eos mittit referenda imposuisse, CXLVIII, 311.

Epist. ad Geboaldum episcop; eum arguit quod clericos non coerceat; monet ut id faciat, etc., CXLVIII, 313.

Epist. ad Lanfrancum Cantuariens. archiepisc.; reprehendit quod patiatur Arfastum quemdam molestiam exhibere abbatiæ Sancti Eadmundi; monet ut sua vice ejus audaciam compescat, et regem Guillelmum exoret, ne ullum ei favorem præstet; quod si Arfastus parere contempserit, jubet eum et Balduinum abbatem sedem apostolicam ad eorum contentiones dirimendas petere, CXLVIII, 314.

Epist. ad Arnaldum Carnotens. episcop.; ut ad curam suæ abbatiæ, remoto alio intruso abbate, restituat quemdam Isimbardum, si nulla alia culpa inveniat eum privatum, nisi quod Hierosolymam devotionis causa profectus fuerit, CXLVIII, 315.

Epist. ad fratres monasterii B. Mariæ, privilegium sui prædecessoris, quia falsum esse censebat, nec vult confirmare, nec aliud concedere; ipsum electum abbatem sibi idoneum non visum; a se monitum fuisse significat ut a prælatione desistat; jubet tamen ut interim ei obediant, CXLVIII, 315.

Epist. ad Remedium Lincolniensem episcop.; arcet homicidam a sacri altaris ministerio; concedit tamen illi, si pœnitentiam egerit, ut stipendiis Ecclesiæ ali possit, CXLVIII, 316.

Epist. ad Rodericum Cabilonens. episcop., in Philippum Francor. reg. invehitur, ecclesiarum venditorem et destructorem, quem ab eo moneri vult ut canonice episcopos eligi permittat, CXLVIII, 317.

Epist. ad Humbertum Lugdunens. episcop., mandat ut ab ipso vel ejus suffraganeis electus Matisconensis etiam contra regis voluntatem ordinetur, et, si renuerit ordinari, cogatur, CXLVIII, 318.

Epist. ad Aldilasiam comitissam; ejus religionem ac pietatem erga sacra loca commemorat, et ad meliora semper peragenda hortatur; duorum monasteriorum protectionem ei commendat, CXLVIII, 319.

Epist. ad Wozelinum Magdeburgensem archiepiscop. et alios; queritur bellum inter eos et Henricum regem exortum esse; jubet eos ab armis discedere, donec per legatos suos causam contentionis cognoscat, CXLVIII, 320.

Epist. ad Sicardum Aquileiensem archiepiscop.; indicit concilium ad depravatos principum et prælatorum mores corrigendos; monet ut una cum suffraganeis ad id præstita die accedat, CXLVIII, 322.

Epist. ad Jerimorum Bragens. episcop.; restituit episcop. Bragensi suspenso reditus episcopatus, ut, omni postposita mora, cum legatis episcopi adversarii sui sanctorum apostolorum limina adeat, CXLVIII, 324.

Epist. ad Gulielmum comitem Burgundiæ; monet ut una cum quibusdam aliis principibus, Ecclesiæ auxilio veniat, ut, pacatis Normannis, auxilium Constantinopolitanis ferre possit, CXLVIII, 325.

Epist. ad comitissam Mathildem; hortatur eam ad frequenter sumendum sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, et ad devotionem erga beatissimam Virginem Mariam. CXLVIII, 326.

Epist. ad omnes Christianos; monet ut Constantinopolitanis opem ferant, qui a Sarracenis multis calamitatibus afficiebantur, CXLVIII, 329.

Epist. ad Arnaldum abbat Sancti Severi; arguit quod ad synodum vocatus non venerit, sententiam adversus eum latam de quodam monasterio propter contumaciam confirmat; monet ut, si se gravatum sentiat, Romam veniat, CXLVIII 330.

Epist. ad Manassem Remens. archiepiscop.; laudat eum quod monasterii Sancti Remigii religiosum abbatem præfecerit, cui potestatem facit aliam abbatiam administrandi, si tantum onus ferre valeat; quod si non posset, jubet ipsum dare operam, ut alius abbas præficiatur, CXLVIII, 331.

Epist. ad canonicos S. Hilarii Pictaviens.; jubet Pictaviensium canonicorum in festivitate S. Hilarii et omnium sanctorum servari, CXLVIII, 333.

Epist. ad Sapeium regem Aragoniæ; commendat ejus observantiam erga Romanam Ecclesiam, quodque in sua ditione officium Romanum celebrari studeat; absentis cujusdam accusationem non recipit, etc., CXLVIII, 339.

Epist. ad Alphonsum Castellæ et Sancium Aragoniæ reges; hortatur ad recipiendum officium Romanum; excommunicationem ac depositionem cujusdam Symoniaci per suos legatos confirmat, CXLVIII, 339.

Epist. ad Raguseos; arguit quod eorum episcopo in carcerem conjecto alium sibi elegerint, præcipit ut eum vinculis solvant, et hac de causa legatum mittit; quod si per ipsum legatum hæc causa ad exitum perduci non poterit, jubet episcopum, et eum qui ab ipsis fuit electus, Romam venire, CXLVIII, 341.

Jubet episcopo Reatino restitui bona ablata monasterii Sancti Quirici, CXLVIII, 341.

Ad Giraldum Sistaricensem episcop.; præcipit ut Ecclesiam Crosciensem quam invaserat, relinquat et si quod jus in ea ecclesia se putet habere, ad se veniat, CXLVIII, 342.

Epist. ad Froterium Nemansensem episcop.; queritur de injuriis illatis monasterio S Ægidii, et ejus abbati, contempta apostolica sede; jubet ipsum desistere, CXLVIII, 342.

Epist. ad Guilielmum Diensem comit.; remittit episc. ab ipsis electum, et a se consecratum; jubetque eos ipsi obedire præcipue in Simoniaca hæresi exstirpanda; minatur ipsi comiti excommunicationem, si jus retribuere noluerit episcopo et ejus Ecclesiæ, CXLVIII, 343.

Epist ad Guilielmum regem Anglorum; ipsi commendat erga se et sedem apostolicam observantiam, hortaturque eum ad ecclesiasticam defensionem; significat se et Ecclesiam in magnis perturbationibus versari, CXLVIII, 341.

Ad Godefredum ducem; eum arguit quod milites auxilio Sancto Petro non miserit, ut promiserat; monet ut eos mittat, CXLVIII, 346.

Epist. ad Isembertum Pictaviensem episcop., ut in provinciali concilio metropolit. rationem reddat de monasterio Nobiliacensi quod clerici Sancti Hilarii per vim ab eo detineri querebantur; et si se gravatum sentiat, ad se Romam veniat, CXLVIII, 346.

Epist. ad Belvacenses; eos absolvit ab excommunica-

tione precibus episcopi quem offenderant; monet ut obediant, et ab eo pœnitentiam suscipiant, CXLVIII, 347.

Epist. ad Philippum I, regem Francor; monet ut damna Belvarensi ecclesiæ illata resarciat, et suos antecessores imitetur in defendendis et amplificandis ecclesiis, CXLVIII, 348.

Epist. ad Alphonsum Castellæ regem; ei commendat episcopum Pautum, et eum monet ut antiquam ejus episcopatus sedem reparare velit, CXLVIII, 355.

Epist. ad Agnetem imperatricem; gratias agit quod Ecclesiæ concordiæ consulat, et Henricum regem Ecclesiæ communioni restituendum curet; hortatur ut persistat, etc., CXLVIII, 357.

Epist. ad episcopos et abbates Britanniæ; præcipit ad synodum veniant, et incestam copulationem subditis suis prohibeant, CXLVIII, 359.

Epist. ad Isembertum Pictaviens. episcop.; arguit de contemptu sedis apostolicæ, et de injuriis in apostolicos legatos illatis; mandat ut coram se compareat; interim eos, quorum ministerio ad hæc usus est, excommunicatos declarat, CXLVIII, 359.

Epist. ad Gozelinum Burdigalens. archiepiscop.; monet ut Romam veniat, vel alium mittat, qui Isembertum episcopum ad se vocatum præsentem accuset de injuriis quas ab illo se passum per litteras questus est, et Isembertum, nisi ad se venerit, sicut præceperat, excommunicatum una cum criminis consortibus denuntiet, CXLVIII, 362

Epist. ad episcopos Francorum; regni Franciæ calamitates et regis nefanda scelera narrat. Increpat episcopos de eorum contra hujusmodi scelera taciturnitate; mandat ut regi resistant; qui si obtemperare noluerit, totum regnum interdici jubet; et si ille perseveraverit, de ejus occupatione cripi. Episcopis vero, nisi ei restiterint, depositionis pœnam minatur, etc., CXLVIII, 362-365.

Epist. ad Geboardum Pragensem episcop.; arguit de contempta sedis apostolicæ auctoritate, de mentita fide, de fraudulenta occupatione rerum episcopi Moravensis, quas restitui jubet, etc., CXLVIII, 365.

Epist. ad Udonem Trevirens. archiepiscop.; committit ei et episcopo Metensi causam quæ versabatur inter Tullensem episcop. et quemdam ejus clericum, CXLVIII. 370.

Epist. ad Salomonem regem Hungarorum; queritur quod cum Hungariæ regnum juris sit Sancti Petri, a Teutonicorum rege in beneficium acceperit; monet ut illud, correcto errore suo, ab apostolica sede recognoscat, CXLVIII, 373.

Epist. ad Humbertum Lugdunens. archiepiscop. et cæteros, ut clericos moneant, ut desistant ab injuriis. et satisfaciant de damnis monasterio Pullariensi illatis; quod si facere renuerint, eos ab introitu ecclesiæ arceant, et si perseveraverint. subdant eos excommunicationi, CXLVIII, 375.

Epist. ad Guillelmum comitem Pictaviens., ut una cum episcopis et nobilibus regni Franciæ admoneant Philippum regem desistere a confusione ecclesiarum atque a deprædationibus; alioquin ipsum regem, et quoscunque ei obedientiam præstantes, minatur se excommunicaturum, CXLVIII, 376.

Epist. ad Richerium Senonens. archiepiscop., ut a Lanzelino parochiano suo, qui multa scelera in archiepiscopum Turonensem perpetraverat, dignam emendationem faciendam curet; quod si ille facere recusaverit, canonicam in eum censuram exercere jubet, CXLVIII, 377.

Epist. ad Hugonem de Sancta Maura, ut injuste retenta ecclesiæ Turonensis bona archiepiscopo reddat; et si quid deberi putet, cum ejus nuntio Romam ad synodum veniat, alioquin excommunicandus, CXLVIII, 378.

Epist. ad Isembertum Pictaviens. episcop.; confirmat interdictum a suo legato adversus eum factum, et a sacrorum participatione excludit, usque ad futuram synodum ad quam venire jubet, CXLVIII, 379.

Epist. ad Gozelinum Burdigalens. archiepiscop. et Guillelmum ducem Aquitaniæ; præcipit ut Pictaviensi episcopo, nisi ad synodum, sicut illi præceperat, venerit, a nemine obedientia præstetur, etc., CXLVIII, 379.

Epist. ad Lemarum Bremensem archiepiscop.; invehitur in eum quod legatis apostolicæ sedis concilium, sicut ipse jusserat, celebrare prohibuerit; quodque ab eisdem Romam vocatus venire contempserit; quare eum suspendit ab officio, quousque Romam ad concilium accedat, CXLVIII, 382.

Epist. ad Henricum regem Romanorum; lætatur quod legatos apostolicos benigne exceperit; et sibi devotæ servitutis obsequium præstiterit, et det operam ut in regno suo Simonia et fornicatio clericorum exstirpetur, etc., CXLVIII, 384, 385.

Epist. ad Cunipertum Taurinens. episcop.; arguit quod ad synodum vocatus non venerit, et monasterio S. Michaelis molestiam intulerit; præcipit ut ad aliam synodum accedat, et ne dictum monasterium detrimento afficiat, CXLVIII, 388.

Epist. ad comitissam Mathildem; præcipit ut a consortio Azonis se sejungat; quod si illum consanguineum suum non esse probare se posse confidat, in proximo concilio se ejus causam cognituram, CXLVIII, 389.

Epist. ad universos fideles; hortatur ad defensionem Christianorum qui in transmarinis partibus ab infidelibus premebantur, CXLVIII. 390.

Epist. ad universos fideles, ut legatos suos congruo honore recipiant, eisque obedientiam præstent, CXLVIII, 392.

Epist. ad Feretranos et Engubinos; significat se legatos ea de causa misisse ut dent operam ut idoneus pastor in eorum Ecclesia eligatur; monet ut eis exhibeant obedientiam, CXLVIII, 393.

Epist. ad Rodulphum Sueviæ et Bertulphum Carentanum duces; invehitur in episcopos qui inobedientes erant in exsequendis apostolicæ sedis decretis de Simoniacis et fornicariis clericis, quare duces monet ut quoscunque Simoniacos aut fornicarios cognoverint, nullatenus recipiant, etc., CXLVIII, 397.

Epist. ad Sancium Aragoniæ regem; censet absurdum esse ut is qui ex illegitimo concubitu natus erat, ad episcopatus gradum, ad quem ab eo expostulabatur, ascenderet, etc., CXLVIII, 401.

Epist. ad Placentinos; scribit se deposuisse in synodo Dionysium eorum episcop. et omnes quicunque ei fidelitatem juraverant a sacramenti vinculo absolvisse; ait se curaturum ut omnes fideles ad eum expellendum ipsis auxilio sint, CXLVIII, 406.

Epist. ad Laudenses; ipsos lætatur eorumque episcopum contra Simoniacam hæresim et clericorum fornicationem insurgere, etc., CXLVIII, 407.

Epist. ad Dietwinum Leodiens. episcop; reprehendit eum tanquam Simoniacum; monetque ut resipiscat, fornicationem e clero exstirpet et a contumeliis abbati de Sancto Huberto inferendis abstineat, utque ecclesiam quamdam consecret, etc., CXLVIII, 412.

Epist. ad Sichardum episcop. Aquileiensem; exponit statuta in concilio contra concubinarios et Simoniacos clericos; præcipit ut ea servari curet, CXLVIII, 413.

Epist. ad monachos Sancti Dionysii; eos hortatur ad concordiam et pacem, dum eorum abbas se de Simonia purgaturus, vel coram legatis vel coram se veniat, CXLVIII, 415.

De fornicatione e clericis evellenda, CXLVIII, 417.

Epist. ad Annonem Coloniens. archiepiscop, ut habito suorum episcoporum concilio decreta apostolicæ sedis de castitate clericorum promulget et servanda curet. Exponit quoque se in synodo contra Simoniacos statuta confirmasse, CXLVIII. 417.

Epist. ad Cunibertum Taurinens. episcop.; eum arguit quod molestiis afficiat monachos Sancti Michaelis, CXLVIII, 419.

Epist. ad Demetrium regem Russorum; scribit Russiæ regnum eorum consensu accedente eorum filio se tradidisse; ipsorumque petitionibus se paratum ostendit, rogat ut legatos suos benigne excipiant, CXLVIII, 425.

Epist. ad Suenum regem Danorum, queritur de principum inobedientia erga Romanam Ecclesiam; commendat eum de debita erga sedem apostolicam observantia, etc., CXLVIII, 426

Epist. ad Bambergenses, significat Bambergensem episcop. Simoniacum a se depositum; interdicit ne quisquam illius Ecclesiæ bona diripere vel alienare præsumat, CXLVIII, 427, 428.

Epist. ad Henricum regem Romanorum, de Herimanno episcop. Bamberg. a se anathematizato, etc., CXLVIII, 430.

Epist. ad universos Christianos; injuriam apostolicæ sedis exaggerans, hortatur ad divinam opem implorandam, ut aut impios ad pœnitentiam convertat, aut eorum consilia reprimat, eisque exemplum anathematizationis regis mittit, CXLVIII, 434.

Epist. ad Henricum regem Romanorum; lætatur regem religiosis viris discordiæ causam, quæ inter eos intercedebat commisisse, quorum consilio ait se eum ad Ecclesiæ gremium recepturum; hortatur ut erga Saxones devictos se clementes gerat, et in locum Herimanni depositi alium in Bambergensi Ecclesia canonice subrogandum curet, CXLVIII, 435.

Epist. ad Tedaldum Mediolanens. clericum; arguit

quod superstite episcopo canonice electo, se in illius locum intruserit, etc., CXLVIII, 436, 437, 438.

Epist. ad Henricum Romanorum regem; arguit quod cum excommunicatis communicet; monet ut, si ita est, ab aliquo episcopo absolutionem petat, etc., CXLVIII, 439.

Epist. ad Cyriacum Carthaginens. archiepiscop.; cum in Africa duo tantummodo reperiantur episcopi, vult ut alium eligant, et ad se consecrandum mittant, CXLVIII, 449.

Epist. ad universos Christianos; queritur de Henrici regis perfidia, et malis quæ Ecclesia ab ipso patiebatur; monet ut eum ad veram pœnitentiam provocent; quod si audire noluerit, viriliter ei obsistant; eos vero qui regi adhæserant, si resipiscere voluerint, ad Ecclesiæ gremium admittant; illos autem qui a communione regis se non subtraxerint, vitandos esse demonstrat, CXLVIII, 451.

Epist. ad Herimannum episcop. Metensem; ostendit quicunque Henrico regi communicaverint, sive episcopi sive laici sint, excommunicatos esse; errare autem eos qui asserunt reges excommunicari non posse auctoritate et exemplis sanctorum pontificum; imo pontifices regibus longe præstare demonstrat, etc., CXLVIII, 453.

Epist. ad Germanos, ut regem Henricum in synodo excommunicatum, et regia dignitate privatum, si vere pœnituerit, benigne suscipiant, remotis ab eo pravis consiliariis, bonis adhibitis; eo etiam monito ne Ecclesiæ libertatem impugnet, interim ne quisquam episcopus eum absolvat, quousque apostolicæ sedis consensus accedat; quod si vere non pœnituerit, eligant alium idoneum regem, quem se confirmaturum ait, de consilio tamen Agnetis imperatricis, cui se jurejurando obstrinxerant, CXLVIII, 456.

Epist. ad Henricum Leodiensem episcop.; rescribit si excommunicato regi Trajectensis episcopus scienter communicarit et sine satisfactione obierit, cum eo nec mortuo posse communicari; sin minus, eum absolvit, etc., CXLVIII, 460.

Epist. ad episcopos Tusciæ, ut Senensem episcopum, qui Henrico regi communicaverat, et absolutionem petierat, omnes ipsi aut duo viciniores episcopi conveniant, eique pœnitentiam injungant, qua peracta, se eum absoluturum polliceatur; interim si in periculum vitæ inciderit, ei absolutionem impertitur, CXLVIII, 461.

Epist. comminatoria in Richerium Senonens. archiepiscop., CXLVIII, 462.

Epist. ad Adilam Flandriæ comitissam; respondet fornicarios clericos missas celebrare non debere, sed extra chorum esse pellendos, etc., CXLVIII, 464.

Epist. ad Robertum Flandriæ comitem, ut persequatur Simoniacos sacerdotes, et fornicarios; invehitur in episcopos qui apostolicæ sedi erant inobedientes, CXLVIII, 464.

Nuntiat Henricum regem humillimam pœnitentiam egisse seque omnium astantium supplicationibus eum absolvisse, accepto fidelitatis juramento, etc., CXLVIII, 465.

Epistola ad Carnotenses, ne deinceps in episcopum recipiant Robertum perjurum et Simoniacum, et ut alium pastorem legitimum eligant; quod si quis non canonice episcopus factus sit, ipse, omnes fautores ejus et consentientes excommunicentur, CXLVIII, 468.

Epist. ad clericos Romanenses; salutem et benedictionem tanquam excommunicatis illis non mittit; præcipit ut coram Diensi episcop. compareant, ut discutiatur causa, etc., CXLVIII, 569.

Epist. ad Willelmum regem Anglorum; causam Dolensis episcopi propter ejus scelera ab episcopatu ejecti ita tractatam fuisse, ut accuratius tractari non posse videretur, etc., CXLVIII, 470.

Epist. ad canonicos Anicienses; confirmat excommunicationis sententiam a Diensi episcopo legato latam in Stephanum Aniciensis Ecclesiæ invasorem; ideo ab omni sacramento præstito eos absolvens, præcipit ne ei amplius obedientiam exhibeant, CXLVIII, 471, 472.

Epist ad Herimannum Metensem episcop., committit ei causam inter episcopum Leodiensem et abbatem Sancti Laurentii, CXLVIII, 475.

Epist. ad Hugonem episcop. Diensem; præcipit ut congregata synodo episcoporum Franciæ causa Cameracensis electi discutiatur, qui post sui electionem investituram ab Henrico rege acceperat, ignorans et regem excommunicatum et hujusmodi investituram a pontifice prohibitam, etc., CXLVIII, 476.

Epist. ad Bernardum diaconum et Bernardum abbatem, ut ab Henrico et Rodulpho regibus iter tutum petant, ut ad Teutonicorum partes se conferre possit, quorum alter qui id præstare noluerit excommunicetur, et regni gubernaculis interdicatur; qui vero paruerit, in regia dignitate confirmetur, CXLVIII, 478.

Epist. ad Dominicum Silvium ducem et populum Venetiæ; queritur eos cum excommunicatis communicasse; mittit legatos qui eos peracta pœnitentia ab excommunicatione absolvant, CXLVIII, 480.

Epist. ad Hispanos; commonet Hispaniæ regnum antiquis constitutionibus juris esse Sancti Petri, etc., CXLVIII, 484.

Epist. ad canonicos S. Martini Lucensis; arguit eos quod contra sua monita et post promissam satisfactionem canonicatus et præbendas emerent, etc., CXLVIII, 487.

Epist. ad episcopos et clericos Corsicæ; pro suo pastorali officio mittit legatum episcopum Sisanum electum, qui vice sua quæ ad religionem pertinent exsequatur, etc., CXLVIII, 487.

Epist. ad Corsos; lætatur quod insulam Corsicam quæ antiquitus juris erat Sancti Petri, ab invasoribus vindicantes ad apostolicæ sedis ditionem reverti velint, etc., CXLVIII, 489.

Epist. ad Aquileienses; illud se inter omnia præcipue desiderare scribit, ut in unaquaque Ecclesia talis eligatur qui nomen et officium pastoris habere dignus sit, etc, CXLVIII, 490.

Epist. ad suffraganeos Ecclesiæ Aquileiensis; monet eos diligenter curent ut electio episcopi Aquileiensis, propter quam legatos mittit, canonica fiat, etc., CXLVIII, 491.

Epist. ad Udonem Trevirensem et suffraganeos; significat sollicitudinem de regni Teutonicorum perturbatione sedanda; qua de re ad omnes principes litteras misisse ut tanto malo opem ferant, CXLVIII, 492.

Epist. ad Rainerium episcop. Aurelianensem; præcipit ut intra quinquaginta dies ad locum quem Senonenses et alii episcopi, quibus id commisit, probaverint, conveniat de objectis criminibus se purgaturum, CXLVIII, 494.

Epist. ad Hugonem Diens. episcopum; confirmat excommunicationem et depositionem ab eo factam cujusdam juvenis in Carnotensi Ecclesia intrusi; ad quam regendam, cum abbas Sanctæ Euphemiæ a rege Francorum postularetur, etc., CXLVIII, 497.

Epist. ad Guibertum Ravennat. archiepisc. et alios; temeritatem eorum in offendenda sancta Romana Ecclesia incusans, saluti eorum consulens, ad synodum eos vocat, etc., CXLVIII, 496.

Epist. ad Germanos; legatos apostolicos in synodo Romana pro concilianda pace in regno Teutonico fuisse designatos ait, quos impedire si quis præsumat, eum excommunicat, etc., CXLVIII, 500.

Significat se temperantiam potius quam rigorem canonum secutum, causas episcoporum Franciæ et Burgundiæ discussisse, etc., CXLVIII, 502.

Epist. ad Rainerium episc. Aurelianens.; increpat quod patientia Romanæ Ecclesiæ abusus, scelus sceleri addendo, cuncta pene Ecclesiæ suæ ornamenta dilapidaverit; quamobrem illi præcipit, etc., CXLVIII, 505.

Epist. ad Hugonem Cluniacensem; ut legato quem ad regem Hispaniæ mittit, auxilium præbeat, etc., CXLVIII, 506.

Epist. ad Gausfredum et alterum Gausfredum comites, ut omnes episcopos et abbates Britanniæ et clericos et laicos Dolensis Ecclesiæ scientia præstantes faciant convenire concilio celebrando, etc., CXLVIII, 508.

Epist. ad Germanos; monet ne faveant neve communicent iis qui, contra interdictum apostolicæ sedis, impedire conantur conventum episcoporum et laicorum habendum coram legatis apostolicis de jure Henrici et Rodulphi in Teutonicorum regno, etc., CXLVIII, 508.

Epist. ad Henricum Leodiensem episcopum; temeritatis eum arguit quod contra Romanæ Ecclesiæ auctoritatem verba jactaverit, etc., CXLVIII, 513.

Epist. ad Hugonem Diensem episcop. ut Robertum Flandrensem comitem ab apostolicæ sedis legato et Lingonensi episcopo excommunicatum, si non canonico id factum repererit, vel si satisfacere voluerit, absolvat, CXLVIII, 516.

Epist. ad Ecclesiæ Tarvennensis canonicos, ut canonicis de castro S. Pauli, nisi litteris apostolicis obedierint, omnis ecclesiæ ingressus interdicatur; laici autem non obedientes excommunicentur, etc., CXLVIII, 517.

Epist. ad Ravennates; monet ut episcopo Ravennati, ob plurima flagitia in Romana synodo deposito, nullam deinceps obedientiam præstent; qui vero ausus fuerit apostolicis præceptis repugnare anathemate damnetur, CXLVIII, 518.

Epist. ad monachos Massilienses; absentiam sui abbatis

ut æquo ferant animo hortatur; eorum monasterium, sicut Cluniacense, apostolicæ sedi unire desiderat, etc., CXLVIII, 524.

Epist. ad Evrardum episcop. Parmensem; arguit quod abbatem ad synodum venientem ceperit; jubet ut eum dimittat; quamobrem eum ab episcopali officio suspendit, CXLVIII, 527.

Epist. ad Arelatenses; reprehendit eos nulla pene cura moveri suam Ecclesiam pastore esse destitutam; propterea Vapincensem episcopum mittit, ut aut episcopum eligant, aut promittant se in pastorem suscepturos quemcunque ipse ad eos miserit, etc., CXLVIII, 529, 530.

Epist. ad Arnoldum abbat. Sancti Severi; Diensi et Elorensi episcopis commisisse significat, quid agendum foret in controversia inter eum et abbatem Sanctæ Crucis, CXLVIII, 532.

Supersunt adhuc perplures epistolæ S. Gregorii VII, quas omittimus, ne diutius in his quæ ad hunc papam spectant immoremur, CXLVIII, 534-748.

GREGORIUS VIII papa. — Germano clero electionem suam nuntiat, et ad expeditionem pro recuperanda Palæstina animum ut adhibeant hortatur, CCII, 1537.

Ad omnes prælatos Ecclesiarum, pro justitia faciendo et litibus componendis, CCII, 1538.

Ad omnes fideles, de jejunio servando ad placandum Deum offensum, CCII, 1539.

Ad omnes Christi fideles, de clade Hierosolymitana; omnes ad pœnitentiam agendam admonet, et proficiscentibus ad bellum contra infideles plenariam indulgentiam concedit, CCII, 1539.

Monasterii Lucullensis protectionem suscipit, et possessiones juraque confirmat, CCII, 1543.

Monasteriorum Savigneiensium jura vetera, obtentu monachorum Cisterciensium qui ibi sunt instituti, vetat imminui, CCII, 449.

Clero, potestati et populo Bergomati, Lanfrancum electum episcopum commendat, CCII, 1549.

Episcopum Venetum hortatur ut canonicis S. Salvatoris ecclesiam S. Bartolomæi concedat, CCII, 1551.

Ad Fridericum imperatorem; pacis consilia et se in illum fovere, et probare quod eadem ipse nutriat, significat, CCII, 1588.

Ad Folmarum archiepiscop. Trevirens., de casu orientalis Ecclesiæ; spernit dura consilia et censuras adversus principes et præsules, objurgatque ideo Trevirensem archiepiscop. quod justo acrior fuerit, CCII, 1559.

HILARUS, papa. — Epistola ad Ascanium et reliquos episcopos Tarraconnensis provinciæ, ut nullus sine consensu episcopi metropolitani episcopus ordinetur; ut nullus episcoporum relicta propria Ecclesia, ad aliam transeat; ut Irenæus remotus a Barcinonensi Ecclesia, ad propriam revertatur; de removendis episcopis qui illicite ordinati sunt; et ne in una Ecclesia duo episcopi habeantur; de damnatione Irenæi, si ad suam ecclesiam non revertatur, LVIII, 17.

Epist. ad Leontium, Veranum et Victurum, episcopos; delegat illis Ingenui et Auxanii episcoporum controversiam, statuitque ut Cemelenensis civitas et Nicaense castellum ad unius episcopi regimen revertantur, LVIII, 20.

Epist. ad Leontium; monet ut relationem mittat de Herme qui Ecclesiæ Narbonensis episcopatum temere usurpasse dicebatur, LVIII. 24.

Epist. ad episcopos diversarum provinciarum Galliæ; Hermen Narbonensi Ecclesiæ præsidere ita permittit, ut ordinandorum episcoporum potestate careat; ut concilia quotannis fiant ex quibus provinciis poterunt, et a Leontio convocentur; ut sine metropolitani litteris episcopi in aliam provinciam non proficiscantur; quod si eos non poterunt impetrare, causam discutiet episcopus Arelatensis; de parochiis Ecclesiæ Arelatensis, quas repetebat Leontius, judicium ad episcopos remittit; ut prædia ecclesiastica non alienentur, nisi apud concilium alienationis causa prius doceatur, LVIII, 24.

De Mamerto episcopo qui extra suos fines Deensibus episcop. ordinarat, ut illius causam Leontius in synodo examinet; ne quisquam suos terminos transcendat et ut concilia quotannis Leontii opera convocentur; de causa Mamerti in synodo examinanda, LVIII, 27, 28.

HONORIUS I, papa. — Epistola ad Isatium Ravennatem exarchum; Adavaldum Longobardorum regem catholicum regno restitui, et subrogatum illi Ariovaldum hominem Arianum et perfidum inde ejici; Cisalpinos episcopos quorum opera scelus patrarat, ad pœnam suscipiendam ad se mitti petit, LXXX, 469.

Epist. ad episcopos Venetiæ et Istriæ; de Fortunato Gradensi patriarcha dejecto et Primogenio in loco ejus subrogato, LXXX, 469.

Epist. ad Sergium Constantinopolitanum episcop.; post veram orthodoxæ fidei doctrinam, de duabus voluntatibus Christi assertam, causam indicat quare Sergio de novis vocabulis silentium indicenti consentiendum esse judicet, LXXX, 470.

Epist. ad Edwinum regem Angliæ; hortatur ut in fide perseveret, ejusque precibus Paulino et Honorio metropolitanis duo cuique pallia mittit, ut altero mortuo, superstes in locum defuncti alium possit ordinare, LXXX, 476.

Epist. ad Honorium Dorovernensem episcop.; monet ut in Evangelii prædicatione persistet; et pallium mittit, LXXX, 477.

HORMISDA, papa. — Epistola ad Anastasium imperatorem; eum laudat quod Ecclesiæ paci studeat; et cum causam cur concilium cupiat congregari cognoverit, scribit se illi responsum daturum, LXIII, 370.

Epist. ad Dorotheum Thessalonicensem episcop.; laudat ejus pietatem et studium in sedem Romanam, LXIII, 372.

Epist. ad Anastasium imperatorem Augustum; imperatoris qui mandavit se optare concilium congregandum ad componendas in Scythia de fide ortas quæstiones zelum laudat, et pollicetur se per legatos responsurum, LXIII, 374.

Epist. ad Anastasium imperatorem; novum esse Romanum pontificem ab imperatore ad concilium vocari; se tamen iturum, si Chalcedonensis concilii decreta non revocentur in dubium, LXIII, 379.

Epist. ad Anastasium imperat.; fraude Anastasii imperatoris nondum detecta laudat ejus studium de pace concilianda, monetque ut tandem damnatis hæresibus Ecclesiæ unitas sortiatur effectum, CXIII, 383.

Epist. ad Joannem Nicopolitanum episcop.; commendat illius religionem; Nestorium et Eutychen damnandos, et quomodo qui ad fidem revertuntur, sint recipiendi, per indiculum se significaturum scribit, LXIII, 388.

Epist. ad synodum Epiri veteris; Eutychetis errorum sectatores damnat; episcopos Epiri veteris ut nominatim hæreticos anathematizent hortatur, LXIII, 391.

Epist. ad Joannem Nicopolitan. episcop.; cum per litteras Epiri veteris episcopi nominatim hæreticos non damnassent, mittitur libellus, cui debeant subscribere, LXIII, 392.

Epist. ad Avitum Viennensem episcop.; laudat in eo studium cognoscendi de statu Ecclesiæ orientalis; a legatis autem ob perfidiam Græcorum nihil fuisse perfectum scribit; in animo sibi esse alteram ad illos legationem destinare, LXIII, 394.

Epist. ad Anastasium imperatorem; pacem Ecclesiæ nonnisi damnato Acacio posse restitui, LXIII, 397.

Epist. ad Timotheum Constantinopolitan. episcop., pro unitate Ecclesiæ laborandum, LXIII, 399.

Epist comminatoria ad universos hæreticos episcopos Orientis; unitas catholicæ fidei custodienda est, LXIII, 400.

Epist. ad episcopos Orientales orthodoxos; laudat eorum in fide constantiam, et ad pacem conciliandam a se legatos denuo Constantinopolim missos esse scribit, LXIII, 401.

Epist. ad Possessorem episcop., in fide catholica perseverandum, LXIII, 403.

Epist. ad populum et monachos Constantinopolitanos; abstinendum a consortio hæreticorum, et in catholica fide perseverandum, LXIII, 403.

Epist. ad Ennodium et Peregrinum episcopos; a Joanne Nicopolitano, quæ contra eum Thessalonicensis tentaverit, se cognovisse scribit, novamque causam sedi apostolicæ ingestam, iisdem cognoscendam per litteras hasce commisit, LXIII, 404, 405.

De Joanne Nicopolitano, LXIII, 406.

Epist. ad archimandritas Syriæ; illos solatur hortaturque ut in fide catholica perseverent, LXIII, 415.

Epist ad Joannem Tarragonensem. episcop.; libenter de ejus adventu in Italiam audivisse; litteras ad Hispanienses de ecclesiasticis institutis ab eo datas probat, eique vices suas committit, LXIII, 421.

Epist. ad universos episcopos Hispaniæ; de sacerdotibus juxta statuta canonum ordinandis; ut pro episcopatu præmium non accipiatur; de concilio per annos singulos celebrando, LXIII, 423.

Epist. ad Sallustium; Sallustius apostolicæ sedis vicarius constituitur per provincias Bœticam et Lusitaniam, LXIII, 425.

Epist. ad Justinum imperatorem; commendat ejus literis respondens, sollicitudinem de concilianda pace, et cœptis monet insistendum nomenque Acacii abolendum esse, LXIII, 428.

Epist. ad Joannem Constantinopolitanum episcop.;

eum commendat et gaudet concilium Chalcedonense et divi Leonis epistolas ab eo complexas, ad Ecclesiæ communionem admittendum pollicetur, si nomen Acacii et dyptichis sacris expunxerit, LXIII, 429.

Epist. ad Cæsarium Arelatensem; docet Dardaniæ et Illirici episcopos ad sedis apostolicæ communionem, Eutychiana hæresi damnata rediisse, et delegationes in Orientem missa, LXIII, 451.

Epist. ad Justinianum Augustum; ad pacem assequendam et Acacium damnandum, legatos mitti significat, LXIII, 435.

Epist. ad eumdem; ab iis qui admissis Chalcedonensis concilii decretis Acacium damnare recusabant cavendum; legatosque ad pacem et unionem Orientalis Ecclesiæ missos commendat, LXIII, 455.

Epist. ad Euphemiam Augustam, Augustum ad pacem Ecclesiæ restituendam cohortandum, LXIII.

Epist. ad Joannem episcop. Constantinopolitan., Acacium damnandum et in legatorum manibus fidei professionem emittendam, LXIII, 438.

Epist. ad archidiaconum et clerum Constantinopolitanum, catholicis hæreticorum molestia liberatis, legati ad pacem confirmandam mittuntur, LXIII, 459.

Epist. ad Justinianum domesticorum comitem; sperat fore ut ejus opera Ecclesia pacem adipiscatur, LXIII, 440.

Epist. ad diversos; legatos in causa pacis coadjuvandos, LXIII, 440 441.

Epist. ad Germanum et cæteros legatos; de his quæ agant vult se moneri, etc., LXIII, 452, 453.

Epist. ad Justinum Augustum, gratulatur cum ejus opera Constantinopoli pax vigeat, hoc ipsum Antiochiæ et Alexandriæ faciendum curet, LXIII, 454.

Epistola ad Joannem episcopum Constantinopolit.; laudat eum ad unitatem Ecclesiæ rediisse; hortatur ut Alexandrinæ et Antiochenæ Ecclesiæ unionem procuret, etc., LXIII, 455.

Epist. ad Justinianum; commendat eum, quod Justino adjumento fuerit in pace Ecclesiæ reddenda, ad quam perfecte tuendam hortatur, LXIII, 457.

Epist. ad Pomplium; laudat quod se pacis studiosum ostenderit, hortatur ad operam navandam ut perfecta Ecclesiæ tranquillitas reddatur, LXIII, 457.

Epist ad omnes Hispaniæ episcop.; Joannis Constantinopolitani episcopi dirigit professionem propter Orientales episcopos qui eorum communionem poposcerint, LXIII, 459.

Epist. ad Germanum cæterosque legatos; monet ut cum imperatore ejusque conjuge agant, ut omnes Ecclesiæ, præcipue vero Alexandrina et Antiochena, ad apostolicæ sedis communionem revocentur, LXIII, 461.

Epist. ad Dioscorum diaconum, ut cogitet quomodo ii qui Chalcedonense concilium scripto damnaverant, et ad Ecclesiam redire cupiebant recipiendi sunt, LXIII, 461, 462.

Epist. ad Joannem et Dioscorum legatos; dolet episcopos Thomam et Nicostratum Constantinopoli congruo honore non fuisse receptos. LXIII, 463.

Epist. ad Justinum August., ut suis sedibus Heliam, Thomam, etc., restituendos esse curet, LXIII, 463, 464, 465, 460.

Epist. ad legatos, de iis quæ Thessalonicæ ab Eutychianis gesta per famam audiverat, Dorotheum et Aristidem Romam venire compellendos, LXIII, 467.

Epist. ad legatos; dolet Joannem occisum; et, Dorotheo ab episcopatu remoto, alium Aristide excepto in ejus locum substitui præcipit; Thomam, Nicostratum suis ecclesiis restituendos, LXIII, 469.

Epist. ad Joannem Militanæ Ecclesiæ episcop. Constantinopolitanam Ecclesiam ad sedis apostolicæ communionem rediisse, LXIII, 470.

Ad episcop. Hispaniæ; gratulatur de pace Ecclesiæ Orientalis, LXIII, 471.

Ad Justinianum; monachos Scythas ante legatorum adventum Roma non discessuros; apostolorum sanctuaria transmittit, LXIII, 477.

Epist. ad possessorem episcop; Scythas monachos, suos errores damnare volentes, ut hæreticos ab urbe expulsos. Fausti librum a Romana Ecclesia non recipi, LXIII, 490

Ad Epiphanium episcop. Constantinopolitan.; queritur quod non scripserit, nec legatos miserit, et quod Elias, Thomas et Nicostratus suis sedibus non sint restituti; ipse Epiphanius curet ut hæc exsecutioni mandentur, LXIII, 493.

Epist. ad Dorotheum Thessalonicensem episcop.; Romam ei veniendum ut catholicam doctrinam percipiat, et objectum crimen purget, LXIII, 500.

Epist. ad synodum Constantinopolit.; gratulatur Epiphanium pontificem electum, LXIII, 505.

Epist. ad Justinum Augustum ad evitandam discordiam nihil innovandum, et de his qui ad communionem admitti possunt Epiphanio scriptum, LXIII, 510.

Epist. ad Justinum Augustum; Divinitatis et Incarnationis mysterium exponitur, LXIII, 512.

Epist. ad Epiphanium episcop Constantinopolit.; ipsi vicariam sedis apostolicæ præfecturam in recipiendis lapsis delegat, LXIII, 515.

Epist. ad Remigium Remorum episcop.; vices suas illi deputat in regno Clodovei Francorum regis nuper ad fidem conversi, LXIII, 524.

Decretum; qui ad pœnitentiam agendam in monasterio recluditur presbyter non ordinetur, LXIII, 525.

Decretum; nuptias occultas celebrare non licet, LXIII, 525.

Decretum; absque episcopi permissu in ecclesia consecrata non erigatur altare, LXIII, 526.

INNOCENTIUS I, papa. — Anysio Thessalonicensi episcop. confirmat eam in Illirici Ecclesias potestatem quam Anastasius ejusque decessores ipsi concesserant, XX, 463.

Ut extra conscientiam metropolitani episcopi nullus episcoporum audeat ordinare; ut post remissionem peccatorum non admittatur ad clerum qui cingulum militiæ habere elegerit; ut omnes contentiones vel causæ inter clericos cujuslibet ordinis exortæ, coram provincialibus, id est suis episcopis terminentur; ut majores causæ ad sedem apostolicam per episcopale judicium referantur; ut clericus virginem uxorem ducat; ut laicus sive ante baptismum, sive post baptismum, si viduam uxorem acceperit non admittatur ad clerum; ut qui secundam duxerit uxorem, clericus ordinari non debeat, etsi ante baptismum tale sortitus fuerit connubium; ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpet; ut venientes a Novatianis vel Montensibus baptizati per manus tantum impositionem suscipiantur; ut sacerdote et levita cum uxoribus suis non coeant; ut monachus si ad clericatus ordinem niti voluerit, a priori proposito, quod monachus gessit non debeat deviare; ut qui corruptus ad clericatum venire voluerit, spondeat se secundum veterum regulam uxorem non ducere; ut curiales vel quibuslibet functionibus occupati, clerici non fiant; ut ancillæ Dei velatæ, si publice nubendo, vel occulte se corruptioni tradiderint, non admittantur ad pœnitentiam, nisi cui se junxerant de sæculo recesserit; ut ancillæ Dei, necdum sacratæ, si post nubere voluerint, ad pœnitentiam recipiantur, XX, 471, 481.

Quod episcopi nonnulli ab aliis ob receptos ab hæresi conversos perperam dissideant; de episcopis a Bufino et Minicio in alienis ecclesiis contra canones ordinatis; ut Joannis episcopi causa examinatur aliorumque qui communionis consortium refugiebant; de vitiosis multorum ordinationibus, ita dissimulari quæ hactenus usurpata sunt, ut in posterum prohibeantur, ut Gregorii Emeritensis episcopi querela discutiatur; quosnam ad clericatus ordinem admittere liceat, qualesve eligendi sint, XX, 486, 493.

Epist. ad Theophilum Alexandrinæ Ecclesiæ episcop.; se a Joannis communione discedere non posse, nisi legitimo judicio damnetur. Theophilus ad canonicam synodum provocatur, XX, 494, 495.

De incontinentia sacerdotum vel levitarum; de ultima pœnitentia; de administratoribus, quod viri cum adulterinis uxoribus non conveniant; quod qui preces vel criminales dictant, habeantur immunes; quod ii qui intercedente repudio divortium pertulerunt, si se nuptiis aliis junxerint, adulteri esse monstrentur; qui libri in canone recipiantur, XX, 495, 502.

Epist. ad clerum et populum Constantinopolitanum; solos canones Nicænos recipiendos, alios qui eis adversentur, repudiandos esse declarat; demum significat sibi curæ esse ut œcumenica synodus congregetur, XX, 502-507.

Epist. ad Rufum Thessalonicensem episcop.; variarum ei committitur cura provinciarum, in quibus vicarius Innocentii et inter primates primus constituitur, XX, 513.

De ratione Paschali anni 414, XX, 517.

De suscipiendis clericis quos Bonosus, antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur, XX, 519.

Ut si sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam suum perdat officium; ut si quis catechumenus habuerit uxorem, et defuncta ea, post baptismum sortitus fuerit aliam, clericus non sit; quod non suscipiantur, in clero ab hæreticis ordinati; quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur

auferri; quod ii qui a Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret Ecclesiæ; quod in Ecclesia peccatum populi inultum soleat præteriri; quod subreptum fuerit apostolicæ sedi, et suam in melius sententiam commutarit, XX, 526 537.

De Rubalmo et Tauriano damnatis a provincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractare curavit, XX, 537.

Qua conditione Acacio communionem concedat, XX, 54 .

De Attico Constantinopolitano episcopo Communionem ei non reddendam esse, nisi prius eam legatione solemni rogaverit, et quæ Antiochiæ facta sunt ipse perfecerit, hoc est, in sacris diptychis Joannis nomen restituerit, XX, 544.

Epistola ad Alexandrum Antiochenum episcop.; quod prima sedes B. Petri apud Antiochiam esse memoretur; quod non oporteat secundum constituta imperatorum duos esse metropolitanos episcopos; quod Arianorum clerici non sint suscipiendi in suis officiis quamvis baptisma quod per eos datur, confirmet Ecclesia, XX, 547-551.

De pacis osculo dando post confecta mysteria; de nominibus ante precem sacerdotis non recitandis; quod non debeant baptizari nisi ab episcopo consignari; quod rite omni Sabbato jejunetur; de fermento quod civitatis tantum presbyteris dirigatur; de energumenis baptizatis; de pœnitentibus; de Epistola S. Jacobi apostoli in quo pro infirmis orare præcipitur, XX, 551, 561. — Episcopis Carthaginensibus rescribens eorum adversus Pelagianos hæreticos doctrinam atque sententiam laudat et confirmat, XX, 582.

Patres concilii Milevitani laudat, tum quod hæreticos pertinaces segregandos, et correctos censuerint recipiendos, tum quod canones ubique receptos secuti, apostolicæ sedis de rebus anxiis sententiam petierint; inde probat hæresim quæ hominem sibi sine Dei gratia posse sufficere vult, ac parvulis baptismum ad vitam æternam necessarium negat, contra Scripturas pugnare. Eorum auctores errorum, eorumque sectatores ab Ecclesia abscidi jubet; sed si errores damnent recipi, XX, 589.

Rescribit quinque episcopis quid de eorum sententia, quid de Pelagi perfidia sentiret se jam satis notum fecisse, etc., XX, 593.

Si maritus cujus uxor in captivitatem fuerat adducta, alteram acceperit, prima revertente, secunda mulier debet excludi, XX, 602.

In parochiam alienam invadere, aut quidquam in ea, inconsulto ipsius episcopo agere non licere, XX, 606.

Ut Laurentius episcopus Seniensis hæreticos Photini venena sectantes expelli curet, XX, 607.

Sententiam profert adversus Arcadium, Arsacium ac Theophilum, XX, 630.

Arcadium solvit et sacrorum mysteriorum perceptionem ei permittit, XX, 635.

INNOCENTIUS II, papa. — Conradum regni invasorem nuntiat Lothario regi ab Honorio excommunicatum; Gerardo cardinali legatio apostolica per Germaniam confirmatur, CLXXIX, 53.

De sua electione canonica disserit, CLXXIX, 55, 56.

Epist. ad Petrum Bellovacensem episcop. et canonicos; vetat ne monachos S. Luciani molestent ob nullas causas sibi notas, CLXXIX, 74.

Conqueritur de inobedientia Joannis Glasguensis episcop., CLXXIX. 90.

Confirmatio confraternitatis Ecclesiæ Oxomensis, CLXXIX. 92.

Epistola ad Alivisium Aquinoinctinum abbat., illi renuenti præcipit ut Atrebatensis Ecclesiæ curam suscipiat, CLXXIX, 93.

Didacum archiepiscop. Compostellanum vocat ad concilium Remis celebrandum, CLXXIX, 96.

Disciplinam in ecclesiis Rambergensibus al Ottone episcopo institutam sancit, CLXXIX, 108.

Clero et populo Hildesheimensi significat Godehardum quondam episcopum in synodo Remensi sanctorum ordinibus ascriptum esse, CLXXIX, 110.

Ad Guilenchum Lingonensem episcop. Ne Herbertum, S. Stephani Divionensis abbatem ab Humberto presbytero vexari sinat, CLXXIX, 114.

Epistola ad Scotiæ episcopos, de obedientia metropolitano suo, Eboracensi episcopo præstanda, CLXXIX, 115.

Ad Stephanum Regniacensem abbat., Regniacenses abbates eximit ab obedientia quam Æduensi episcopo fecerant pro loco Fortumensi, CLXXIX, 116.

Ad abbatem Fontinellensem, ut a prælato suo benedictionem suscipiat, etc., CLXXIX, 117.

Epist. ad archiepiscop. et episcop. Franciæ ut sanctimoniales Fontis Ebraldi defendant per duos vel tres idoneos testes pro rebus suis recuperandis, CLXXIX, 118.

Ad Briccium Nannetens, episcop.; ne monasterium Trenorciense injuriis afficiat, CLXXIX, 121.

Monasterii Cisterciensis possessiones confirmat, CLXXIX, 122.

Bulla pro institutione canonicorum regularium in cœnobio Sancti Laudi Constantiensis, CLXXIX, 126.

Monasterium Cluniacensis qui die dedicationis altaris majoris adierint, iis pœnitentiæ susceptæ dies quadraginta remittit, CLXXIX, 127.

Populo Trevirensi significat quem elegissent Alberonem a sese consecratum esse, pallioque donatum; cui ut obediant monet, CLXXIX, 131.

Ad Petrum Venerabilem abbat. Cluniacensem; illum investit de novo de abbatia Sancti Bertini, mandatque monachis ejusdem ut ei pareant, CLXXIX, 135.

Canonicis Sancti Alexandri Bergomatis quasdam ecclesias ad sedem apostolicam spectantes concedit, CLXXIX, 143.

Decernit ut monachi monasterii Sancti Georgii Majoris sub apostolicæ sedis protectione recepti de cætero sibi eligant quem ipsi duxerint in abbatem, CLXXIX, 160.

Ad Bertholdum abbat. S. Blasii; approbat. separationem Ecclesiæ Burgiensis ab ecclesia Eggenheim, CLXXIX, 164.

Ad Gaufredum Carnotensem et Stephanum Parisiensem episcopos; ut Amelianensi subdecano ac sociis honores et bona ablata restitui satagant, CLXXIX, 165.

Epist. ad archiepiscopos, episcopos, etc; significat quemdam N. Ecclesiæ Ovetensis invasorem a sese excommunicatum esse, CLXXIX, 172.

Syrum Jamensem ex episcopo archiepiscop. factum pallio decorat eique Marianensem, etc., suffraganeos subjicit, CLXXIX, 174.

Ad Hugonem Burgundiæ ducem; monet ut Hertertum abbatem Dionensem tueatur contra monachos S. Sequani quos excommunicatos nuntiat, CLXXIX, 176.

Monasterium Brugnatense sedem episcopalem instituit, Januensis Ecclesiæ suffraganeam, CLXXIX, 178.

Ut omnes episcopi Daniæ, Suediæ, Norwegiæ Adalberoni Humburgensi archiepiscop. subjecti sint, CLXXIX, 180.

Bulla super certis episcopatibus in Polonia et citra episcopo Magdeburgensi subjectis, CLXXIX, 183.

Rainaldum Remensem et Henricum Senonensem archiepiscopos arguit quod citius excommunicationis sententiam in eos non tulerint qui priorem S. Victoris interfecerunt, CLXXIX, 191.

Epist. ad Gaufredum Carnotens. et Stephanum Parisiens, episcop.; quam pœnitentiam interfectores Archembaldi subdecani Ameliamensis agere teneantur, ut satisfaciant et ab excommunicatione absolvantur, CLXXIX, 193.

Bulla per quam Frankentalense cœnobium stabilitur ac simul in protectionem sanctæ sedis recipitur, CLXXIX, 197.

Invitat Gaufridum archiepiscop. Dolens. et suffraganeos ejus et abbates, ut veniant ad concilium Pisense, CLXXIX, 210.

De parricidio Thomæ prioris S. Victoris, CLXXIX, 214.

Archiepiscopos et episcopos Teutonici regni hortatur ad observandum Ecclesiæ Romanæ privilegium, ut majores causæ ad examinationem sedis apostolicæ devolvantur, et oppressi omnes intrepide ad eam appellent, CLXXIX, 226.

Ad Henricum Leucorum episcop.; confirmat concordiam factam inter ipsum et Fridericum comitem Tullensem, CLXXIX, 228.

Bulla qua prioratum S. Patri de Nanto ad abbatiæ dignitatem evehit, uniendo ipsi plures ecclesias, CLXXIX, 237.

Ecclesiæ Medionalensis clericis nuntiat Tetaldum de Medolaco propter infestatam ecclesiam de Virgis excommunicatum esse, CLXXIX, 240.

Gregorio episcopo cleroque et populo Bergomati significat se controversiam inter S. Vincentii et S. Alexandri canonicos composuisse, CLXXIX, 240, 242.

Ad Alberonem Trevirens. archiepiscop., contra abbatem S. Maximini, quem, si vera sint et objecta, deponendum judicat, CLXXIX, 251.

Epistola ad Gerardum S. Maximini abbatem; eum de Simonia et dilapidatione arguit, CLXXIX, 252.

Laudat quosdam abbates pro stabilienda suorum ordinum disciplina, CLXXIX, 254.

Bernardo episcop. Heldesheimensi ejusque successoribus interdicit ne castrum Winceburgense alienent, CLXXIX, 254.

Ad Hugonem Carthusiensem priorem, S. Hugonem Gratianopolitanum in sanctorum numerum relatum esse monet, et vitam ejus ut conscribat hortatur, CLXXIX, 256.

Alberoni archiepiscopo Trevirensi mandat, cogat Brunicum ejusque filios ut Filestanges prædium Romanicensi monasterio restituant, CLXXIX, 256.

Epistola ad clericos Mutinenses; significat consules Mutinenses ob infestatum monasterium Nonnuntulanum excommunicatos esse, CLXXIX, 257.

Ad Bertholdum abb S. Blasii, de pace cum Scaphusensibus monachis servanda, CLXXIX, 258.

Henricum Senonens. archiepiscop. abstinere officio episcopali jubet, CLXXIX, 254.

Ad Raynaldum archiepiscop. Remensem, ut archidiaconum suum in archiepiscop. Bituricensem electum petenti populo concedat, CLXXIX, 278, 279.

Epistola ad Stephanum Anglorum regem; in regem unanimiter electum et consecratum in specialem B. Petri et Romanæ Ecclesiæ filium recipit, CLXXIX, 391.

Ad Hugonem archiepiscop. Rothomagens. in corrigendis vitiis severum, ad mansuetudinem hortatur, etc., CLXXIX, 304.

Bulla translationem confirmans abbatiæ a S. Firmino ad Joannem secus Scylam, etc., CLXXIX, 308.

Ad Walterum episcop. Augustens., mandat, ut ab inferendis monasterio Burano utpote regali, molestiis abstineant, CLXXIX, 326.

Alberoni archiepiscopo Trevirensi ejusque successoribus primatum, Galliæ Belgicæ asserit et eum legatum Sedis apostolicæ constituit, CLXXIX, 331, 333.

Epist. ad archiepiscopos Remensem, Senonensem et Turonensem, quos monet ut mites sint, et liberum injuste oppressis relinquant ad Sedem apostolicam appellare, CLXXIX, 342.

De obedientia quæ debetur patriarchæ Jerosolymitanæ, CLXXIX, 347, 372.

De excommunicatione consulum Pistoriensium, CLXXIX, 376.

Ad Walteum Augustensem episcop.; hortatur ut Engescalcum abbatem Benedictoburanum cum fratribus in gratiam et communionem recipiat, CLXXIX, 393

Chuunrado abbati et monachis Fuldensibus nuntiat Sturmium in concilio sanctis ascriptum esse, CLXXIX, 450.

Diploma quo Ferrariensis ecclesia specialis Ecclesiæ Romanæ filia ejusque comitatus Sancti Petri patrimonium declaratur, CLXXIX, 454.

Multos episcopos et comites hortatur Flandriæ ut monasterii S. Bertini Silhiensis libertatem defendant, CLXXIX, 462.

Archiepiscopos et episcopos hortatur ad tuendas monasterii Casinensis ecclesias, CLXXIX, 478.

Clero et laicis diœcesis Hildesheimensis scribit, ut nullus laicorum bona fratrum claustralium vel aliorum clericorum mobilia vel immobilia in vita seu in morte usurpare præsumat, CLXXIX, 488.

Ad Henricum Senonens. et Rainaldum Remens. episcop., de Abælardo et Arnoldo de Brixia damnatis et monasterio includendis, librisque eorum comburendis, CLXXIX, 515.

Ad Samsonem Remens. Henricum Senonensem episcop., et Bernardum abbat., Clarævallensem, de Abælardi et Arnoldi damnatione, CLXXIX, 517.

Moniales Crisenonis a dominatione Molismi laudante papa liberantur, CLXXIX, 520.

Theobaldo archiepiscop. Cantuariensi interdicit ne monachis S. Augustini injurias inferat, neve ab iis septem denarios pro datione chrismatis et olei sacri exigat, CLXXIX, 533.

Ad Stephanum Anglorum regem, ne monasterium S. Augustini Cantuariense affici injuriis patiatur, CLXXIX, 555.

Ad monachos Marchianenses; censuras episcopi Atrebatensis nullas declarat, præcipitque ut ad abbatis electionem procedant, CLXXIX, 554.

Epist. ad episcop. Atrebatensem; eum arguit quod Marchianenses monachos vexaverit, CLXXIX, 555.

Henrico Moreviensi episcop. concedit licentiam prædicandi paganis in Prussia; attamen ut populum suum rebellem reformare non negligat, CLXXIX, 564.

Clerum episcopatus Olomucensis contra prohibitionem episcopi sui divina celebrantem arguit, monetque ad obedientiam et reverentiam sui episcopi, CLXXIX, 565.

Robotonem comitem hortatur ut Ecclesiæ Bamburgensi prædium quoddam restituat, CLXXIX, 566.

Ad D. Marchionem; eum hortatur ut monasterio B. Petri Munchstor ablata restituat, CLXXIX, 567.

De canonizatione S. regis Edwardi, CLXXIX, 568.

Heloisæ abbatissæ et sororibus Paraclitensibus asserit bona a Gundrico sacerdote concessa, CLXXIX, 569

Excommunicationis sententiam se promulgasse significat in consules Montispessulani qui expulso Guillelmo eorum domino, ab ejus fidelitate se subtraxerant, CLXXIX, 561

Institutionem ordinis Præmonstratensis in Valle Secreta confirmat, CLXXIX, 577.

Significat episcopis provinciæ Narbonensis se mandasse ut Ildefonsum comitem Tolosanum a ferendo auxilio proditoribus ejus de Montepessulano compescerent, alioquin excommunicandum, CLXXIX, 582.

Ad clerum et populum Tolosanum, commendat eis Raimundum episcop. a se venientem, etc., CLXXIX, 592.

Henrico Moraviensi episcopo Guidonem cardinalem legatum ad corrigendas cleri enormitates in has partes missum recommendat, rogans ut ipsi ope et consilio assistat, CLXXIX, 597.

Ad archiepiscop. Turonensem, ut responsurus Dolensi antistiti, qui se Arelatensi episcopatu spoliatum quæreretur, ad sedem apostolicam accedat, CLXXIX, 618.

Epistola ad Stephanum episc. Parisiens., ut ecclesiam S. Genevofæ ab interdicto absolvat, CLXXIX, 620.

Ad Radulfum abb. Latiniacensem; arguit eum de contemptu sedis apostolicæ et de monasterii sui dilapidatione, CLXXIX, 621.

Ad episcop. Cremonensem omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum, CLXXIX, 624.

Lugdunenses archiepiscop. et clericos Cluniacensibus infestos et per conjuratos homines vim inferentes compescit, etc., CLXXIX, 632.

Ad sedis apostolicæ legatum; Montispessulani homines ab eo absolutos, sed domino suo justitiam facere renuentes eisdem excommunicationis nexibus jubet denuo constringi, CLXXIX, 637.

INNOCENTIUS III, papa. — Prorsus impossibile per analysim nobis est dare quæ pontifex iste scripsit pro regimine Ecclesiæ; nam hujus pontificis sexdecim sunt Regestorum libri, cum appendice, collectione Decretalium, et supplemento ad Regesta quæ omnia habentur in voluminibus Patrologiæ CCXIV, CCXV, CCXVI et CCXVII. Quantus esset labor solummodo tot scripta non parvi momenti et magnæ auctoritatis in Ecclesia, enumerare, nemo non videt : itaque ipse lector auctorem adeat.

JOANNES II, papa. — Epist. Joannis ad Justinianum; eum rogat ut quos a recto fidei catholicæ itinere aberrare sciret, omni studio revocaret. LXVI, 17.

Epist. ad senatores; fidem de Christi divinitate et incarnatione confirmat, LXVI, 20.

Epist. ad episcop Galliæ; Contumaliosum Galliæ episcop. episcopatu privatum, in monasterium redegit ad pœnitentiam, etc., LXVI, 24.

Epist. ad Valerium episcop.; docet Christum secundum deitatis naturam Patri æqualem; secundum vero humanam naturam, minorem esse, LXVI, 27.

JOANNES III, papa. — Epistola ad episcopos Germaniæ et Galliæ. Primum chorepiscopos quosnam temerarios olim jam damnatos arguit, quod nimium sibi sumerent auctoritatis in impositione manuum; deinde monstrat Clementem I post Petrum sedem apostolicam rexisse, idque tradente sibi ipso Petro; tandem tradit quanta cura atque sollicitudo illi subeunda sit qui gregem Christi poscat, CXXII, 13-18.

JOANNES IV, papa. — Epist. ad episcop. et presbyteros Scotiæ, de Paschate more catholico celebrando, et reviviscente Pelagiana hæresi diligenter cavenda, LXXX, 601.

Epistola ad Constantinum imperatorem; apologia pro Honorio papa, propter unam in Christo voluntatem, cujus aiunt eum calumniantes mentionem fecisse, LXXX, 602.

Epistola ad episcopum Syracusanum; ut monachis suarum ecclesiarum sacerdotes instituere liceat, LXXX, 608.

JOANNES papa VII. — Epistola ad Ethelredum regem Merciorum et Alfridum regem Deirorum, Berthwaldum archiepiscop ; Cantuariæ commonet ut synodum convocet ; Wilfridumque et adversarios suos aut convenire faciat, aut Romam accurrere, LXXXIX, 60.

Epist. ad episcopos Britanniæ, ut omnes Anglorum clerici talaribus tunicis secundum Romanum morem induantur, LXXXIX, 63.

JOANNES VIII, papa. — Epistola ad Ludovicum imperatorem ; excommunicatur Rainaldus Castri Felicitatis episcopus, CXXVI, 655.

Excommunicantur qui de morte Romani clerici suspecti erant, CXXVI, 656.

Ad episcopos Germaniæ et Galliæ; vices suas in Gallia et Germania committit Ansegiso archiepiscop. Senonensi, CXXVI, 660.

Epist. ad Aldephonsum regem; Pretensis Ecclesiæ Gallaciæ metropolitana efficitur, 126, 663.

Epist. ad universos Gallos et Germanos; de damnatione Formosi episcopi ; Gregorii nomenclatoris et aliorum qui Romæ in synodo fuerant excommunicati, CXXVI, 675.

Ad Ludovicum regem; dissensiones inter ipsum et imperatorem se non posse sedere scribit, nisi alteram prius audiat partem, CXXVI, 680.

Epist. ad clerum, etc., Sanctæ Walvensis Ecclesiæ ; invehitur in quemdam hujus Ecclesiæ invasorem, legitimo adhuc superstite episcopo, etc., CXXVI, 680.

Ad episcopos provinciæ Bituricensis, ut Frotanio tanquam metropolitano suo obediant, CXXVI, 689.

Epist. ad Carolum Calvum imperatorem ; imperatoris precibus, cum Burdigalensis provincia a paganis esset devastata, Frotarium Burdigalensem archiepiscop. transfert in Ecclesiam Bituricensem, CXXVI, 690.

Ad Carolum imperator., narrat calamitates Ecclesiæ illatas a Saracenis, et imperatorem precatur ut auxilium adversus eos mittat, CXXVI, 696.

Ad Ursum ducem Venetiarum ; gratias agit quod apostolicæ sedis monitis paruerit ; episcopos ad synodum venire jubet, CXXVI, 701.

Petro et Felici episcopis interdicit ob non exhibitum Grandensi archiepisc. obsequium, eosque sub excommunicationis pœna Romam venire jubet ad concilium, et si impediti fuerint, mittere vicarios jubet, CXXVI, 702.

Epistola ad Dominicum electum episcop. Corcellensem ; invehitur in Dominicum electum episcopum quod bis vocatus Romam non accesserit, eumque nisi venerit constituta die, excommunicat, 126, CXXVI, 703.

Epist. ad Dominicum et Leonem episcop ; significat se quosdam qui Romam ad concilium vocati venire neglexerunt excommunicasse, nisi ad certam præstitutam diem venerint, CXXVI, 705.

Epist. ad Carolum Calvum imperatorem ; propter imminentia tum a Saracenis, tum a quibusdam Christianis, gravissima pericula, enixe petit ut promissa auxilia quamprimum mittat, etc., CXXVI, 711.

Ad episcopos in regno Caroli imperatoris constitutos ; monet ut imperatorem hortentur ad opem Ecclesiæ Romanæ ferendam, CXXVI, 715.

Epist. ad Carolum regem ; monet ut bona ablata a monasterio Sanctimonialium restituenda curet, alioquin ei minatur excommunicationem, CXXVI, 719.

Ad Wigrodum Parmens. episcop.; hortatur ut quoscunque potest ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensionem excitet, et ad se cum suis veniat, ut communi concilio Saraceni ab Italia expellantur, CXXVI, 721, 722.

Epistola ad Gregorium imperialem pedagogum ; gratulatur imperatorem contra Saracenos classem ad Ecclesiæ defensionem misisse, eumque ducem constituisse, CXXVI, 727.

De dissolvendo fœdere ab episcopis facto cum Saracenis, CXXVI, 729, 730.

Epist. ad archiepiscop. et episcop., ut Ravennam veniant ad concilium ; quod nisi paruerint eos se excommunicaturum minatur, CXXVI, 732.

Ad archiepiscop. Ravennatem ; certum præscribit diem quo Ravennæ cum omnibus suis suffraganeis adfuturus sit ; quod si quis parere contempserit, excommunicationem ei minatur, CXXVI, 736, 737.

Ad Neapolitanos ; laudat eos quod, zelo divino accensi, Sergium a se abjecerint, et Athanasium episcopum suæ reipublicæ rectorem elegerint ; præcipit ut ei pareant, etc., CXXVI, 747.

Ad episcopum Ebredunensem ; reprehendit quod alium episcopum præter eum quem clerus et populus elegerant, in Venciensi Ecclesia consecraverit ; præcipit ut e.. utroque Romam veniat, CXXVI, 750.

Ad Joannem Ravennatem archiepiscop.; exponit mala quæ a Lamberto comite Romæ sunt perpetrata ; seque in Galliam ad implorandum auxilium iturum, etc., CXXVI, 756.

Ad Michaelem regem Bulgarorum ; dolet quod Græcos sequatur, etc., CXXVI, 758.

Ad Petrum comitem ; hortatur ut Michaelem regem ad Romanæ Ecclesiæ gremium revocet, CXXVI, 760, 762.

Ad episcopos et clericos Græcos ; declarat eos excommunicatos quod Bulgarum regione invadentes illicitas ibi ordinationes fecerint, etc., CXXVI, 764.

Ad Basilium imperatorem ; dolet Constantinopolitanam Ecclesiam schismate adhuc laborare ; qua de re legatos mittit, CXXVI, 765, 767.

Ad Anspertum Mediolanens. archiepiscop. ; monet ut quantocius ad synodum in Galliam cum suffraganeis accedat, etc., CXXVI, 771.

Ad omnes Christianos ; excommunicat eos qui sibi equos et argenteum vas furati fuerant, nisi intra dies tres restituant, CXXVI, 780.

Ad Rostagnum archiepiscop. Arelatensem, ut ad synodum cum suffraganeis suis quamprimum veniat, CXXVI, 782.

Ad Carolum regem ; agit gratias de observantia erga Romanam Ecclesiam, CXXVI, 785.

Ad Carolum regem ; arguit quod vocatus ad se non venerit, sicut Ludovicus rex fecerat ; monet sub excommunicationis pœna ut sui regni finibus contentus nullam Bosoni molestiam afferat, CXXVI, 786, 787.

Ad Theodoricum archiepiscop. Bisuntinensem, jubet ut quamprimum veniat et episcopum in Ecclesia Lausanensi, propter electorum divisiones priusquam una colloquantur, ordinari vetat, CXXVI, 788.

Lex de sacrilegis a Joanne papa Gothicis legibus addita in concilio Tricassino, CXXVI, 795.

Ad Bernardum comitem ; jubet ut ipse cum aliis quibusdam ad synodum veniat, in qua Frotarius Bituricensis episcop. de objecto sibi infidelitatis crimine, purgare se volebat, CXXVI, 799.

Ad Ravennates ; dolet eorum antistitis morte, monet ut electum ab eis archiepiscopum, congruo prosequantur honore, etc., CXXVI, 812.

Ad Theodoricum et Isaac episc.; præcipit ut excommunicent eos qui Wiperto comiti filium eripuerant, et regionem illam populabantur, CXXVI, 813.

Ad Joannem episcop. Ticinensem ; raptores cujusdam Ragiberti excommunicari jubet, CXXVI, 215.

Ad Wifridum episc. Venciensem, episcopum qui cum excommunicatis communicaverit, Missarum celebrationem prohibet, CXXVI, 816.

Decernit impuberes, qui alium occiderant, post peractam pœnitentiam ordinari posse, CXXVI, 817.

Ne cogatur sponsus uxorem ducere ab alio corruptam, CXXVI, 817.

Ad Bisuntinens. archiepiscop.; significat se Fulcardum ejusque conjugem ab excommunicatione absolvisse, CXXVI, 818.

De advocandis episcopis Romam ad synodum celebrandum, CXXVI, 820, 822.

Ad Carolum regem, hortatur ut legatos mittat, et in auxilium Romanæ Ecclesiæ veniat, CXXVI, 825.

Ad archiepiscopos et eorum suffraganeos, ne Bicbertinum ante causæ discussionem excommunicent, CXXVI, 827.

Ad Carolomannum regem, ut in Vercellensi Ecclesia Gospertus diaconus constituatur episcopus, CXXVI, 830.

Ad Carolum regem, hortatur ut quamprimum contra infideles et Ecclesiæ oppressores auxilio veniat, CXXVI, 831.

Ad Michaelem reg. Bulgarorum ; hortatur ut ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ, a qua seductus recesserat, cum sua gente revertatur, CXXVI, 832.

Ad Anspertum archiepiscop. Mediolanens., arguit eum quod tertio vocatus ad concilium non venerit, etc., CXXVI, 836.

Ad Anselmum episcop. Levomicensem, non separandum virum ab uxore qui filium suum necessitate urgente baptizavit, CXXVI, 639.

Ad sacerdotes et populos Branimiro subjectos ; excipit eos ad Romanæ Ecclesiæ gremium redeuntes, monetque eos ut perseverent, CXXVI, 842.

Ad Michaelem Bulgarorum regem ; agit Deo gratias quod legatos ad se miserit, doctrinam ecclesiasticam et canonica instituta recepturus, hortatur ut ad Romanam Ecclesiam redeat, etc., CXXVI, 843.

Ad Airardum archiepiscop. Ausiensem, ejusque suffraganeos ; hortatur ad mores populi depravatos corrigendos, præcipue incesta matrimonia, etc., CXXVI, 844.

Ad Salonitanos clericos, monet ut ad gremium Romanæ Ecclesiæ revertantur, etc., CXXVI, 846.

Ad tres archiepiscopos, ut Nemausensem episcop. a monasterii cujusdam iniqua invasione removeant, et si non paruerit, excommunicent, CXXVI, 847.

Ad Michaelem regem Bulgarorum, dolet eum defecisse ab Ecclesia Romana, ad quam monet ut revertatur; ostendit Græcos Bulgarorum diœcesim, cum sit Romani pontificis, contra canones detinere, CXXVI, 448.

Ad Methodium archiepiscop. Pannoniensem, præcipit ut ad se veniat, ut de ejus doctrina cognoscere possit; missas Sclavonica lingua celebrari prohibet, CXXVI, 850.

Ad Anspertum Mediolanens. archiepiscop., arguit quod sedi apostolicæ obediens non fuerit, ejusque legatos injuste tractarit, et excommunicatus missas celebrarit. Ideo monet ut ad synodum se purgaturus quamprimum vel per se vel per legatos accedat, CXXVI, 850.

Ad Angelbertam Augustam, significat se modo absolvere nolle Anspertum archiepiscop.; sed si in synodo crimina quæ ei objiciebantur diluerit, tunc eum excommunicatione absoluturum, etc., CXXVI, 851.

Ad Ludovicum regem, gratias agit de propensa voluntate erga Romanam Ecclesiam; hortatur ut ad eam a paganorum incursionibus defendendam veniat, eique tacite imperium pollicetur, CXXVI, 852.

De Ecclesiæ Constantinopolitanæ pace reddenda, CXXVI, 853

Ad Constantinopolitanos, jubet eos, schismate sedato, ad Ecclesiæ unitatem redire, et Photio communicare, CXXVI, 863.

Ad Photium patriarcham Constantinopolitan., eum constituit patriarch. Constantinopolitanum dummodo in synodo veniam postulet; decernit ne deinceps ullus e laicis in eadem Ecclesia statim episcopus ordinetur; jubet Bulgaricam diœcesim Ecclesiæ Romanæ constitui, CXXVI, 870.

Ad Pulcarem præfectum, arguit quod nec fœdus cum paganis ictum ruperit, nec ditionem S. Petri, sicut promiserat, defenderit; præcipit ut pecuniam pro ea re datam ad se remittat, CXXVI, 878.

Ad Gaiferium; monet ut a molestiis desistat quas Capuanis inferebat; significat se in ejus regiones iturum et discordias sedaturum, CXXVI, 881.

Ad Carolum regem; scribit se litteris eum, ut ad imperium promoveret, ad Urbem advocasse, sperasseque se auxilium ab eo adversus Romanæ Ecclesiæ hostes recepturum... petit ut Ecclesiæ opem ferat, etc., CXXVI, 882, 883.

Ad omnes fideles, præcipit ut Ticinensi episcopo, cui potestatem excommunicandi tribuerat, obediant, CXXVI, 885.

Ad Carolum regem, de Ansperto archiepiscop. Mediolanensi, et Josepho Vercellensi episcopo depositis, CXXVI, 887.

Ad Vercellenses, præcipit ut Conspertum a se illis episcopum constitutum recipiant, etc., CXXVI, 887.

Ad Amalfitanos, significat se eos excommunicasse, donec se a paganis separent; minatur illis alias pœnas, nisi quamprimum pareant, CXXVI, 889.

Ad Helmoinum episcop. Pennensem; arguit quod ad synodum non accesserit; jubet statuta die ad se venire, et interim quemdam absolvere, quem injuste excommunicaverat, CXXVI, 890.

Ad Paulum episcop., jubet Ecclesiam in villa Carpana sitam restitui, ibique sacerdotem constitui, et sacrum chrisma annuatim in eamdem mitti, CXXVI, 890.

Ostendit mulierem, quæ vi minisque coacta religiosum habitum susceperat, ad vota servanda non teneri, hujus tamen causam illis definiendam committit, CXXVI, 891.

Ad quosdam episcopos, præcipit ut fœdus cum Saracenis ictum rumpant, quod nisi mox fecerint, eis excommunicationem minatur, CXXVI, 892.

Ad Arpaldum Asculanum episcop., arguit quod ad synodum non venerit, etc., CXXVI, 893.

Ad Egilbertum episcop.; arguit eum quod cum excommunicatis a sede apostolica communicarit; jubet ne cum excommunicatis communicet, CXXVI, 897.

Ad Eunibertum comitem; minatur illi excommunicationem, nisi res S. Petri et Angelbergæ imperatricis restituat, CXXVI, 898.

Ad Amalfitanos, monet ut rupto cum Saracenis fœdere ad Ecclesiæ gremium revertantur, etc, CXXVI, 901.

Ad Carolum Crassum regem Italiæ, eum rogat ut Hieronymum episcopatum Lausannensem pacifice retinere permittat, et Hubonem res Ecclesiæ Bisuntinæ ablatas reddere jubeat, CXXVI, 901.

Epistolæ laudum Carolo regi, CXXVI, 903, 907, 909, 911, 914.

Ad omnes episcopos, ut Romam ad synodum veniant, CXXVI, 913.

Ad Adalbertum marchionem, ab excommunicatione eum absolvit, CXXVI, 917.

Ad Attonium; excommunicat eum, nisi Ecclesiæ Mediolanensi bona quæ abstulerat restituat, et ad obedientiam sui episcopi redeat cum sociis, CXXVI, 921.

Ad Carolum imperatorem; nuntiat imperatori se iis malis a Saracenis affici, ut amplius sustinere non possit, etc., CXXVI, 929.

Ad Constantinum sacerdotem; excommunicat eum quod absque sua licentia ab archiepiscopo Ravennate ad Faventinæ Ecclesiæ episcopatum promotus fuerit; prohibetque illum hujus Ecclesiæ administrationem attingere, donec ad synodum Romanam veniat, CXXVI, 933.

Epist. ad episcop. Ficoclensem, visitationem Faventinæ Ecclesiæ, pastore destitutæ, ejusque curam ei committit, donec novus pastor ei præficiatur, CXXVI, 934.

Ad Romanum archiepiscop., ad synodum Romanam sub excommunicationis pœna venire jubet, ut ad ea quæ objiciebantur respondeat, CXXVI, 934.

Ad Carolum imperatorem, legatos ad eum mittit, causa corrigendi mala, quæ se, eo regnante, perpessum queritur, CXXVI, 935.

Ad Ravennates, præcipit ut se a Ravennatis archiep. in synodo excommunicati communione separent, quousque eum absolutum cognoverint, CXXVI, 935.

Ad Rostagnum, Arelatens. archiepisc., communione privetur sponsa, nisi raptorem deserere et ad sponsum suum redire voluerit, CXXVI, 940.

Ad Cennemocum, episcop. Venetens., quod sacerdos homicida non potest in sacerdotio manere, CXXVI, 941.

Ad Cozilem comitem, de illis qui, uxoribus dimissis, ad alias nuptias transierint, CXXVI, 942.

Ad Photium patriarcham Constantinopolit., de processione Spiritus sancti, CXXVI, 944.

Ad Athanasium episc. Neapolitan., ab excommunicatione eum absolvit, dummodo pactum cum Saracenis initum rumpat, etc., CXXVI, 946.

Ad Carolum imperator., queritur multa bona Ecclesiæ Romanæ a Widone quodam marchione erepta, rogat ut Ecclesiam defendat, etc., CXXVI, 948.

Ad Riccardem Augustam, queritur nullam sibi contra Saracenorum excursiones opem ferri, rogat ut ab imperatore celeriter postulet auxilium, etc., CXXVI, 949

Ad archiepiscop. Viennens. arguit quod in carcerem detruso Optando episcopo, alium in Ecclesia Genevensi constituerit, etc., CXXVI, 952.

Ad Adalbertum episcop. Mauriennæ, jubet ut Romam veniat cum episcopo Gratianopolitano, quem ignominiose tractarat, CCXXVI, 953.

Ad Clerum Ravennatem, de Maimberto quodam, quem alias ab Ecclesia Ravennate expelli jusserat, etc., CXXVI, 955, 957.

Ad episcopos Britanniæ, quid agendum sit de monachis ab abbate suo ordinatis, CXXVI, 959.

Allocutio ad Patres synodi Tricassini II, de Lantberti et Adalberti aliorumque sequacium excommunicatione, CXXVI, 961.

Excommunicatio adversus pervasores rerum ecclesiasticarum, CXXVI, 962.

Excommunicatio adversus Formosum episcop., CXXVI, 963.

Statutum adversus laicos, qui viventibus uxoribus alias ducunt, et contra episcopos qui de minore ad majorem Ecclesiam ambitus causa demigrant, CXXVI, 965.

JOANNES IX, papa. — Epist. ad Heriveum Remensem archiepisc. Responsum ad consulta de Northmannis nuper ad fidem conversis, quorum alii baptizati fuerant et rebaptizati et post baptismum gentiliter vixerant, qualiter illis consulendum sit, CXXXI, 27.

Epist ad Stylianum episcop. Neocæsareensem, negat illi veniam quam petiverat communicandi cum illis quos Photius ordinaverat, CXXXI, 29.

JOANNES X, papa. — Epist. ad Herimannum archiepiscop. Coloniens., jubet ut Romam veniat una cum Hilduino et Richario qui de Tungrensi episcopatu contendebant, CXXXII, 806.

Epist. ad Carolum III regem; ei significat de re agenda inter Hilduinum et Richarium, et Hubertum etiam ob Ecclesiæ Romanæ dilapidationem excommunicasse, CXXXII, 807.

Bulla qua, monachis Sancti Launomari per paganos fugatis, possessiones a Willelmo comite Arvernensi donatas confirmat, CXXXII, 809.

JOANNES XII, papa. — Qualiter Sublacenses, qui refractarii erant abbati monasterii Sublacensis, eique multa

bona occuparant, repressit, et omnia restituere coegit, CXXXII, 1019.

De excommunicatione Artaldi Remensis, Amblardi Lugdunensis archiepiscop., ob S. Symphoriani possessionum invasionem, CXXXIII, 1025.

Epist. ad archiepiscop., episcop., abbates, clerum et populum Galliæ, Germaniæ et Bavariæ : decernit ut monasterium Magdeburgense in archiepiscopatum et Merseburgense in episcopatum Magdeburgensis Ecclesiæ suffraganeum commutetur, CXXXIII, 1027.

JOANNES XIII, papa. — Bulla pro institutione archiepiscopatus Magdeburgensis, CXXXV, 952.

Diploma quo Heroldum Salisburgensem archiepiscop. deponit et excommunicat; Fridericum vero ejus loco archiepiscop. creat, CXXXV, 954.

Bulla qua Adalberto Magdeburgensi archiepiscop. primatum concedit inter universos Germaniæ præsules et illi constituit honorem æqualem cum primariis Galliæ, CXXXV, 966.

Bulla qua eumdem Adalbertum vult consecrare episcopos omnes Albiæ et Salæ; ad ejusque successores jus istud valebit, CXXXV, 967.

Epist. ad Edgarum regem Anglorum; de episcopatu Winconiensi expellendis clericis et introducendis monachis, CXXXV, 985.

Excommunicat invasores possessionum monasterii S. Symphoriani diœcesis Augustodunensis, CXXXV, 987.

Epist. ad universos episcop. Britanniæ Citerioris; vetat ne Turonensi archiepiscop. resistant, donec ipse de eorum controversia judicium tulerit, CXXXV, 989.

Epistola ad Petrum Papiens. episcop., monasterium S. Salvatoris Papiensis ab Adelaida imperatrice erectum et dotatum, protectioni, non autem jurisdictioni episcopi Papiensis commitit, CXXXV, 995.

JOANNES XV, papa. — Epistola ad omnes fideles, de pace concilianda inter Ethelredum regem Angliæ et Richardum ducem Northmanniæ, CXXXVII, 843.

Bulla pro canonizatione S. Udalrici Augustani episcopi, CXXXVII, 945.

Epist. ad Arnulphum comitem et alios, ut monasterio Sancti Richarii quæ abstulerant restituant, CXXXVII, 950, 851.

JOANNES XIX, papa. — Petrum episcop. Silvæ Candidæ, accepta virga, de universa terra omnium Ecclesiarum Galeriæ investit, CXLI, 1132.

Patriarchatum Gradensem sub potestatem Popponis, patriarchæ Aquileiensis, contra jus fasque redactum, Ursoni patriarchæ Gradensi restituit, CXLI, 1140.

Epist. ad omnes episcop. Galliæ, de S. Martialis apostolatu, CXLI, 1149.

Epist. ad Odilonem Cluniacensem abbatem; eum redarguit quod Lugdunensem archiepiscopatum recusaverit, CXLI, 1150.

Litteræ absolutionis concessæ Hugoni Antissiodorensi episcop., CXLI, 1151.

Epistola qua excitat omnes bonum facientes ut in restituendam Ecclesiam Magalonensem incumbant, CXLI, 1156.

LEO MAGNUS (S.), papa. — Epistola ad Aquileiensem episcop.: male Pelagianos in communionem recipi sine erroris abjuratione et fidei professione; synodum congregari præcipit, ut ab illis fidei professio exigatur; quid de gratia Christi sentiendum, LIV, 595.

Epist. ad Septimum episc. Altinens., Pelagianos nonnisi cum erroris ejuratione esse recipiendos, unumquemque clericum in ea Ecclesia permanere debere in qua ordinatus est, LIV, 597.

Epist. ad episcopos per Campaniam, Picenum, Tusciam, etc., constitutos; ut nullus episcopus servum alterius ad officium clericatus promovere præsumat; ut quicunque ad sacerdotium promoti fuerint, vel viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, ab ecclesiasticis officiis arceantur; quod usuras non solum clerici, sed nec laici Christiani exigere non debeant, LIV, 610.

Epist. ad episcopos metropolitanos Illyrici ; illicitos contra canones conatus monitis præveniri ; ut provinciales episcopi ad metropolitanos pertinere, etc., causæ graviores Illyrici sedi apostolicæ reservari, LIV, 915.

Epist. ad Anastasium Thessalonicens. episc., ut bonus pastor ad sollicitudinem coepiscoporum litteris compelli curet, canonum observantiam commendat; ut omnes conveniant ad synodos; tam presbyteros et diaconos quam sacerdotes nonnisi diebus Dominicis esse consecrandos, LIV, 617.

Ad episcopos per Italiam, plurimos Manichæorum vigilantia sua in urbe Roma detectos esse, et pari ab eis sollicitudine investigandos admonet, LIV, 620.

Epist. ad Dioscorum Alexandrin. episcop,, quo die sacerdotalis vel levitica benedictio celebrari debeat, LIV, 625.

De iterando missæ sacrificio ut plebi supervenienti satisfiat, LIV, 626.

Epist. ad episcop. provinciæ Viennensis, de causa Hilarii Arelatensis episcopi, LIV, 628.

Epistola ad episcopos Africanos provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis; ordinationes per tumultum factas redarguit; quid sit cito manus imponere ; nonnisi unius uxoris viros debere esse diaconos, presbyteros et episcopos... De Donato ex Novatianis converso et Maximo ex Donatistis; virgines per vim oppressas incontaminatis se comparare non debere; quid circa has agendum; de causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam referendis, LIV, 645.

Epist. ad episcop. Illyric., ut vocati ad concilium ab Anastasio venire non renuant; ut nemo sine consensu plebis ordinetur episcopus; ut nullus episcopus alterius inviti clericum sibi vindicet, LIV, 661.

Epist. ad Anastasium Thessalonicens. episcop., quod semper Thessalonicenses antistites vices apostolicæ sedis impleverint; de metropolitanis; de residentia, etc., de subdiaconorum continentia, de conciliis provincialibus frequentandis, de translationibus episcoporum amputandis, de clericis transfugis, de episcoporum a metropolita vocatione.

Epist. ad Turribium Asturicensem episcop., de Priscillianistarum erroribus, LIV, 677.

Epist. ad episcop. Siciliæ, de baptismo non in Epiphania sed in festo Paschali celebrando; de servanda temporum et mysteriorum distinctione; cur in sola Paschæ et Pentecostes solemnitate baptizetur; in necessitate omni tempore est baptizandum, de concilio quotannis Romæ celebrando, LIV, 695.

Epist. ad episcop. Flavianum Constantinopolit. contra Eutychis perfidiam et hæresim; de duplici Christi nativitate et natura, LIV, 756.

Epist. ad Theodosium Augustum; legatos vice sua destinat ad synodum Ephesinam, occasione Eutycheti indictam, LIV, 781.

Epist. ad Pulcheriam Augustam; Christum nostri generis hominem esse; Nestorii et Eutychis errores; cum veritas carnis in Christo impetitur, totam fidem concuti, LIV, 785.

Epist. ad eamdem; ejus zelum adversus Entychen sollicitat; humanæ saluti interesse, ut Christus non solum homo, sed ejusdem nobiscum generis homo sit; ne ipse Leo intersit concilio, vetant consuetudo, conditio temporis, concivium charitas, LIV, 789.

Epistola ad archiepiscop., etc. Constantinopolitanos; sensum Eutychis exsecratur, etc , LIV, 795.

Epistol. ad Ephesinam synodum, Incarnationis fidem ex confessione Petri probari, etc , LIV, 797.

Epist. ad Julianum episc. Coensem; Eutychen spem Christianam omniumque mysteriorum veritatem perimere, LIV, 805.

Epist. ad Ravennium Arelatensem archiepiscop. de Petroniaco vago diaconum se mentiente, etc., expellendo ab omnium ecclesiarum communione mandat, LIV, 815.

Epist. ad Theodosium Augustum, eum rogat specialem synodum in partibus Italiæ fieri, etc., LIV, 821.

Epist. ad eumdem, de pseudosynodo Ephesina; utque alia generalis synodus contra hanc habeatur in Italia, LIV, 826, 832, 839, 844.

Epist. ad Theodosium Augustum; Nicænæ fidei se inhærere scribit; Entychen non minus quam Nestorium esse damnandum; concilia intra Italiam haberi postulat, LIV, 855.

Epist. ad clerum et plebem Constantinopolitan. Gratulatur quod Flaviano semper adhæreant et errori resistant, veritas carnis in Christo ex mysterio eucharistiæ probatur, etc., LIV, 865.

Epist. ad Pulcheriam Augustam; per Eutycheten fidei fundamenta concuti, adversus quem concilium generale, ipsa annuente, celebrari cupit, LIV, 873.

Epist. ad Arelatenses, sententiam suam interponit super antiquam controversiam inter Arelatensem et Viennensem Ecclesiam, et cuique suos limites assignat, LIV, 881.

Epist. ad Ravennium Arelat. episc., ei mittit celebrem suam epistolam ad Flavianum de incarnatione Verbi Dei adversus Eutychen, et pro defensione fidei, etc., LIV, 886.

Epist. ad Theodosium Augustum, consensum suum ad ordinationem Anatolii Constantinopolit. suspendit; professionem fidei exigit, etc., LIV, 890; 893.

Epist. ad Martinum presbyt., quam bonum sit pro veritate pati, etc., LIV, 899.

Epist. ad Faustum et Martinum presbyteros, scribit intolerabile esse Occidentalibus episcopis quod Ephesi contra fidem actum est; Antichristo militare tam Nestorium quam Eutychen, contra quos Ecclesia profitetur non unam naturam, sed unam se adorare personam, LIV, 901.

Epist. ad Pulcheriam Augustam, de repressis ejus auctoritate Nestorio et Eutyche gratias agit, etc., LIV, 909.

Epist. ad Anatolium episcop., Constantinopolitanum, de fide ejus scriptis missis probata, de his qui metu in hæresim lapsi sunt, ut si conversi fuerint recipiantur, de nominibus hæreticorum ad sacrum altare non recitandis, LIV, 913.

Epist. ad Julianum episcop. Monet lapsos in communionem recipi non debere, nisi perfidia cum auctoribus damnata, LIV, 917.

Epist ad Marcianum Augustum, pro conservatione catholicæ fidei gratulatur, cui pax imperii rependitur, de solis errantibus agendum esse, non de fide vel Scripturis quas aliter quam sancti Patres interpretari nefas est, LIV, 917.

Epist. ad Pulcheriam Augustam, de lapsis et Eutyche, LIV, 821,922.

Epist. ad Paschasinum Lilybætanum episcop., ei mittit suam epist. ad Flavianum qua legatus in synodo futurus instrueretur, duplicem in Christo naturam adversus Eutychen asserit, etc., LIV, 927.

Epist. ad Marcianum Augustum, de legatis ad concilium generale missis, vice ejus acturis, ubi omnia ad fidei et pacis unitatem revocanda, LIV, 930.

Ad eumdem, pro concilio Nicæam primum convocato, postea Chalcedonem translato, LIV, 932.

Epist. ad synodum, necessitatem temporis, etc., vetare ne intersit synodo; se tamen per legatos quos mittit præsentem futurum, LIV, 935.

De solemnitate Paschali anni sequent. 452; quod unitas in ea celebranda servanda sit, LIV, 945.

Epist. ad Galliarum episcopos de damnatione hæreticorum, LIV, 983.

Ad eosdem, eis mittit exemplar sententiæ damnationis prolatæ in Eutychen et Dioscorum, LIV, 987.

Epistola ad Marcianum Augustum, de ambitu Anatolii episcop. Constantinopolitani, LIV, 931, 997.

Ad Anatolium Constantinopolit. episcop.; eum increpa de ambitu, LIV, 1001.

Ad Julianum Coensem episcop. Nicæni concilii auctoritas quanti facienda sit; eum arguit quod faveat Anatolio Constantinopolit., etc., LIV, 1009.

Ad Theodorum Forojuliensem episcop., unumquemque episcopum ad metropolitanum in dubiis recurrere debere; pœnitentem qui ante reconciliationem decedit, non posse post mortem reconciliari; nemini in extremis posito et reconciliationem petenti, eam esse denegandam, etc., LIV, 1011.

Ad Julianum Coensem episc., de Palæstinis monachis cohibendis ob violentias in Catholicos, etc., LIV, 1014.

Ad Marcianum August. de Aetio et Andrea, LIV, 1019; 1023; 1024.

Ad synodum Chalcedonensem, se consentire his quæ Chalcedone circa fidem constituta sunt, nunquam id a se ratum esse habendum quod adversus Nicænos canones ibidem actum est, LIV, 1027.

De fidei perseverantia; hæreses non sine Ecclesiæ utilitate ortas irretractabili judicio comprimi; Christi esse victoriam quam de hæreticis reportat Ecclesia, etc., LIV, 1046.

Ad Marcianum Augustum; curam Paschalis cycli Alexandrino episcopo olim esse demandatam; quid difficultatis ex illo ortum sit, LIV, 1055; 1058.

Ad Eudociam Augustam, de monachis Palæstinis; rogat ut curam suam reducendis ad fidem et quietem monachis Palæstinis impendat; recepta Chalcedonensi synodo, tam Eutychen quam Nesterium exsecrentur, si catholici videri volunt, LIV, 1060.

Ad Palæstinæ monachos, eos monet tam Eutychen qui naturas confundit in Christo, quam Nestorium qui personam geminat esse detestandos, etc., cum iisdem monachis expostulat de scandalis ipsorum furore ortis, et exhortatur ut resipiscant et fidem communem amplectantur, LIV, 1062.

Ad Julianum episcop. Coensem, de restituto Hierosolymitano episcopo, conversis Palæstinæ monachis; de Paschate anni 455 diligentius inquiri cupit, etc., LIV, 1071.

Ad Marcianum Augustum, testatur se libenter Anatolium in gratiam suam recepturum, modo satisfaciat canonibus, et sacerdotum jura non convellat, LIV, 1073.

Ad Proterium Alexandrin. episcop., episcoporum esse vigilare ne fidei unitas violetur, etc., LIV, 1075.

Ad Marcianum Augustum, promittit Anatolio gratiam suam, si resipiscat; rogat ut Eutychen virus suum spargentem in exsilio ad secretiora loca relegel, LIV, 1094.

Ad Euxitheum Thassalonicens. episcop. et alios, hortatur ut scelestis ausibus Eutychianorum qui Proterium Alexand. episcop. occiderant, strenue resistant; nec patiantur synodum alteram congregari, sed sua Chalcedonensi firmitas asseratur, LIV, 1120.

Epist. ad Leonem Augustum, post Chalcedonense concilium nihil esse denuo tractandum circa fidem, etc., LIV, 1127.

Epist. ad Nicetam episcop. Aquileiensem, de feminis quæ occasione captivitatis virorum suorum aliis nupserunt; an culpabilis sit qui locum captivi mariti assumpsit; restituendam esse uxorem primo marito; excommunicandas esse mulieres ad primum maritum redire nolentes, etc., LIV, 1375.

Epist. ad presbyteros, diaconos, etc., Constantinopolitanos, ut in fide stabiles et ab hæreticorum societate alieni perseverent hortatur; ut novum judicium non instauretur, et de Attico et Andrea honore sui ordinis privatis, LIV, 1142.

Epist. ad Leonem Augustum, de Eutychianis, etc., LIV, 1148, 1155.

De presbytero vel subdiacono qui se episcopos mentiti sunt, et de his quos ipsi clericos ordinarunt; de presbytero vel diacono qui si, cognito crimine suo, pœnitentiam publicam petat, utrum ei per manus impositionem danda sit, LIV, 1203.

De his qui altario ministrant et conjuges habent, utrum eis licito misceantur, etc., LIV, 1204.

De his qui post pœnitentiam uxores accipiunt, vel concubinas sibi conjungunt, LIV, 1207.

De his qui a parentibus Christianis parvuli derelicti sunt, et utrum baptizati sint non potest inveniri, an debeant baptizari, LIV, 1208.

Epist. ad universos episcopos Campaniæ, Samnii et Piceni, ut non omni tempore baptismi regeneratio detur, nisi in Pascha et Pentecoste, et nisi periculosa infirmitas oppresserit; de pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicetur, LIV, 1209.

Ad Leonem Augustum, de ejecto Timotheo Æluro ab Alexandrina Ecclesia, et catholico præsule in ejus locum eligendo; et fidei integritatem et morum probitatem in sacerdote requiri; impium Ælurum, etsi fides forte integra, non posse restitui, LIV, 1212.

LEO II, papa. — Epistola ad Constantinum imperatorem, confirmat quæ in sexta et universali synodo gesta et definita sunt, et ea approbat, XCVI, 400.

Epist. ad episcopos Hispaniæ, sexti generalis concilii acta narrat, in quo damnatis hæreticis, catholicæ fidei definitio de duabus in Christo voluntatibus et operationibus promulgata fuit, quam transmittit omnibus manifestandam, cuique ipsi episcopi subscribere debeant, XCVI, 411.

Epist. ad Simplicium comitem; narrat acta concilii, definitionem transmittit, cui episcopi subscribant, petens ut ea in sua ditione omnibus innotescere curet, XCVI, 416.

LEO IV, papa. — Epist. ad episcopos Britanniæ, docet episcopos Simoniacos in concilio judicandos esse; respondet deinde : Ad quos ecclesiasticus ordo pertineat; quod unaquæque parochia episcopi provisione sit regenda, non cogendus sit presbyter ad sacra concilia eulogias deferre, ut nulla propria cognatione conjugem sibi copulet, per quæ decreta judicare debeant episcopi, CXV, 667.

LEO VI, papa. — Forminum Jaderensem et Gregorium Nonensem et cæteros Dalmatiæ episcopos hortatur ut Joanni archiepiscopo Spalatino pareant; jubet finibus suis quemque episcopum nominatimque Absorensem, Arbensem, Ragusanum contentum esse, Gregoriumque Croatorum episcopum in administranda Ecclesia Scardonitana acquiescere, CXXXII, 813.

LEO VII, papa. — Epistola ad Hugonem Francorum regem et monasterii S. Martini Turonensis abbatem, vetat ne in B. Martini monasterium aditus detur mulieribus, CXXXII, 1072.

Epist. ad Gallos et Germanos, multa quæ ad disciplinam spectant, emendari jubet, CXXXII, 1085.

LEO IX (S.), papa. — Bulla per quam monasterium Perusianum Sanctæ Mariæ vallis Pontis eripit Perusinis episcopis, CXLIII, 595.

Richerio abbati Casinensi ejusque successoribus mo-

nasterium S. Crucis, Romæ situm, subjicit, CXLIII, 605.
In synodo Moguntina quadraginta episcoporum, præsente Henrico imperatore, Simoniacam hæresim damnat, etc., CXLIII, 621.
Willelmo comiti Nivernensi sub excommunicationis pœna præcipit ut monasterio Sancti Bercarii De ensi ablata restituat, CXLIII, 644.
In synodo quadraginta quinque episcoporum Gerardum quondam episcopum Tullensem sanctorum catalogo ascribit, dieque 23 mensis Aprilis coli jubet, CXLIII, 644.
Epistola ad principes Britanniæ, sententiam pro Turonensi Ecclesia adversus Dolensem pronuntiat, resistentes et Simoniacos atque ab eis ordinatos excommunicat, CXLIII, 648.
Edwardum Anglorum regem, ob seditiosum regni statum voto liberat Romam eundi, et ei præcipit ut pecunias ad iter destinatas pauperibus dividat, et in novum B. Petri monasterium condendum aut vetustum reficiendum consumat, CXLIII, 674.
Ad omnes per Italiam episcopos ne possessiones omnes suas quisquam donet monasterio, sed earum saltem medietatem Ecclesiæ ad quam pertinet, CXLIII, 685.
Episcopis Venetiæ et Istriæ præcipit ut patriarchæ Gradensi, cujus primatum ab apostolica sede concessum synodo confirmarat, obedientiam præbeant, CXLIII, 727.
Ad Thomam episcopum Africanum, ostendit Carthaginens. archiepiscop. totius Africæ esse primatum, etc., CXLIII, 727.
Petrum et Joannem episcopos laudat, quod jussu suo concilium de rebus ecclesiasticis celebraverint, et jura archiepiscopi Carthaginensis contra Gummitanum episcopum defenderint, CXLIII, 729.
Epistola ad Michaelem Constantinopolitanum patriarcham adversus ejus et Leonis Acridani episcopi inauditas præsumptiones et nimias vanitates, CXLIII, 744.
Petri episcop. Antiocheni ordinationem approbat, si secundum canones fuerit promotus; hortatur ut suæ Ecclesiæ dignitatem tueatur; probat fidem ad se ab eo scriptam eamdem esse quam tenet Romana Ecclesia, cujus fidei summa ad eum mittit, CXLIII, 769.
Michaelem Constantinopolitan. patriarcham gratulatur, quod Græcos Latinis conciliare studeret; arguit eum tum quod patriarchas Alexandrinum et Antiochenum suæ potestati subjicere conaretur, tum quod universalis patriarchæ nomen sibi usurparet, et Romanam Ecclesiam quæ in azymis sanctum eucharistiæ sacramentum conficiat damnaret. Probat Christum in azymo consecrasse, CXLIII, 773.
LUCIUS II, papa. — Mandat Raimundo Magalonensi episcopo ut canonicam sententiam proferat in comitem Merguriensem et alios tanquam sacrilegos, nisi reddant monasterio S. Theofredi ea quæ Bernardus olim Merguriensis comes eidem monasterio per testamentum dimiserit, CLXXIX, 844.
Petro Bituricensi, Arnoldo Narbonensi, Raimundo Arelatensi, Pontio Aquensi, Guillelmo Ebredunensi archiepiscopis mandat ut adempta monasterio Massiliensi reddenda curent, CLXXIX, 844.
Ad Pontium abbat. Vizeliacensem; adversus interfectores Artaldi abbat., CLXXIX, 852.
Gregorio episcopo Bergomati nuntiat de controversia canonicorum Sancti Vincentii et Alexandri quid decreverit, CLXXIX, 859.
Ad Alphonsum regem Portugalliæ, qui regnum suum Romanæ Ecclesiæ tributarium constituerat, CLXXIX, 860.
Bulla confirmatoria sententiæ Urbani II papæ de subjectione Ecclesiæ Dolensis ad Ecclesiam Turonensem, CLXXIX, 875.
Ad Briocensem et Trecorensem episcopos; absolvit eos ab obedientia episcopo et Ecclesiæ Dolensi promissa, CLXXIX, 877.
Ad Gaufridum comitem Britanniæ et Henricum fratrem ejus, ut non impediant episcopos Britanniæ subjici Turonensi Ecclesiæ, CLXXIX, 879.
Ad comitem Nivernensem, ut Vizeliaco restituat quod ademit, CLXXIX, 888.
Ad episcopos Galliarum, vetat ædificari ecclesias vel capellas in parochiis ad Cluniacense monasterium pertinentibus, CLXXIX, 891.
Gregorio episcopo Bergomati mandat ut episcopatus sui sacerdotes impellat ad fidelitatem ecclesiis S. Vincentii et S. Alexandri faciendam, CLXXIX, 898.
Ad Atrebatensem et Cameracensem episcopos, ut causam matrimonialem cognoscant, et incursam ea de causa excommunicationem relaxent, CLXXIX, 899.
Ad Atrebatensem et Morinens. episcopos, ut damna illata Walthero de Waldone, dum Hierosolymam profectus erat, reparari curent, CLXXIX, 899.
Henricum Omolucensem episcopum propter quædam ecclesiastica negotia Romam evocat, CLXXIX, 902, 905.
Ad S. Bernardum Clarævall. abbat., ut moneat Nivernensem comitem ne quid præter fas a Vizeliacensibus exigat, CLXXIX, 910.
Ad Petronillam Fontis Ebraldi abbatissam, significat se controversiam ejus cum Ulgerio, Andegavensi episcopo dirimendam commisisse concordia vel judicio delegatis episcopis, CLXXIX, 921.
Ad episcopum Burgens. in Hispania, ut Ecclesiam de Caradigua fratribus Cluniacensibus reformandam committat, CLXXIX, 928.
Ottoni episcop. Pragensi mandat ut monasterium Raygradense adversus Wratislaw ducem Brunensem et alios nobiles tueatur, CLXXIX, 929.
Ad Petrum Cluniacensem, super subjectione abbatis monasterii S. Benedicti super Padum ipso Cluniacens. abbati, CLXXIX, 930.
S. Sabæ monasterium Cluniacensibus in perpetuum subjicitur, LXXIX, 931.
Ad monachos Sancti Pancratii, irritas chartas declarat per quas filii patribus suis successores fiant in Ecclesiis, CLXXIX, 934.
LUCIUS III, papa. — Philippo archiepiscopo Coloniensi significat se præposito Bonnensi manda se ut comitem Sainensem, si illata monasterio Siegburgensi damna non compensasset, excommunicatione afficeret, CCI, 1076.
Delegatis apostolicis mandat, ut inquirant de inobedientia plebani ecclesiæ Sancti Bartholomæi, eumque si inveniant, puniant, CCI, 1097.
Ad Simonem Meldensem episcop., confirmat ipsius statutum de residentia eorum qui personatum obtinent in Ecclesia Meldensi, CCI, 1106.
Canonicorum Placentinorum institutum sancit, CCI, 1126.
Ad episcopos et clericos Scotiæ, de absolutione Willelmi Scotiæ regis, CCI, 1127.
Ad Theobaldum abbat. Cluniacens., statuit quod nullus ordo seu religio alia ponatur in parochiis juris Cluniacensium, CCI, 1432.
Universis Ecclesiarum prælatis mandat ut excommunicent eos qui monachis ad generale capitulum Cluniacense euntibus insidias posuerint, CCI, 1157.
Stephano Augustodunensi et Manassi Lingonensi episcopis mandat ne contra privilegium monachis Cisterciensibus concessum agatur, CCI, 1161.
Vizeliacensi et Flaviniacensi abbatibus mandat, cogant canonicos Cabillonenses et Matisconenses ut monasterio Trenorciensi subtractas Ecclesias restituant, CCI, 1171.
Monasterium Monteregulense sedem archiepiscopalem constituit, abbatem Guillelmum archiepiscop. consecrat, etc., CCI, 1778.
Cephalodiensi et Pactensi episcopis præcipit ut Richardo archiepiscopo Messanensi obtemperent, CCI, 1183.
Sententia in sacrilegos juris ecclesiastici pervasores quibus aufertur omne appellationis refugium, CCI, 1227.
Judicium in raptores qui remedio appellationis abutebantur contra statuta ecclesiastica, CCI, 1229.
Ad Mauricium Parisiensem episcop., contra presbyteros fornicationis accusatos, CCI, 1231.
Abbati et monachis Classensibus præcipit ut archiepiscopo Ravennati obediant, CCI, 1244.
Decano et capitulo Rothomagensi mandat, cum mortuus sit archiepiscopus, ut Willelmum electum Constantiensem, e suffraganeis Ecclesiæ Rothomagensis episcopis consecrandum curent, CCI, 1248.
Statutum pro juramento personarum super residentia, CCI, 1257.
Bononiensem et Mutinensem ecclesias testatur a sese, salvo jure Gerardi archiepiscopi Ravennatis consecratas esse, CCI, 1276.
Decretum contra hæreticos, CCI, 1297.
Ad Rothomagense capitulum, gratam habet electionem factam de Lincolniensi episcopo in archiepiscopum Rothomagensem, CCI, 1300.
Pactensem et Cephalodiensem episcopos obedire Richardo archiepiscopo Messanensi jubet, CCI, 1315.
Archiepiscopis et episcopis in regno Francorum constitutis mandat ut S. Dionysii monachis ad exsequenda monasterii jura opitulentur, CCI, 1319.
Episcopo Veronensi præcipit ut a laicis decimas exhiberi canonicis Veronensibus jubeat, CCI, 1320.
Monachis S. Remigii in generalibus excommunicationibus sive interdictis, ostiis clausis, officia celebrare permittit, CCI, 1324.
Ad Walterum Rothomagensem archiepiscopum, non

instituendos in ecclesiis nisi qui vel sint aut proxime futuri sint sacerdotes, et residere ibidem parati sint; nec minus idoneos, etiamsi a patronis præsentati fuerint, CCI, 1325.

Artwigo II archiepiscopo Hamburgensi significat se inobedientes Daciæ, Sweciæ, Norwegiæ episcopos propter tumultuosum regnorum illorum statum evocare distulisse, CCI, 1356.

Clericis de Rhodigio significat se delegasse episcopo Patavino causam novæ Ecclesiæ ab ipsis constructæ in præjudicium ecclesiæ S. Joan. Baptistæ de Costa, subjectæ monasterio S. Cypriani de Muriano, CCI, 1361

MARTINUS (S.) I papa. — Epistola Encyclica ad omnes Christi fideles, quod synodus Romæ adunata fuit adversus hæreticos Theodorum, Cyrum, Sergium, Pyrrhum et Paulum, qui in ea anathematizati sunt, LXXXVI, 120.

Epistola ad Amandum episcopum Trajectensem; dissuadet ne episcopatum abdicet; mittit acta synodi Romanæ, ut ab episcopis Galliæ, congregata synodo, confirmentur, monet ut Sigeberto regi suggerat de mittendis in urbem episcopis qui legatione ad imperatorem fungantur, LXXXVII, 136.

Epist. ad Constantem imperatorem, nuntiat Monothelitarum hæresin in concilio, cujus acta transmittit, damnatam, ipsumque ad eamdem hæresim damnandam hortatur, LXXXVII, 137.

Epist. ad Ecclesiam Cathaginensem, probat fidei confessionem quam miserant; ad eamdem tuendam ipsos excitat; acta concilii Lateranensis contra Monothelitas exponit, LXXXVII, 145.

Epist. ad Joannem episcopum Philadelphiæ, constituit eum in Oriente vicarium cum potestate constituendi episcopos et presbyteros, lapsosque ad fidem redeuntes in pristino dignitatis gradu collocandi; improbat Macedonii et Petri electionem ab hæreticis factam; mittit acta concilii publicanda, LXXXVII, 153.

Epist. ad Theodorum episcop. Esbuntiorum, ostendit eum sua confessione hæreticorum furorem repressisse, et ad obediendum Joanni Philadelphiæ episcopo quem constituerat vicarium, hortatur, LXXXVII, 163.

Epist. ad Antonium episcop. Bacathorum, cum jam resipuerit, ut in fide catholica persistat, et Philadelphiæ episcopo parcat, eum admonet, LXXX, 165.

Epist. ad Georgium archimandritam monasterii Sancti Theodosii, laudat eum ob apostolicæ sedis ministrum defensum, et ut Philadelphorum episcopo obediat, LXXXVII, 167.

Epist. ad Pantaleonem, absolutum fuisse Dorensem episcopum falso ab eo delatum, percasse illos per quos actum est quominus sedis apostolicæ auctoritatem receperit episcopos et presbyteros ordinandi, et quid cum his qui non canonice in patriarchatu Hierosolymitano electi fuerant agendum, LXXXVII, 169.

Epist ad Petrum illustrem virum, commendatur ejus vitæ integritas, hortaturque ut vicario suo faveat, LXXXVII, 175.

Epist. ad Ecclesiam Jerosolymitanam et Antiochenam, nuntiat Monothelitarum hæresim in concilio fuisse damnatam, ordinationemquæ Macedonii Antiochiæ, et Petri Alexandriæ perperam esse actam, ut in fide catholica persistant et Joanni vicario, cui dictæ synodi acta misit obediant, LXXXVII, 175.

Epist. ad Paulum Thessalonicensem episcop., cum non modo, ut promiserat, non resipuerit, verum eo auctore apostolicæ sedis apocrisiarii in hæresim fuerint inducti, anathematizatur et deponitur, LXXXVII, 181.

Epist. ad Ecclesiam Thessalonicensium, de Pauli damnatione et ejus hæresi fugienda, LXXXVII, 191.

Epist. ad Theodorum, commemorat ea quæ Romæ passus est, cum inde a Calliopa exarcho vi abreptus, Constantinopolim missus est, LXXXVII, 197, 199, 201.

NICOLAUS I, papa. — Bulla pro monasterio Fuldensi, de hujus monasterii statu sibi identidem rationem reddi mandat, CXIX, 770.

Epistola ad Michaelem imperatorem, conqueritur synodum Constantinopoli injussu sedis apostolicæ ausam fuisse Ignatium honore privare et in ejus locum Photium substituere; ostendit laicum ad pontificalis dignitatis gradum conscendere non posse, etc., CXIX, 773.

Ad Photium, reservat totam ejus causam in adventum legatorum, etc., CXIX, 780.

Ad episcop. in regno Caroli constitutos, de Ingeltrude, Bosonis comitis uxore fugitiva, ut illam excommunicent, si ad virum redire contemnat, CXIX, 780.

Ad Carolum regem, monet eum diligenter procurare ut Lotharius Ingeltrudem regno suo ejiciat, et ad virum suum redire compellat, CXIX, 781.

Ad Thietgaudum Trevirens. archiepiscopi., illum et clerum ejus absolvit a juramento, CXIX, 782.

Ad omnes fideles, docet Orientalem Ecclesiam sine ullo suo consensu a legatis sedis apostolicæ Ignatium depositum, Photium substitutum, CXIX, 783

Ad Photium, diluit argumenta Photii qui exemplo Ambrosii, Nectarii et Tarasii se merito ex laicorum gradu ad episcopalem dignitatem pervenisse affirmabat, eumque tum quod laicus esset, tum quod Ignatius adhuc viveret, injuste ad eum dignitatis gradum conscendisse demonstrat, CXIX, 785.

Epist. ad Michaelem imperator., improbat depositionem Ignatii, et Photii promotionem a legatis temere approbatam, etc., CXIX, 790.

Quod Dominus Jesus Chistus in carne tantummodo passus est; de his qui divinitatem passibilem dicunt, et etiam asserunt quia in baptismate originale piaculum non omnibus dimittatur; de his qui episcopum percutere præsumpserint, CXIX, 795.

Epist. ad Adonem archiepiscop. Vienn., de divortio inter Lotharium regem et uxorem ejus Teutbergam, CXIX, 796.

Ad Lotharium regem, legatos mittit ad synodum cogendam ad quam præcipit duos de Caroli regno episcopos accedere, etc., CXIX, 798.

Ad Carolum Calvum regem, ut duo de ejus regni episcopis ad synodum Metis cogendam proficiscantur, CXIX, 799.

Ad episcopos Galliæ et Britanniæ, ut ad synodum Metensem cum legatis accedant, ibique audito Lothario ejus divortii causam cognoscant, et canonice definiant, CXIX, 800.

Ad episcopos in concilio Metensi residentes, ut Teutbergæ causam examinent ac definiant, conciliique acta ad se mittant, CXIX, 801.

Ad Carolum Calvum regem et ad Hermentrudem reginam, petit ut parcant Balduino qui filiam eorum rapuerat et in uxorem acceperat, CXIX, 303, 304.

Ad Stephanum comitem Arvernorum, jubet ut Sigonem Arvernensem episcopum Ecclesiæ suæ dejecto pervasore restituat, et synodo legatorum de objectis satisfacturus se sistat, CXIX, 805.

Ad Salomonem Britonum regem, de renovando ejectorum episcoporum examine apud archiepiscop. Turonens., vel apud sedem apostolicam, CXIX, 806

Ad Carolum archiepiscop. Moguntinum ejusque suffraganeos episcopos Germaniæ, declarat se nullam sententiam protulisse in Salomonem episcopum; Abbonis matrimonium in quarto consanguinitatis gradu contractum esse dissolvendum, variasque variis peccatis assignat pœnitentias, CXIX, 809.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscop., ut Rothadum episcopum Suessionensem dejectum sedi suæ intra dies triginta restituat, aut Romam cum eodem ad causam dicendam veniat, CXIX, 825.

Ad episcopos synodi Silvanectensis, rescindit acta synodi contra Rothadum; jubet ut ab exsilio revocetur, Romamque ad retractandum judicium cum synodi legatis dirigatur, etc., CXIX, 826.

Ad Carolum Calvum regem, ut Rothadum honori pristino restitui faciat, tum deinde ad sedem apostolicam, quam appellavit, venire permittat, etc., CXIX, 837, 838.

Ad episcopos in regno Lotharii constitutos, ut Lothario regi suggerant, ut submoto Hilduino, cui Cameracensem Ecclesiam dedit, liberam eligendi episcopi licentiam tribuat, CXIX, 841.

Ad Lotharium regem, ut Hilduinum Ecclesiæ Cameracensis pervasorem rejiciat, et Hincmarum in ea disponendo privilegio suo uti permittat, CXIX, 842.

Ad Hilduinum clericum, ut ab Ecclesia Cameracensi, quam pervaserat, deinceps abstineat, CXIX, 843.

Ad Carolum regem, decretum de monasteriorum gubernatione ei missum, et reginis et Ecclesiis sub anathemate omnium episcoporum confirmandum, CXIX, 844.

Ad Michaelem imperatorem, de Photii depositione, Ignatii patriarchæ institutione, Zachariæ et Rhadoaldi episcoporum depositione ac excommunicatione, cum capitulis interpositis, CXIX, 850.

Ad Carolum Calvum regem, pro Roberto episcopo Cenomacensi adversus monachos Sancti Carileſi, CXIX, 863, 864, 865, 866.

Ad Lotharium regem, auctoritate apostolica, non regio favore episcopum esse eligendum, CXIX, 869.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscop., Rothadum ab itinere Romano prohibitum fuisse indignatur; jubet ut quamprimum dirigatur, et illius interim loco episcopum ordinari vetat, etc., CXIX, 871.

Bulla pro conjunctione episcopatus Hamburgensis et Bremensis anno 864 data, CXIX, 876.

Ad Rodulphum Bituricensem archiepiscopum ejusque coepiscopos, de Theutgando et Gunthario a sede apostolica damnatis; monetque ut ab eorum communione penitus abstineant, CXIX, 881.

Absolutio et restitutio Rothadi episcopi, CXIX, 892.

Ad Carolum Calvum regem, hortatur ut Rothado restituto faveat, et res ejus Ecclesiæ ablatas reddi jubeat, CXIX, 893, 897, 899.

Ad archiepiscopos in regno Lotharii constitutos, ut Lotharium libere arguant, et adulteram quam habet projicere compellant, CXIX, 915.

Ad Ludovicum Germaniæ et Carolum Calvum reges: reprehendit quod episcopos in urbem ad synodum non miserint; ut Lotharium de divortio commonere pergant; de episcopis in Coloniensi et Cameracensi Ecclesia consecrandis, etc., CXIX, 921.

Epistola ad Michaelem imperatorem, eum reprehendit qui superbia et arrogantia elatus multa insolentia scripserat; ostendit depositionem Ignatii nullius esse momenti, quoniam a suspectis, excommunicatis et inferioribus episcopis fuerat damnatus; commemorat multa de privilegiis Romanæ Ecclesiæ; jubet ad se venire Ignatium et Photium, aut eorum legatos si ipsi non possunt, etc., CXIX, 926.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscopum; synodum pro causa Wifadi et sociorum ejus, apud Suessionem convocari jubet, CXIX, 964.

Ad Festinianum episcop. Dolensem, redarguit eum quod sibi cum debita reverentia non scripserit, mandatque ut Turonensem Ecclesiam metropolitanam agnoscat, nisi contrarium scriptis authenticis probet, CXIX, 969.

Ad universos episcopos, iterum admonet de sententia excommunicationis quam adversus Waldradam ejusque complices promulgarat, CXIX, 971.

Responsa ad consulta Bulgarorum, CXIX, 978.

Ad Michaelem imperatorem, hortatur eum ad legatos benigne audiendos, repetit quæ jam dixerat de Photio, Rhadoaldo, Ignatio et Zacharia; petit ut epistolam contumeliarum plenam, quam ipse imperator miserat, jubeat comburi, etc., CXIX, 1016.

Ad Photium, ei exprobrat multa crimina quæ in occupanda Ignatii sede commisit; probat illum et divinum et humanum jus violasse; nuntiat ipsum depositum fuisse, et si non paret sententiæ, minatur illi perpetuam usque ad obitum excommunicationem, CXIX, 1045.

Ad Ignatium patriarcham Constantinopolitanum, certiorem Ignatium facit de omnibus quæ in ejus causa a reditu legatorum Zachariæ et Rhadoaldi acta fuerant, et qualiter Photius fuerit in concilio depositus et anathematizatus cum suis sectatoribus, ipse vero una cum suis restitutus, CXIX, 1058.

Ad Eudociam Augustam, rogat ut agat partes Ignatii apud imperatorem, CXIX, 1063.

Ad Clerum Constantinopolitanum, Photii damnatio, Gregorii episcopi Syracusani iterata damnatio, privatio eorum quos Photius ordinaverat, restitutio Ignatii, restituuntur episcopi a Photio relegati, de sacris imaginibus, CXIX, 1074.

Ad senatores Constantinopolitanos, ut faveant causæ Ignatii et abstineant a communione Photii, CXIX, 1089.

Ad episcopos synodi Suessionicæ, Hincmarum graviter perstringit quod in causa clericorum dejectorum callide ac dissimulanter egerit, quodque Benedicti papæ litteras mutilas et corruptas proferre ausus sit, quare episcopos iterum convenire jubet, etc., CXIX, 1093.

Ad Wifadum clericum Rhemensem et socios, gratulatur de ipsorum restitutione, quam ratam habet, monetque ne injurias ulciscantur et ut Hincmaro præsertim reverentiam exhibeant, CXIX, 1112.

Ad nobiles Aquitanos, ut res Ecclesiarum, quas injuste quoquomodo retinent, sine mora reddant, ac deinceps ab iisdem abstineant, CXIX, 1114.

Ad Carolum regem, ut curet a Lothario restitui ea quæ a Helletrude sorore sua Berengarii vidua abstulerat, CXIX, 1115.

Ad episcopos in regno Ludovici constitutos, monasterialibus disciplinis nullus subjiciatur invitus, CXIX, 1120.

Ad Adonem, archiepiscop. Viennens., de sententiis atque interdictis sedis apostolicæ, CXIX, 1121.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscopum, pœnitentia injuncta illi qui monachum presbyterum occiderat, CXIX, 1122.

Ad eumdem, accusator et accusatus simul debent a lesse, CXIX, 1123.

Ad Frotarium Burdigalens. archiepiscop., invasoribus rerum ecclesiasticarum quæ pœnitentia sit imponenda, CXIX, 1124.

Ad Joannem archiepiscop Ravennatem, de illis qui, uxoribus suis dimissis, ad alias nuptias transierint, CXIX, 1125.

Ad Adalwinum archiepiscop. Juvavens., de vidua quæ post assumptum sanctimonialium velamen ad nuptias redierit, CXIX, 1125.

Ad eumdem, quod episcopus vel clericus nullo modo venationi debeat insistere, CXIX, 1126.

Ad Salomonem episcop. Constantiensem, quod nemo damnandus sit nisi sponte confessus vel canonice convictus, CXIX, 1127.

Si homo aliquis duas spirituales commatres habere possit, de pœnitentia parricidarum et incestuosorum, de quodam matricida pœnitente, CXIX, 1127.

De clerico qui paganum occiderit, CXIX, 1129.

Quam nefarium sit consanguineis copulari, qui defendendo se paganum occiderit sacerdotali careat officio, de pœna presbyteri qui diaconum percusserit, perpluraque alia decreta, CXIX, 1131, 1132.

Epist. ad Justinianum, dum Justinianus imperator coram Vigilio legitime electo fidem professus esset, ille ex hoste in defensorem, ex persecutore in prædicatorem mutatus est, etc., LXIX, 21.

Epist. ad Mennam episcopum, gratulatur eum, hæreticis damnatis, sanctas quatuor universales synodos amplecti, ab hæresi resipiscentes debere recipi, LXIX, 25.

Epist. ad episcopos Galliæ, Auxanium vicarium Sedis apostolicæ constitutum esse nuntiat, cujus muneris partes explicat, omnesque ei obtemperare jubet. LXIX, 29.

Epist. ad Aurelianum Arelatensem episcop., post obitum Auxanii Aureliano episcopo vices in Gallia delegat, LXIX, 37.

Epist. ad Rusticum et Sebastianum, eos excommunicat, CXIX, 43.

Epist. ad Valentinianum episcopum Tomitanum, quæ Constantinopoli de tribus capitulis acta sunt, CXIX, 51.

Epist. ad universam Ecclesiam, exponit causas secessus sui ad Sanctam Euphemiam, et quid ibi egerit cum legatis Justiniani, simulque fidei suæ confessionem interserit, LXIX, 53.

Theodorus episcopus Cæsareæ Cappadociæ sacerdotio et communione privatur; Constantinopolitanus et reliqui episcopi illius criminis conscii excommunicantur, LXIX, 59.

Epist. ad Eutychium, commendat ejus fidem, et annuit ut de tribus capitulis in concilio agatur, LXIX, 66.

Constitutum de tribus capitulis, LXIX, 67.

Juramentum de tribus capitulis, et decretum pro confirmatione quintæ synodi œcumenicæ, LXIX, 121.

Constitutum pro damnatione trium capitulorum; defi-

nitio fidei sancti concilii Chalcedonensis, LXIX, 143.

VITALIANUS papa. — Epistola ad Paulum archiepiscopum Cretensem, arguit eum quod Lappæ episcopum injuste damnaverit, et ad sedem apostolicam advocantem non dimiserit; dictum episcopum pristino honori restituens, quæ contra illum acta fuerant declarat, LXXXVII, 999.

Epist. ad Vaanum cubicularium imperatoris, cum Joannes Lappæ episcopus contra canones fuerit condemnatus, cupit ut ejus opera suæ ecclesiæ restituatur, LXXXVII, 1002.

Epist. ad Paulum episcop. Cretens., ut episcopo Lappæ occupatas ecclesias restituat; diaconum qui uxorem duxit et in duabus militat ecclesiis corrigat, etc., LXXXVII, 1003.

Epist. ad Oswi regem Nordanhimbrorum, gratulatur gentes regni sui ad fidem conversas, atque Pascha cæterasque Apostolorum traditiones observari, etc., LXXXVII, 1004.

WIBERTUS antipapa, *vide* CLEMENS III. papa.

ZACHARIAS (S.) papa. — Epist. ad Bonifacium archiepiscop.: probari sibi episcopatus in Germania institutos; ut synodus in Franciæ regno celebretur, interim ut fornicarios et sanguinarios sacerdotes fungi non permittat; ut sibi successorem nisi instante morte, non designet; non credendum illi qui sibi incestas nuptias concessas fuisse aiebat; paganicos ritus qui Romæ erant interdictos in posterum fuisse; fides ne habeatur sacerdotibus illis qui sibi a sede apostolica indultum jactabant, LXXXIX, 917.

Epist. ad Burchardum episcop. Wirtzburgensem, confirmat ejus sedem episcopalem a Bonifacio archiepiscopo institutam, LXXXIX, 922.

Epist. ad Francos: laudat eos ob ea quæ in synodo recte fuerant statuta, hortaturque ut Bonifacii episcopi monitis obtemperare pergant, LXXXIX, 923.

Epist. ad Bonifacium episcopum, non iterandum esse baptismum quem imperitus sacerdos infractis verbis administrat, LXXXIX, 929.

Epist. ad Pippinum majorem domus, ad episcopos, abbates et proceres Francorum: 1 de honore metropolitanorum; 2 de damnatis episcopis, presbyteris et diaconis; 3 de presbyteris superbientibus; 4 de presbyteris agrorum; 5 de monachis ancillis Dei; 6 de viduis non velandis; 7 de laico pellente suam conjugem; 8 de presbyteris et diaconis qui seorsum collectas faciunt; 9 de clericis et monachis non remanentibus in suo proposito; 10 de clericis qui sunt in parochiis, monasteriis et martyriis; 11 qui clerici ab uxoribus abstinere debeant; 12 de iis qui uxores aut viros dimittunt; 13 de monachis qui clerici fiunt, 14 de presbyteris et diaconis in crimen prolapsis; 15 de ecclesiis quas laici in suis proprietatibus construunt; 16 de clericis qui suas ecclesias relinquunt; 17 de episcopis qui aliorum clericos suscipiunt, 18 qui clerici uxores ducere possint; 19 ut presbyteri et diaconi sine commendatitiis non suscipiantur; 20 de virginibus velatis si deviaverint; 21 de non velatis si deviaverint; 22 de his quæ duobus fratribus nupserint vel qui duas sorores uxores acceperint; 23 de his qui homicidium sponte perpetrant; 24 de his qui homicidium non sponte perpetrant; 25 de his qui adulteras habent uxores vel ipsi sunt adulteri; 26 de monachis et virginibus propositum non servantibus; 27 de his qui suscepto virginitatis proposito nubunt, LXXXIX, 930-938.

Epist. ad Bonifacium archiepiscop, de actis in synodo Romana contra Aldebertum et Clementem, et de metropolitana sede Colonia Agrippinæ constituenda, LXXXIX, 939.

Ad eumdem, de forma et ministro baptismi, de vagis quibusdam episcopis et presbyteris, de Samsonis presbyteri Scoti hæresi circa baptismum, de Vigilio item presbytero, ejusque alio errore, de sede metropolitana non Coloniæ, sed Moguntiæ defixa; permittit denique ut sibi deligat successorem, LXXXIX, 943.

Epist. ad diversos episcop. Galliæ et Germaniæ, laudat illorum inter se et cum Ecclesia Romana conjunctionem, etc., LXXXIX, 948.

Responsa ad varias quæstiones, LXXXIX, 949.

Epist. ad Bonifacium archiepiscop., Moguntiæ sedis in metropolim erectio, LXXXIX, 953.

Epist. ad episcopos Francorum, de concordia et pace inter Pippinum et Griphonem concilianda, et de corpore S. Benedicti Cassinatibus restituendo, LXXXIX, 955.

Epist. ad Austrobertum archiepiscop. Viennensem, mittit exemplar synodi Romæ celebratæ, ac rescribit quid agendum sit de episcopis per pecuniam ordinatis, LXXXIX, 956.

Epist. ad Theodorum episcop. Turinens., non licere filium in matrimonium ducere illam quam pater de sacro fonte baptismatis suscepit, LXXXIX, 957.

Tria decreta in causis matrimonialibus, LXXXIX, 939.

ZOZIMUS, papa. — Epistola ad episcopos Galliæ, de privilegiis Ecclesiæ Arelatensis; 1 ut qui Romam aut alio e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatensi; 2 ut metropolitanus Arelatens. episcopos ordinet per provinciam Viennensem, et per utramque Narbonensem; 3 ut Ecclesiæ Arelatensi suæ parœciæ restituantur, XX, 642.

De causa Cœlestii, quid instaurato Romæ Cœlestii judicio gestum sit; eum nisi intra duos menses veniant qui præsentem redarguant, et aliter sentire probent quam professus sit, absolutum fore, XX, 649.

Pelagium missis litteris ac libello fidei, rursumque Cœlestium sese purgasse, neque accusatoribus eorum tam sublestæ fidei viris facile fuisse credendum; illos demum, cum damnanda damnarent, ac sequenda sequerentur, a catholica veritate aut Ecclesiæ communione nunquam excidisse, XX, 954.

De Urso et Tuentio episcopis illicite ordinatis, ut nusquam in Ecclesiæ communione suscipiantur, XX, 661.

Ut metropolitanus Arelatensis in provincia Viennensi et in utraque Narbonensi ordinandorum episcoporum habeat potestatem, XX, 665.

Hilarium nullo niti jure ad ordinandos in prima Narbonensi episcopos, ac ne quid inde sibi usurpet, XX, 666.

Metropolitani dignitas a Proculo usurpata, Patroclo asseritur. Ipsius est cuivis de Galliæ clero formatas dare, ordinationes præcipites ac per saltum vetantur, XX, 668.

Quod Cœlestii hæresim condemnaverit, ejusdemque adversum se calumniam respuerit, ac demum suam ipsius approbarit fidem gratulatur, et cur Romam non adeat exponit, XX, 669.

1 Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium pervenire; 2 quod si quis interdicta despexerit gradus superioris periculo subjacebit; 3 quæ in singulis cleri gradibus tempora sint præfixa, XX, 669.

Adversus Proculi ausus et illicitas ordinationes, XX, 63.

Patroclo commissum esse, ut Proculi loco alium episcopum accipiant, XX, 674.

Zozimus, auctoritate sedis suæ pluribus explicata, certiores Afros facit se non omnem, ut ipsis visum est, Cœlestii verbis fidem commodasse, aut ea immutasse quæ de illo a decessore suo statuta sunt, XX, 675.

De presbyteris quibusdam rebellibus, et iis qui se eorum societati adjunxerunt, XX, 679.

De appellationibus episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem, de tractandisque presbyterorum et diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati fuerint, XX, 680.

De spretis judiciorum regulis, adeo ut sacerdotes præsentibus laicis judicentur, et accusato imponatur necessitas adversarium suum quærendi et ad judicium deducendi, XX, 682.

CXVIII.

INDEX DECRETORUM,

DECISIONUM, CONSTITUTIONUM, PRÆCEPTORUM MORALIUM, EPISTOLARUM EVANGELICÆ DOCTRINÆ INTERPRETUM, ETC.,

QUÆ AB IMPERATORIBUS, REGIBUS, ETC., IN BONUM REIPUBLICÆ DICTATA, PRO LEGE INTER CHRISTIANOS VALUERUNT,

ORDINE AUCTORUM ALPHABETICO DISPOSITUS, ET BREVITER EXPONENS UNIUSCUJUSQUE PROPOSITUM.

MONITUM.

Quæ dantur decreta imperatorum, etc., circa religionem notandum illos non prævenire Ecclesiæ Dei catholicæ judicium, sed sequi, ut ait Possidius de Honorio imperatore, in Vita S. Augustini, cap. XVIII, ut non temere quispiam senserit etiam tunc impletum vaticinium Isaiæ de Christi Ecclesia : « Erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ. » (*Isa.* XLIX, 23.)

Unde priusquam Index iste agatur, occurrendum est religiosæ in speciem quorumdam indignationi, velut imperatores in ea parte modum suæ potestatis non tenuerint ; sed id pene affectaverint in Ecclesia quod olim inter gentiles, cum ethnicæ impietatis pontificatum gererent. Quid enim est, inquiunt, usurpare quæ sacerdotii sunt, etiam in causa fidei, nisi hoc est : proponere quæ credi oporteat, hæreticos declarare, qui secus senserint ; episcopis imperare subscriptionem sive dogmatibus, sive personis damnatis, interminata depositionis, imo et excommunicationis pœna ni pareant ; primatibus præscribere quæ sui sint muneris ? etc. Id vero imperatores videntur præstitisse, quantumvis religiosi prædicentur, cum decreta mitterent...

Vetus fuit hæc querela et pene orta cum fide imperatorum. Huic factum olim satis a sanctis Patribus responsum, cum sanxerunt « duobus principaliter mundum regi, auctoritate sacra pontificum et regali potestate, utrumque, cum in Christo junctum esset, in pontificibus et regibus tanquam Dei ministris partitum, » duos inde supremos principatus exstitisse, et « suum cuique potestatis modum attributum ; » inter ambos principatus sacrum quoddam fœdus initum, sequestro et conciliatore Christo ; pro sua singulos parte servire communi Domino, ejusque sponsam tueri et hostes junctis viribus profligare ; nam « Rex regum, idemque Sacerdos sacerdotum, qui solus Ecclesiam regere potuit, quam redemit, postquam tamen humanitatem suam in cœlum evexit, semper cum suis futurus divinitate, potestatem suam ad eamdem gubernandam Ecclesiam in sacerdotes divisit et reges, ut quod sancti docerent pontifices, et ipsi implerent et impleri facerent devotissimi reges.

Et certe postquam Ecclesia, excusso tyrannorum jugo, asserta est in libertatem, gladiumque imperatorum a suis cervicibus in hostes avertit, quos passa fuerat antea iniquos persecutores, nacta est, simul ac filios fecit, rei bene gerendæ justissimos adjutores. Non ergo reges formam fidei præscribunt, neque vero unquam jure præscripserunt ; sed acceptam a sacerdotibus quorum « judicium sequuntur, » servandam populis jubent. Non docent Ecclesiam, sed velut angeli portas civitatis Dei flammeo gladio ab hæreticis defendunt. Non eos qui contra fidei formam sentiunt hæreticos declarant, sed hæreticorum pœnis obnoxios. Non ipsi per se episcopos deponunt, neque ullos sacris abstinent ; qui enim possent ? Sed a synodis exauctoratos abstentosque expelli jubent civitatibus suis, ne turbas creent ; jubent et aliorum societate multari, ne venenati spiritus contagio noceant. Ut unum demus exemplum, ipsimet Patres Africani, in hæresis Pelagianæ causa, cum postularent ab imperatoribus hujusmodi decreta per synodorum legatos, ipsi summi pontifices, quantacunque plolerent auctoritate, cum regiis edictis contra inimicos Dei uterentur, totus ordo sacer clericorum, imo universa Ecclesia cum iisdem edictis pareret, adversus omnes exceptiones præscribit, simulque docet quod præsignavit et Christus ante passionem et Deus in conditione mundi, opus habere Ecclesiam, ad impios terrendos, duobus gladiis, duobusque ad illustrandum mundum spiritualem luminaribus. Neque enim, ut aiunt Patres, sufficiebat, vel unum luminare contra omnes errores offucias, vel unus gladius adversus effrenem impiorum audaciam ; cum et offucias faceret sibi aliisque pertinax animus, et audaciam ex patientia bonorum improbitas sumeret. Id cum gravissime et verissime sit dictum olim, tum nostri quoque temporis infelix experientia certissime comprobat, ut votum S. Bernardi nunquam fuerit opportunius : « Quod Deus conjunxit, homo non separet ; jungant se animis qui juncti sunt institutis, invicem se foveant, invicem se defendant, invicem sua onera portent. » (Epist. ad Conrad. reg., CLXXXII, 441 ; XLVIII, 377).

ÆTHELREDUS III, rex Anglorum. — De denario sanctæ Ecclesiæ dando, etc., de decimatione thaynorum, CLI, 1166. — De jejunio et feriatione trium dierum ante festum S. Michaelis, CLI, 1167. — Quid regi et populo omni die sit cantandum, CLI, 1107. — De consuetudinibus sanctæ Dei Ecclesiæ reddendis, CLI, 1167. — Ne quis vendatur extra patriam, CLI, 1167. — De roboria et de eleemosynis et restitudinibus Ecclesiæ, CLI, 1169.

ÆTHELSTANUS, Anglorum rex. — Leges de decimis reddendis, de paupere alendo, et eleemosyna e regiis prædiis annuatim eroganda, de irruptione in ecclesiam, de sagis, de monetariis, de ordalio se sistere spondentibus, de rerum emptione in die Dominica, de pejerantibus, de has leges non exsequentibus, de legum latoribus et loco, CXXXVIII, 461-471.

ALEXIUS, Constantinopolitanus imperator. — Epistola ad Robertum Flandriæ comitem et ad omnes Christianos, ut sibi contra paganos opem ferant, CLV, 465.

AGRICOLA, præfectus prætorianus. — Edictum contra Pelagianos ut ex urbe excludantur et in exsilium deducantur, LVI, 492.

ALFREDUS, Anglo-Saxonum rex. — In integrum damus ad leges suas præfationem seu apparatum, ut intelligant omnes quo istæ fundamento nitantur; nullum æquius eligi poterat, cum nihil sit aliud quam Mosaicæ leges:

I. Dominus locutus est verbum ad Moysen, et ita dixit: Ego sum Dominus Deus tuus. Ego te eduxi ex terra Ægypti et ex servitute ejus; non diligas deos alienos præter me. — II. Non adhibeas nomen meum ad vanitatem, quoniam tu non es innocens apud me, si nomen meum ad vanitatem adhibeas. — III. Recordare diem Sabbati sanctificare; operamini sex dies, et septimo quiescite, tu et filius tuus, et filia tua, et servus tuus, et ancilla tua, et jumenta tua. et qui ingreditur inter portas tuas, quoniam sex diebus Christus creavit cœlos, et terram, et maria et omnes creaturas quæ in eis sunt et quievit septimo die. Et propterea Dominus illum sanctificavit. — IV. Honora patrem tuum et matrem tuam quos Dominus dedit tibi ut sis longævus in terris. — V. Non occidas.—VI. Non fureris.—VII. Non adulteretis.—VIII. Non dicas falsum testimonium contra proximos tuos. — IX. Non desideres proximi tui hæreditatem injuste. — X. Non facias tibi aureos vel argenteos deos. — XI. Hæ sunt leges quas ipsis proponere debes Si quis emat Christianum servum, sex annos serviat, septimo sit liber gratis. Cum quali vestimento intraverit, cum tali exeat; si ipse uxorem habeat, exeat cum ea. Si Dominus autem illi uxorem dederit, sit ipsa et liberi ejus domini. Si servus autem dixerit: Nolo abire a meo domino, nec ab uxore mea, nec a liberis meis, nec ab hæreditate mea, tunc dominus ejus ipsum ad templi officium adducat et perforet aurem illius subula in signum quod sit semper in posterum servus. — XII. Licet quis vendiderit filiam suam in famulatum, non sit serva in omnibus, uti aliæ famulæ. Non habeat potestatem eam extraneo meo populo vendendi; sed si illa non placeat ei qui ipsam emit, dimittat eam liberam ad extraneam gentem. Si autem permiserit filio suo rem cum ea habere, det ei donum; videat ut illa habeat vestitum, et pretium pudicitiæ ejus, hoc est, dotem ei suam largiatur. Si ei nihil horum præstiterit, tunc sit libera.—XIII. Si quis sponte hominem occiderit, moriatur morte. Si autem coactus eum occiderit, vel invitus, vel non sponte, quasi Deus ita eum in manum suam tradiderit, et illi nunquam sit insidiatus, sit dignus privilegio suo, et justa gentium compensatione, si asilum quærat. Si quis autem de industria et sponte occidat proximum suum per insidias, abstrahas eum ab ara mea ad morte moriendum. — XIV. Qui patrem suum vel matrem suam percusserit, morte moriatur. — XV. Qui hominem liberum furetur, illumque vendat, et obreptus sit, ut ipsum recipere nequeat, morte moriatur. Qui patri suo vel matri suæ maledixerit, morte moriatur. — XVI. Si quis proximum suum percusserit lapide vel pugno, et ille tamen egredi possit baculo innixus, adhibeat ei medicum, et opus ipsius operetur quandiu ille non potest. — XVII. Si quis servum suum proprium vel ancillam percusserit, et ille eodem die non moriatur, attamen vixerit duos vel tres dies, non sit in omnibus æqualiter reus, quoniam pecunia ejus erat. Si autem eodem die mortuus sit, tunc culpa in eo quiescat. — XVIII. Si quis inter pugnandum gravidæ uxori nocuerit, compenset damnum, sicut leges judicant. Si illa moriatur, det vitam pro vita. — XIX. Si quis alterius oculum effoderit, compenset proprio, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, vimen pro vimine. — XX. Si quis servi sui vel ancillæ suæ oculum excusserit et ipse post factum hoc monoculus sit, manumittat ipsum statim; si dentem ei excusserit, faciat idem. — XXI. Si bos cornu petierit virum vel feminam ut moriantur, lapidibus obruatur, et caro ejus non edatur, et dominus sit innocens, si bos petulcus antea fuerit biduum vel triduum et dominus hoc nesciverit; si autem ille hoc sciverit, et eum intus asservare noluerit, atque is tunc virum vel feminam occiderit, lapidibus obruatur, et dominus occidatur, vel vita pretio redimatur, prout sapientes justum invenerint. Si filium vel filiam confoderit, eidem legi sit obnoxius. Si autem servum vel ancillam confoderit, solvat domino triginta solidos argenti, et bos lapidibus obruatur. — XXII. Si quis foderit aquæ puteum vel clausum aperuerit et eum deinde non claudat, compenset omne jumentum quod ibi inciderit, et illud mortuum retineat. — XXIII. Si bos alterius bovem vulneraverit, et ille postea moriatur, vendatur bos ille (vivus), et dividatur pretium, et caro etiam ejus, sicuti et mortui. Si dominus autem sciverit quod bos petulcus esset, et illum asservare noluerit, det ei alium bovem illius loco, et ipse omnem carnem (mortui) retineat. —XXIV. Si quis alterius bovem furetur et eum occidat vel vendat, compenset eum duobus et quatuor ovibus unam. Si non habeat quo compenset, ipse vendatur pro pecunia illa. — XXV. Si fur domum alicujus noctu effringat, et ibi occidatur, ille qui eum occidit non sit homicidii reus; si deinde post ortum solis hoc fecerit, sit homicidii reus et tunc ipse moriatur, nisi necessitate impulsus fuerit. Si apud eum, vivum aliquid, quod antea furatus fuerat, inveniatur, dupliciter illum compenset. — XXVI. Si quis damnum intulerit alterius vineæ, vel agro ejus, vel alicui ejus terræ, compenset, sicut quis illud æstimaverit. — XXVII. Si ignis immissus sit ad comburendam segetem, compenset detrimentum illud ille qui ignem immisit. — XXVIII. Si quis apud amicum deponat pecuniam; si ille eam furetur, dupliciter compenset. Si autem nesciat quis eam furtim subduxerit excuset seipsum, quod nullam fraudem in hoc commiserit. Si hoc vivum animal esset, et ipse dixerit quod exercitus illud sumpserit, vel quod a seipso mortuum sit, et testes habeat, non necesse est ut illud compenset. Si autem testes non habeat, et ille ei non credat, tunc juramentum præstet. — XXIX. Si quis feminam non maritatam deceperit, et cum eo coiverit, compenset ei, et postea eam in uxorem ducat. Si pater feminæ illi eam dare noluerit, solvat pecuniam illam pro dote. — XXX. Femina quæ consuevit incantatores excipere, et magos et sagas, ne sinas vivere. — XXXI. — Et si quis rem habeat cum bestia, morte moriatur. — XXXII. Et si quis sacrificium immolaverit præter Deo soli, morte moriatur. — XXXIII. Advenam et peregrinum ne affligas, quoniam fuistis peregrini in terra Ægypti. — XXXIV. Viduis et orphanis ne noceatis, neque affligatis eos; si horum aliquid feceritis, vociferabunt ad me, et ego illos audiam, et ego vos gladio meo occidam, et ego faciam uxores vestras viduas, et liberos vestros orphanos. — XXXV. Si pecuniam mutuo dederis socio tuo, qui tecum habitare velit, ne præbeas te illi exactorem, neque humilia eum usura tua.—XXXVI. Si quis tantum habeat simplex vestimentum ad se eo operiendum et defendendum, et si illud pignoris loco dederit, ante solis occasum ei reddatur. Si tu ita non feceris, tunc clamabit ad me, et ego ipsum audiam, quoniam ego sum valde misericors. — XXXVII. Ne calumnieris dominum tuum, ne maledicas principi populi tui. — XXXVIII. Decimas tuas et primitias tuas ambulantes et crescentes des Deo. — XXXIX Omnem carnem quam feræ relinquunt, non edatis, sed detis illam canibus. — XL. Falsi hominis verbum ne cures, nec eum ausculles, neque ipsius juri faveas, nec ullum testimonium post eum dicas. — XLI. Ne sequaris populi consilium pravum, et injustitiam amantem discursum ejus. — XLII. Si offenderis alicujus pecus errans, licet sit adversarii tui, reducas illud ipsi. — XLIII. Judica semper justum judicium, neque facias aliud jus diviti, aliud pauperi, nec aliud jus amico et aliud inimico facias. — XLIV. Semper evites mendacium. — XLV. Insontem et innocentem hominem ne affligas unquam. — XLVI. Ne accipias unquam dona, quoniam cæcant sapissime sapientum virorum consilium et verba eorum pervertunt.—XLVII. Peregrinum et extraneum ne patiaris inscium ulla aliqua injuria affici. — XLVIII. Ne juretis unquam per deos gentilium, neque propter ullam rem invocetis eos...

Hæ sunt leges quas omnipotens Deus ipse loquebatur ad Moyem, et jussit ei ut custodiret. Et postquam unigenitus Dei Filius Deus noster, hoc est Salvator Christus, in orbem terrarum venisset, dicebat quod non venerit præcepta illa violare aut interdicere, sed cum omni bonitate implere, CXXXVIII, 447-451.

Nunc veniamus ad hujus Alfredi regis leges ecclesiasticas; quæ referemus decerptæ sunt e suis aliis civilibus.

Lex de juramentis et vadiis, *ibid.*, 452. — Leges de refugiis ad templa, de violatione vadimonii, de pace ecclesiastica, de sacrilegio, de eo qui monialem e templo eduxerit, *ibid.*, 453. — Leges de fornicatoribus, de pugnis, de contrectatione monialis, de eo qui monachis nummum concredit, de sacerdotum pugna, de stupro et de eo qui de aliqua re Deo præstanda pro altero fide jusserit, *ibid.*, 454. — Leges de pugna coram senatore, de violatione pacis in urbe, de terra hæreditaria, de solemnitate diei festi, *ibid.*, 455. — Leges de dilectione Dei et pace Ecclesiæ, de negligentibus legem Christi, et paganismum venerantibus, de ornatis male viventibus, de presbyteris falso pronuntiantibus festum vel jejunium, de presbyteris rectis terminis chrisma non perquirentibus, vel baptismum negantibus, de fratribus vel cognatis in una

fornicantibus, de ordinato qui vitam forisfaciat, de reo mortis qui confiteri desiderat sacerdoti, de decimis Dei retentis, et aliis Ecclesiæ restitudinibus, de illis qui mercandisant diebus Dominicis, de operantibus diebus Dominicis, de jejuniis infractis, de diebus in quibus ordalium et jusjurandum prohibeantur, ne die Dominica homo forisfactus occidatur, de sortilegis, incantatoribus, veneficis, perjuris et his similibus, de ordinetis vel alienigenis in aliquo de pecunia vel vita seductis, *ibid.*, 455-458.

ALIONORA, Anglorum regina. — Epistolæ ad Cœlestinum III papam, quibus illius opem implorat pro liberatione Richardi regis Anglorum, filii sui, CCVI, 1261.

ALIENOR, Angliæ regina. — Epistola ad Alexandrum III; gratias agit de litteris a summo Pontifice missis, etc., CC, 1362.

ALPHONSUS, rex Portugalliæ.—Epistola ad Lucium II papam. Regnum suum Romanæ Ecclesiæ tributarium constituit, CLXXIX, 955.

ALUREDUS Magnus, Anglorum rex. — Ejus leges eædem sunt ac illæ quæ a nobis describuntur ad articulum, Eduardus senior, Anglorum rex, CXXXVIII, 459.

AMALRICUS, rex Hierosolymorum. — Epistolæ ad Ludovicum regem Francorum, ut ad Hierosolymam accedat, CLV, 1265.

De religionis statu in urbe Hierosolymitana, CLV, 1267, 1269, 1271, 1274, 1277, 1278.

AMALASUNTHA, regina. — Ipsius laus : « In ipsa est decus regnorum omnium, in ipsa flos honorum. Quidquid fulgemus ab ejus claritate suscipimus, quando non solum parentibus laudem contulit, sed ipsum quoque genus humanitatis ornavit. Quis possit sufficienter edicere quanta pietate, quanto morum pondere decoretur? Discerent profecto nova philosophi, si viverent ; et minora libris suis faterentur condita, quam huic cognoscerent attributa. In tractatibus acuta, sed ad loquendum summa moderatione gravissima. Hæc est regalis procul dubio virtus, celerius necessaria sentire, et tardius in verba prorumpere. Nescit enim pœnitenda loqui, qui proferenda prius suo tradidit examini; hinc est quod ejus doctrina mirabilis per multiplices linguas magna ubertate diffunditur; cujus ingenium ita paratum reperitur ad subitum, ut non putetur esse terrenum. In libris Regum regina Austri venisse legitur ad discendam sapientiam Salomonis; hic principes audiant quod sub admiratione cognoscant. Paucis verbis sensus clauditur infinitus, et summa facilitate componitur, quod ab aliis nunc sub longa deliberatione formatur. Beata respublica quæ tantæ dominæ gubernatione gloriatur. Minus fuit ut generalitas sub libertate serviret ; additum est tantis meritis, ut ei subderetur et reverentia principalis. Hoc enim obsequio dignissimæ dominamur. Nam cum tantæ prudentiæ pareo, cunctis virtutibus obsecundo. Sub tali siquidem monitore regni non gravamur, dum si quid fit pro novitate incognitum, fiet nobis ejus instructione certissimum ad bonum publicum veritatem non pudet confiteri. Agnoscite, principes viri, sapientissimæ esse dominæ quod in nobis potuerit plus placere. Illam enim aut interrogando melius sentimus, aut ejus imitatione proficimus. Vivite nunc felices, vivite, Deo auxiliante, concordes, et æmulamini gratiam quam regiam cognoscitis tenere concordiam, » LXIX, 800.

Ejus leges eædem sunt ac leges Theodahadus quem sibi assumpserat socium regni. *Vide* Theodahadi, rex.

ANNA, regina Francorum. — Epistola pro gratiis Deo agendis de intercessione S. Bernardi obtenta, CLXXXV, 1632.

ARCADIUS imperator.—Constitutio contra Donatistas, XI, 1192. — Epistola ad Innocentium I papam, ut se et Eudociam ab excommunicatione liberet, XX, 633. — Se insontem esse eorum quæ in legatos ipsius aut in Joannem admissa sunt, eorum auctores a se punitos; adeoque relaxet sententiam qua se cum conjuge a sacris mysteriis arcet, *ibid.*

ATHALARICUS, rex. — Confirmatio senatusconsulti adversus Simoniacos, LXVI, 11. — Scribit senatui urbis sibi gratissimum fuisse quod pontificem elegerint eum quem Theodoricus rex designaverat, LXIX, 748. — Scribit Albieno se præfectum prætorio propter improbitatem præfectura amovisse, et in ejus locum suffecisse Albienum, qui summopere prædicatur, *ibid.*, 752. — Remittit ad papæ judicium eos qui clerico Romano litem intenderint; qui sanctæ sedis auctoritatem contempserit, eum vult et causa cadere, et decem librarum auri multa pauperibus eroganda puniri, *ibid.*, 757. — Edictum quo protegit curiales ab omni injuria, indicta vexatoribus aut decem librarum auri multa aut corporea pœna, *ibid.*, 766. — Constituit ut qui præ annonæ caritate frumenta abdiderunt, illa moderato pretio vendant, *ibid.*, 770. — Relaxat universis possessoribus, defensoribus Syracusanæ civitatis quæ illis præter consuetudinem imposita fuerunt, concessa iis facultate qui a censitoribus vexati fuerunt apud principem conquerendi, *ibid.*, 774. — Statuit ut edicta a Theodorico pro componendis Siculorum moribus promulgata ita custodiantur, ut sacrilegii reus habeatur quisquis ea violare aliquatenus tentaverit, *ibid.*, 777. — Decreta promulgat in Simoniacos juxta antiqua senatus consulta, *ibid.*, 777. — Jubet ut edictum suum et senatus consulta de aligenda Simonia tabulis marmoreis incidantur, et ante atrium basilicæ Sancti Petri collocentur, *ibid*, 781. — Edictum contra pervasores bonorum alienorum, contra affigentes titulos nomine publico, contra obtinentes callide et perverse sententiam principum, contra dividentes aliena matrimonia, contra adulteros, contra eos qui duabus uxoribus copulabantur, contra concubinarios et concubinas, contra eos qui terrore donationes extorquebant, contra maleficos, contra homicidas, contra eos qui in una causa secundo a judicibus ordinariis provocabant, contra violatores edictorum tam ipsius quam Theodorici, *ibid.*, 782. — Scribit senatui Urbis se edictum duodecim capitum edidisse, et jubet ut in senatu recitetur, et a præfecto Urbis per triginta dies locis celeberrimis proponatur, *ibid.*, 786. — Scribit ad universos judices provinciarum se sanxisse ut edictum suum per triginta dies in conventibus publicis more solemni recitetur, *ibid*, 786.... etc.... etc ... usque ad col. 795.

BALDUINUS, Flandrensis comes. — Epistola ad abbatem Cluniacensem, si confirmat abbatiam Sancti Bertini, CCXVI, 815.

BALDUINUS, Constantinopolitanus imperator. — Litteræ de pace facta inter comitem Balduinum et illos de Tornaci, CCIX, 913. — Leges de homicidio, *ibid.*, 915. — Leges de successionibus et aliis rebus, *ibid.*, 919. — Epistola ad Innocentium III papam, de capta urbe Constantinopol. et ipsius ad dignitatem imperialem elevatione, *ibid.*, 927. — De rebus gestis ab exercitu cruce signatorum, et de expugnatione Jaderæ, *ibid.*, 927. — Epistola ad Cameracensem, Atrebatensem, Morinensem, et Tornacensem episcopos, conceptam spem de terræ Sanctæ recuperatione significat, rogatque ut nobiles ad transfretandum exhortentur, *ibid.*, 927.

BLANCESFORT (B. de), magister militiæ templi. — Epistola ad Ludovicum Francorum regem, spes optima concipitur de progressione successuum in urbe Hierosolymitana et in vicinitate jam capta, CLV, 1269, 1272.

CANUTUS, Anglor. rex. — Lex de Deo, religione et rege debite colendis, CLI, 1171. — Lex de pace Dei, regis et Ecclesiarum, *ibid.*, 1171. — Lex de multa pro dignitate Ecclesiæ conferenda, *ibid.*, 1171. — Lex de reverentia sacerdotibus præstanda, *ibid.*, 1172. — Lex de purgatione ordinatorum, *ibid.*, 1172. — Exhortatio ad ecclesiasticos ut sancte vivant, *ibid.*, 1173. — Lex de conjugiis prohibitis, *ibid.*, 1173. — Lex de decimis reddendis, *ibid.*, 1174. — Lex de nummo Romano, *ibid.*, 1174. — Lex de primitiis seminum, *ibid*, 1174. — Lex de decimis ad Ecclesiam pertinentibus, *ibid.*, 1174. — Lex de pecunia pro lucernis, *ibid.*, 1174. — Lex de pecunia quæ dicitur symbolum animæ, et de sepultura, CLI, 1174. — Lex de Dei juribus, festis et jejuniis conservandis, *ibid.*, 1174. — Lex de die Dominico, *ibid.*, 1175. — Lex de jejuniis, *ibid.*, 1175. — Lex de temporibus justitiæ, *ibid.*, 1175. — Pia exhortatio ad confessionem et pœnitentiam, *ibid.*, 1175. — Pia exhortatio ad eucharistiam et probitatem, *ibid.*, 1176. — Pia exhortatio ad fidelitatem erga dominos, *ibid.*, 1176. — Pia exhortatio ad Deum pie colendum, *ibid.*, 1176. — Ut omnes Orationem Dominicam et Symbolum calleant, *ibid.*, 1176. — Ut exitiabilia fugiant, *ibid.*, 1176. — Ut stuprum præcipue fugiant et caveant sibi de tremendo judicio, *ibid.*, 1177. — Ut episcopi et sacerdotes fide obeant officia, *ibid.* — De justitia efferenda, *ibid.* — De misericordia exhibenda in judicio, *ibid.* — De Christiano non vendendo extra regnum, *ibid.*, — De sagis, sortilegis ejiciendis, etc., *ibid.*, 1178. — De gentilium superstitionibus abolendis, *ibid.* — De homicidis, pejerantibus et mœchantibus, *ibid.* 118. — Quod peccatum turpius sit in diebus et locis sacris, et majores magis sunt plectendi, *ibid.* — De ministrum altaris occidente, *ibid.* — Ut rex sit ordinatis et alienigenis patronus, *ibid.* — De ministro altanis homicida, *ibid.* — De ordinatum vinciente aut verberante, *ibid.*, 1179. — De ordinato capitis reo, *ibid.* — De reo confessarium petente, *ibid.* — De die Dominica et festis observandis, *ibid.* — De jejunium violante, *ibid.* — Ut Quadragesima et festa non temerentur, *ibid.* — De ecclesiæ debita vi detinente, *ibid.* — De sacrum ordinem

violante, *ibid* , 1180. — De adulterio, *ibid.* — De incestuosis, *ibid.* — De viduam violante, *ibid.* — De uxoris adulteræ pœna gravi, *ibid.* — De uxorato fornicante aut concubinam habente, *ibid.* — Ut alienigenæ libidinosi ejiciantur, *ibid.* — Ut homicida in purgatione cadens episcopo tradatur, *ibid.* — De eo qui excommunicatum vel ut exlegatum custodierit, *ibid.* — De misericordia exhibenda, *ibid.*

CAROLOMANNUS, princeps. — Capitulare anni 742, XCVI, 1501. — Capitulare Liftinense anni 743, XCV, 1503. — Præceptum quo monasterii Sancti Dionysii immunitates et a teloneis exemptionem omnibus ad festivitatem sive ad mercatum S. Dionysii concurrentibus confirmat, XCVI, 1572. — Præceptum de immunitate Ecclesiæ Argentoili, *ibid* , 1575. — Quædam alia sunt præcepta varia privilegia confirmantia, *ibid.*, 1576.

CAROLOMANNUS, majordomus.—Placitum quo villam Letherman cum appenditiis monasteriis Stabulensi et Malmundariensi ab avo suo donatum et deinde injuste ablatum restituit, LXXXVIII, 1310.

CAROLUS MAGNUS, imperator. — Capitulare generale, an. 769-771, XCVII, 121. — Capitulare de banno dominico, an. 772, *ibid.*, 125. — Capitulare, an. 779, *ibid.* — Capitulare episcoporum, an. 779, *ibid.*, 779. — Capitulare Mantuanum, an. 781, *ibid.*, 135. — Capitulare Longobardicum , an. 782, *ibid.*, 137. — Capitulare generale, an. 783, *ibid.*, 139. — Capitulare Sadebrunnense, an. 785, *ibid.*, 143. — Capitulare Longobardicum, an. 786, *ibid.*, 147. — Encyclica de litteris colendis, *ibid.*, 149. — Capitulare ecclesiasticum, an. 789, *ibid.* — Capitulare monasticum, an. 789, *ibid.*, 183. — Capitulare generale, an. 789, *ibid.*, 185. — Capitulare Francofurtense, an. 794, *ibid.*, 191. — Capitulare Saxonicum, an. 797, *ibid.*, 199. — Statuta Rhispacensia et Frisingensia, an. 799, *ibid.*, 203. — Statuta Salisburgensia, an. 799, *ibid.*, 207. — Edictum pro episcopis, an. 800, *ibid.*, 209. — Capitulum pro pago Cenomanico, an. 800, *ibid.* — Capitulare Ticinense, an. 801, *ibid.*, 211. — Capitulare Aquisgranense, an. 801, *ibid.*, 217. — Mandatum de Saxonibus obsidibus imperatori Moguntiæ præsentandis, *ibid.*, 221. — Capitulare Aquisgranense, an. 802., *ibid.* — Capitula missis dominicis data, an. 802, *ibid.*, 231. — — Capitula excerpta, an 802, *ibid.*, 237. — Capitulare Longobardicum, an. 802, *ibid.*, 243. — Capitulare generale Aquense, an. 802, *ibid.*, 245. — Capitulare Longobardicum duplex, an. 803, *ibid* , 251. — Capitula quæ in lege Salica mittenda sunt, *ibid.*, 255. — Capitula minora, *ibid.*, 259. — Capitulare Longobardicum, *ibid.*, 261. — Capitula quæ in lege Ripuaria mittenda sunt, *ibid.*, 263. — Capitulare de exercitu promovendo, *ibid.*, 265. — Capitula alia addenda, *ibid.*, 267. — Capitula misso cuidam data, *ibid.*, 269. — Capitula a missis dominicis editis, *ibid.*, 269. — Capitulare ad Salz, an. 803, *ibid.*, 271. — Capitulare metropolitani cujusdam in synodo, *ibid.*, 275. — Capitula data presbyteris, *ibid.* — Capitula legi Bajoariorum addita, an. 803, *ibid.*, 277. — Capitulare Bajoaricum, an. 803, *ibid.* — Capitulare de latronibus, an. 804, *ibid.*, 279. — Capitula ecclesiastica, an. 804, *ibid.* — Capitulare Æquisgranense, an. 805, *ibid.*, 281. — Capitulare duplex in Theodonis villa, an. 805, *ibid.* — Capitula missorum dominicorum, an. 806, *ibid.*, 291. — Capitula presbyterorum, *ibid.*, 293. — Capitulare duplex ad Niumagam, an. 806, *ibid.*, 301. — Encyclica de placito generali habendo, *ibid.*, 305. — Capitulare Aquense, an. 806, *ibid.* — Capitula excerpta de canone, *ibid.* — Capitulare Longobardicum, an. 806, *ibid.*, 307. — Capitulare Aquense, an. 807, *ibid.* — Epistola ad Pippinum regem Italiæ, *ibid.*, 309. — Capitulare Ingelheimense, an. 807, *ibid.*, 309 — Capitulare Noviomagense duplex, an. 808, *ibid.*, 311. — Capitulare Longobardicum, an. 808, *ibid.*, 313. — Capitulare Æquisgranense, an. 808, *ibid.*, 315. — Capitulare Aquisgranense, an. 809, *ibid.* — Capitulare Longobardicum, an. 809, *ibid.*, 319. — Capitulare de disciplina palatii Aquisgran., an. 809, *ibid.* — Capitulare de moneta, *ibid.*, 321. — Capitulare ecclesiasticum, an. 809, *ibid.*, 323. — Capitula de presbyteris, *ibid.*, 325. — Capitulare Aquisgranense, an. 810, *ibid.* — Capitulare de instructione missorum, *ibid.*, 327. — Encyclica de jejuniis generalibus, *ibid.*, 329. — Capitulare duplex Aquisgran., an. 811, *ibid* — Capitulare de expeditione exercitali, an. 811, *ibid.*, 333. — Capitulare de exercitatibus, an. 811, *ibid.* — Encyclica ad archiepiscopos de doctrina, *ibid.*, 335. — Capitulare Bononiense, *ibid.* — Capitulare Aquisgranense, an. 812, *ibid.*, 337. — Beneficiorum fiscorumque regalium formula, *ibid.*, 339. — Capitulare de villis imperialibus, an. 812, *ibid.*, 349. — Capitulare Aquisgranense, an. 813, *ibid.*, 359. — Capitula Longobardica, an. 813, *ibid.*, 363. — Capitula de Judæis, an. 814, *ibid.*, 369. — Varia alia capitula, *ibid* , 505, 675. — Decretum de scholis Osnabrugensis Ecclesiæ, XCVIII, 993. — Epistola ad subjectos, de Homiliario Pauli diaconi, monach. Casinensis, *ibid.*, 896. — Presbyterum accusatum mittit in patriam, ut ibi ab episcopo suo judicetur, *ibid.*, 910. — Epistola ad quinque episcopos, de gratia septiformis Spiritus, *ibid.*, 914. — Epistola ad Garibaldum Leodiensem episcopum, de cura quam instruendis populis præcipue ante baptismum adhibere debent pastores, *ibid.*, 917. — Epist. ad eumd. jejunium pro necessitatibus publicis, maxime pro fame, peste, et bello indicitur, *ibid.*, 918. — Mittit in Britanniam concilium Nicænum, *ibid.*, 937. — Quomodo vel qualiter unusquisque Dei sacerdos plebem sibi a Deo commissam instruat, prædicet, atque gubernet, *ibid.*, 940. — De omni sancti mysterio baptismatis quo ordine debemus celebrare, *ibid.* — De scrutinio ecclesiastico, cur scrutinium fit, et quo tempore, et quid est scrutinium, *ibid.* — Capitulare de imaginibus contra Constantini VII imperat. Constantinopolit. et Irenæ matris decretum, et synodum Nicænam II, pseudoseptimam œcumenicam seu universalem; compositum et publicatum in concilio Francofordiensi et Adriano papæ missum anno Domini, 794. — Appendix ad hoc capitulare, complectens, Epistolam Adriani papæ ad Carolum de imaginibus, qua confutantur illi qui synodum Nicænam II oppugnarunt et conventum Parisiensem de imaginibus, apud Parisios, habitum an. Christi, 824, *ibid.*, 1247. — Quod sancta Romana catholica et apostolica Ecclesia cæteris Ecclesiis prælata, pro causis fidei, cum quæstio surgit, omnino sit consulenda, *ibid.*, 1019. — De ecclesiastica cura Caroli Magni, *ibid.*, 1371.

CAROLUS, Majordomus. — Epistola ad Gregorium II papam, de suscepto in tuitionem ac defensionem episcopo Bonifacio, LXXXIX, 503.

CHILDEBERTUS, rex Francorum. — Constitutio de abolendis reliquiis idololatriæ et de sacrorum dierum festivitatibus caste celebrandis, LXXII, 1121.

CHILPERICUS II, rex Francorum. — Placitum quo terra sita in superiore Bacivo præposito monasterii S. Dionysii asseritur, LXXXVIII, 1119.

CHUOMADUS II, imperator. — Edictum de mancipiis ecclesiarum, CLI, 1039. — Capitula de beneficiis, simul et edictum, *ibid.*, 1041, 1042. — Rescriptum de lege Romana, *ibid.*, 1044. — Litteræ ad cives Cremonenses, ut episcopo Cremonensi de quibusdam querelis satisfaciant, *ibid.*, 1059.

CLODOVÆUS III, rex Francorum. — Placitum de lite inter Chainonem abbatem Sancti Dionysii, et Ermenoaldum abbatem qui vadimonium deseruerat, LXXXVIII, 1081. — Placitum in quo monasterium Lemausum asserit monasterio Sancti Vincentii seu S. Germani, *ibid* , 1099. — Placitum quo adjudicat Sancto Dionysio teloneum integrum nundinarum quæ de vico S. Dionysii translatæ fuerant Parisios inter S. Laurentii et S. Martini basilicas, *ibid.*, 1108. — Placitum quo Cadolaici farinarium S. Dionysii monasterio asseritur, *ibid.*, 1110.

CLOTARIUS II, rex Francorum. — Constitutio generalis, LXXII, 1119.

Decretio de servis et asilis.

Decretum est, ut quia in vigiliis constitutas nocturnos fures non caperent, eo quod per diversas intercedente concludio, scelera prætermissa custodias exercerent, centenas fieri. In qua centena aliquid deperierit, capitale qui perdiderat recipiat, et latro insequatur. Vel si in alterius centena appareat, et adhuc admoniti, si neglexerint, quinos sol. condemnentur. Capitale tamen qui perdiderit, a centena illa accipiat absque dubio, hoc est, de secunda vel tertia custodia. — Si vestigium comprobatur latronis, tamen præsentia nihil longe multando, aut si persequens latronem suum comprehenderit, integram sibi compositionem accipiat. — Quod si in truste invenitur, medietatem compositionis trustis acquirat et capitale exigat a latrone. — Si quis in domo alterius, ubi clavis est, furtum invenerit, dominus domus de vita componat. — Si quis cum furto capitur, antedictæ subjaceat legi. — Si de suspicionibus inculpatur, ad fortem veniat. — Si mala forte priserit, latro tamen ad utramque partem sint ternas personas electas, ne conludius fieri possit. — De servis ecclesiæ aut fisci vel cujuslibet, quicunque inculpatur, ad fortem veniat, aut ad plebium promoveatur, aut ipse precius a domino reformetur, nam probari periculo subjacebunt. — Si quis cujuslibet de potentioribus servis qui per diversa possident, de crimine habetur suspectus, domino secretius cum testibus condicatur, ut intra viginti noctes ipsum ante judicem

debeat præsentare. Quod si in statutum tempus interludente concudio non fuerit, dominus status sui juxta modum culpæ inter fredum et faidum compensabitur. — Si servus ante admonitum dominum defuerit, capitale dominus restituat et de servo faciat cessionem, et cum inventus fuerit, detur in vindictam. Si quis occulte de re sibi furata a quolibet latrone compositionem acceperit, utraque latronis culpa subjaceat. Fur tamen judici præsentetur, LXXX, 450.

Ut continuo capitale ei qui perdiderit reformare festinet, et latronem perquirat. Quem si in truste perinvenerint, medietatem sibi vindicat vel delaturam. Si fuerit de facultate latronis, et qui damnum pertulit, satiatur. Nam si persequens latronem ceperit, integram sibi compositionem simul et solutionem, vel quidquid dispendii fuerit, revocavit; frepus tamen judici, in cujus pago est, reservetur — Nullus latronem vel quemlibet culpabilem sicut summis episcopis convenit, de atrio ecclesiæ trahere præsumat. Quod si sunt ecclesiæ quibus atria clausa non sint, ab utraque parte parietum terræ spatium, arpennis pro atrio observetur. — Nullus confugiens foris ante dicta loca pro operarum cupiditate se dicat exire. Quod si fecerint, et capti fuerint, ad dignum sibi supplicium condemnentur. — Quod si cujuslibet servus desereus suum dominum ad ecclesias confugerit, et ibi primitus dominus ejus advenerit, contentio excusatur; reddatur furtum, ut se de pretio redimat. — Si quis ad vestigium minandum vel latronem persequendum admonitus venire noluerit, quinque solidis condemnetur. — Ea quæ in Dei nomine pacis tenore constituimus, in perpetuum volumus custodiri. — Hoc statuentes, ut si quis ex judicibus hoc decretum violare præsumpserit, vitæ periculum subjacere cognoscat.—Ut episcopo decedente, in loco ipsius qui a metropolitano ordinari debet cum provincialibus a clero et populo eligatur, et si persona condigna fuerit, per ordinationem principis ordinetur; vel certe si de palatio eligitur, per meritum personæ et doctrinæ ordinetur. — Ut nullus episcoporum, se vivente, eligat successorem; sed tunc alius ei substituatur, cum taliter afficeretur ut Ecclesiam suam nec clerum regere possit. Itemque ut nullus, vivente episcopo, adoptare locum ejus præsumat. Quod si petierit, ei minime tribuatur. — Si quis clericus, quolibet honore munitus, contempto episcopo suo, vel prætermisso, ad principem aut ad potentiores quasque personas ambulare vel sibi patrocinium elegerit expetendum, non recipiatur, præter si pro venia videtur expetere; et si pro qualibet causa principem expetierit et cum ipsius principis epistola ad episcopum suum fuerit reversus, excusatus recipiatur. Is qui ipsum, post admonitionem pontificis sui retinere præsumpserit, sancta communione privetur. — Ut nullus judicum de quolibet ordine clericos de civilibus causis, præter criminalia negotia, per se distringere aut damnare præsumat, nisi convincitur manifestus, excepto presbytero aut diacono. Qui vero convicti fuerint de crimine capitali, juxta canones distringantur, et cum pontificibus examinentur. — Quod si causa inter personam publicam et homines ecclesiæ steterit, pariter ab utraque parte præpositi. Ecclesiarum et judex publicus in audientia publica positi ea debeant judicare — Cuicunque defuncto, si intestatus decesserit, propinqui absque contrarietate judicium in ejus facultate juxta legem succedant. — Libertos cujuscumque ingenuorum a sacerdotibus, juxta textus chartarum, ingenuitatis suæ defensandos, nec absque præsentia episcopi aut præpositi Ecclesiæ esse judicandos vel ad publicum revocandos. — Ut ubicunque census novus impie additus est et a populo reclamatur, justa inquisitione misericorditer emendetur. — De teloneo, ut per ea loca debeat exigi, vel de speciebus ipsis de quibus præcedentium principum tempore, id est, usque ad transitum bonæ memoriæ domnorum parentum nostrorum..... est exactum. — Judæi super Christianos actiones publicas agere non debeant. Quare qui se quæstuoso ordini sociare præsumpserit, severissimam legem ex canonica incurrat sententia. — Ut pax et disciplina in regno nostro sit, Christo propitiante, perpetua rebellio vel insolentia malorum hominum severissime reprimatur, LXXX, 451, 453.

Ut nullus judex de aliis provinciis aut regionibus in alia loca ordinetur; ut si aliquid mali de quibuslibet conditionibus perpetraverit, de suis propriis rebus exinde quod male abstulerit juxta legis ordinem debeat restituere. — Quidquid parentes nostri anteriores principes vel nos per justitiam visi sumus concessisse et confirmasse, in omnibus debeat confirmari. — Et quæ unus de fidelibus ac leodibus, suam fidem servando domino legitimo, interregno faciente, visus est perdidisse, generaliter absque aliquo incommodo de rebus sibi juste debitis præcepimus revestiri. Puellas et viduas religiosas aut sanctimoniales quæ se deo voverunt, tam quæ in propriis domibus resident, quam quæ in monasteriis positæ sunt, nullus nec per præceptum nostrum competat, nec trahere, nec sibi in conjugio sociare penitus præsumat. Et si quis exinde præceptum elicuerit, nullum sortiatur effectum. Et si quicunque aut per virtutem aut per quemlibet ordinem ipsos detrahere, aut sibi in conjugium præsumpserit sociare, capitali sententia feriatur. Et si in ecclesia conjugium fecerint, et illa rapta aut rapienda in hoc consentire videbitur, sequestrati ab invicem in exsilio deportentur, et facultates eorum propinquis hæredibus socientur. Episcopi vero vel potentes, qui in aliis possident regionibus, judices vel missos discussores de aliis provinciis non instituant, nisi de loco, qui justitiam percipiant et aliis reddant. — Agentes igitur episcoporum aut potentum per potestatem nullius rei collecta solatio nec auferant, nec cujuscunque contemptum per se facere non præsumant. Porcarii fiscales in silvas ecclesiarum aut privatorum absque voluntate possessoris in silvas eorum ingredi non præsumant. — Neque ingenuus, neque servus qui cum furto non deprehenditur, a judicibus aut ad quemcunque interfici non debeat inauditus. — Et quando quidem pastio non fuerit, unde porci non debeant saginari, cellarinsis in publico non exigatur. — Quicunque vero hanc deliberationem, quam cum pontificibus vel tam magnis viris optimatibus aut fidelibus nostris in synodali concilio instituimus, temerare præsumpserit, in ipsum capitali sententia judicetur, qualiter alii non debeant similia perpetrare. Quam auctoritatem vel edictum perpetuis temporibus valiturum manus nostræ subscriptionibus decrevimus roborandum quoddam aliud præceptum speciale pro monasterio Sancti Dionysii, LXXX, 454.

Lex de missis directis per regnum, ut populus pacem et justitiam habeat, de raptoribus, de prædatoribus, de latronibus et aliis malefactoribus et de omnibus justitiis. — Ut ubi missatici simul venerint, missi simul veniant, et si de uno regno in aliud aut de uno missicata in aliud fugerint, simul eos constringant; ut ubicunque fugerint, illuc indiculus transmittatur, ut comes illos destringat, aut cum alode, aut per quodcunque potest, ut illuc veniat et emendet ubi malum fecit. — Ut missis commendatur, ut faciant justitias, et si non fecerint quod ipsi pergere debeatis; ut si necessitas alicui fuerit, omnes sint parati quomodo invicem vos adjuvetis, CXXXVIII, 599.

Nunc volumus vos certos reddere de nostra conjunctione, quia Christo propitio, aiebat Clotarius serenissimus imperator, secundum Deum ad salutem sanctæ Dei Ecclesiæ, nostramque ac vestram communem utilitatem et necessitatem indissolubiliter corde et opere conjungere vos volumus, ut unum simus in Christo, et vos unum sitis nobiscum Sapiatis quia legem, qualem antecessores nostri, hoc est pater et avus noster, vestris antecessoribus concesserunt et servaverunt nos similiter vobis perdonamus et inviolabiliter atque incorrupte et præsentibus et futuris temporibus, per omnia volumus observare, CXXXVIII, 589, 606.

FULCHERIUS, Hierosolymitanæ domus præceptor. — Epistola ad Ludovicum Francorum regem, de statu expeditionis Hierosolymitanæ, CLV, 1279 et 1280.

GLYCERIUS, imperator.— Edictum contra ordinationes Simoniacas, LXXII, 1111.

GRATIANUS, imperator. — Epistola ad S. Ambrosium. Eum ad se invitat ut se in fide de Filii ac Spiritus sancti divinitate confirmet, etc., XVI, 875. — Constitutio in relaptizantes, XV, 1181. — Lex ut Patrem, Filium et Spiritum sanctum unam deitatem sub parili majestate et sub pia Trinitate credamus, LVI, 681. — De iis qui super religione contendunt, *ibid.*, 682. — De hæreticis, præsertim de Arianis, Eunomianis et Manichæis, *ibid.*, 682, 683.

GUDELINA, regina. — Gratias agit Theodoræ Augustæ, de legato et epistolis ejus; scribitque se curavisse ut papa senatusque illi per litteras respondeant. Tum dicit se ad illam misisse legatum multis virtutibus et doctrina præditum, LXIX, 811. — Indicat se et Theodaliadum gratiam ejus enixius quærere, et rogat ut in gloriæ ejus societatem veniant, *ibid.*, 812.

GUTHURNUS, Anglorum rex. — Eædem sunt ejus leges ac illæ quæ a nobis dantur ad titulum, EDUARDUS Senior, Anglorum rex, CXXXVIII, 459.

HENRICUS I, Francorum rex. — Hugonis avi sui patrisque Roberti donationes monasterio S. Salvii apud Monsterolum factas confirmat, CLI, 1025. — Placitum pro cœnobio Sancti Medardi adversus Rotbertum Codiciacensem, *ibid.*, 1027. — Canonicis Carnotensibus liberum concedit fiscum Unigradim, *ibid.*, 1028. — Adjutus rex ab Alberto abbate in expugnatione Castri Novi, ejus monasterium a jugo advocatorum et vexationibus archidiaconorum absolvit, *ibid.*, 1029. — Erepta e laicorum manu abbatia S. Victoris Nivernensis restauratur, *ibid.*, 1032. — Decretum quo abrogat injustam consuetudinem, ne portæ civitatis Aurelianensis tempore vindemiæ claudantur, nec custodes adhibeantur, *ibid.*, 1036. — Inducit canonicos regulares in ecclesiam S. Martini a Campis, a se restauratam, *ibid.*, 1037.

HENRICUS Junior, Romanorum rex. — Epistola ad Eugenium papam, qua episcopum Moguntinum excusat quod concilio Remensi non interfuerit, eumque ad pontificem proficiscentem commendat, CLXXX, 1618. — Pontificis patrocinium precatur, *ibid.*, 1619. — Ut Henricum Moguntinum archipræsulem et alios ad papam transeuntes benigne suscipiat, ducissam Poloniæ ab excommunicatione solvat, et Wibaldum abbatem habeat sibi commendatum, *ibid.*

HENRICUS (S.) II, imperator Romanorum — Referemus hic modum quo utebantur reges, quando leges proferebant in medio :

« Henricus, Dei gratia miserationis Romanorum, Imperator, Augustus. Omnibus nostris fidelibus præsentibus etiam et futuris notum fieri volumus, quod semper publicæ providentes quæ digna sunt, probabilium personarum nostri imperii fidelium acceptione disponimus. Cum moraremur in civitate Argentina, quæ vulgari nomine Strasburge vocatur, multorum perlatum est ad nos relatione quod plurimi tunc erant qui sub occasione his periculis laborabant. Unde etiam digna provisione omnibus succurrentes, attestatione laudis quam plurium nobis astantium fidelium, archiepiscoporum, Mediolanensis videlicet et Ravennensis, episcoporum quoque Straburgensis, Placentini, Cumani, Vercellensis, Parmensis, Aquensis, Januensis, Lunensis, Vulterensis, marchionum quoque et comitum Italiensium, nobilium vero multorum, vassallorum, sapientium et judicum inter multa qua rei publicæ congruebant, quædam capitula inseruimus, quæ ut ab omnibus nostro subjectis imperio observentur, stabilique observatione teneantur, amodo et deinceps statuimus, jubemus et firmiter præcipimus. Hæc sunt quæ inviolabiliter observari jubemus :

« I. Quicumque ex quacunque natione legitimam uxorem accepit, vel acceperit, si eam mori contigerit sine filiis eorum amborum, vir suæ uxori succedat, et omnia bona ejus percipiat. — II. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem, aut fratrem, aut sororem, vel nepotem, vel aliquem suum propinquum per se aut per aliam interfecerit, hæreditas interfecti ad alios suos legitimos hæredes perveniat. Interfectoris vero hæreditas in fisco redigatur. Ipse vero ordinante episcopo publica pœnitentia subdetur; quod si ille qui crimine arguitur, negare voluerit, per se pugnam faciat; nec liceat ei campionem pro se dare, nisi decrepita ætas aut juvenilis, aut infirmitas pugnare prohibuerit. — III. Qui vero infra trevam, vel datum pacis osculum aliquem hominem interfecerit et negare voluerit, pugnam per se faciat; nec campionem pro se dabit, nisi sit, ut modo diximus. Si vero convictus fuerit, manum qua homicidium fecit amittat. » — CXL, 223, 227.

DECRETA. — Ut nullus in clero mulierem attingat; ut episcopus nullam feminam habeat, neque cum aliqua habitet; ut filii clericorum, servorum Ecclesiæ servi sint ecclesiæ cum omnibus acquisitis; ut filiis clericorum, servorum Ecclesiæ, nullus judex libertatem promittat; ut servi ecclesiarum per manus liberi nihil acquirant; ut ille qui chartam per suas manus accipit, finem ecclesiæ faciat; ut nullus judex aut tabellio chartas scribant, quas servi ecclesiæ per manus liberi acquirunt, CXL, 226, 230. — Lex qua clerici jurare non audeant, hoc est quod decernitur ut non episcopus, non abbas, non presbyter, non cujuscunque ordinis clericus, non aliquis monachus vel sanctimonialis, in quacunque controversia, sive criminali sive civili, jusjurandum compellatur, qualibet ratione subire sed suis idoneis advocatis officium hoc liceat delegare, *ibid.*, 230. — Sententia de conjugio clericorum et pactum cum Benedicto VIII, *ibid.*, 231, 233. — Præceptum cœnobitis Remigianis concessum, *ibid.*, 237. — Henrici regis præceptum per quod Burchardo Wormatiensis episcopo attribuit omne prædium quod Otto dux in ipso civitate obtinebat, *ibid.*, 245. — Monasterium Steinense, ex Duellio translatum, ab Henrico II imperatore dotatur, et ecclesiæ Bambergensi subjicitur, *ibid.*, 261. — Confirmat fundationem collegii canonicorum in ecclesia Sanctæ Crucis Leodii, facta per Notgerum episcopum Leodiensem, *ibid.*, 264. — Præceptum per quod universas Ecclesiæ Wormaticensis possessiones eidem confirmat, aliasque superaddit, *ibid.*, 268. — Varias abbatias confirmat Notgero Leodiensi episcopo et ejus successoribus, *ibid.*, 269. — Decretum quo Ecclesiæ metropolitanæ Cameracensi ac Heluino episcopo ejusque successoribus donat comitatum Cameracensem, *ibid.*, 273. — Litteræ de erecto a se episcopatu Bambergense, *ibid.* — Præceptum per quod Ecclesiæ Wormatiensi attribuit quidquid Berelinus comes in beneficium possedit, *ibid.*, 278. — Præceptum pro abbatia Clessensi Sancti Apollinaris, *ibid.*, 286. — Præceptum per quod Wormaticensem Ecclesiam inter et cœnobium Laurisheimense controversiam, ratione Forestis Odenwalt dirimit, *ibid.*, 297 — Præceptum per quod Wormatiensem Ecclesiam adversus iniquas comitum provincialium incursiones tuetur, *ibid.*, 316. — Sententia contra comites et marchiones Estenses, ipsius imperio obtemperare recusantes, *ibid.*, 318. — Concessio Henrici regis de moneta et mercatu, *ibid.*, 350. — Præcepta pro abbatia Protoliæ et — pro Hilderado abbate Prantensis monasterii, *ibid.*, 354. Ecclesiæ Paderbonensi prædia quædam confert, *ibid.*, 356.

HENRICUS III, imper. — Constitutio de juramento calumniæ, CLI, 1082. — Conventus Turicensis, in quo eduntur constitutiones de contemptoribus imperatoris, de veneficiis, et de beneficiis amittendis, *ibid.*, 1082.

HENRICUS IV, imper. — Conventus Oppenheimensis, hoc est promissio quam fecit Hildebrando, seu Gregorio VII papæ, CLI, 1125. — Conventus Tricinensis, seu de præcepto ac firma fidelitate Henrici IV contra deprædatores et scacchatores regni sui, *ibid.*, 1426. — Conventus Moguntinus, seu constitutio pacis Dei promulgata et juramentum pacis Dei, *ibid.*, 1128, 1131. — Constitutio pacis generalis, *ibid.*, 1137. — Constitutio pacis provincialis et in diœcesi Constantiensi, *ibid.*, 1137, 1139, — Conventus Ratisponensis, de modo quo sustentandi sunt advocati quando functiones exercent in locis sibi competentibus, *ibid.*, 1140.

HENRICUS V, imper. — De decimis et oblationibus sacerdotibus erogandis, CLX, 236

HENRICUS dux Saxoniæ. — Epistola ad Eugenium papam. Wibaldi abbatis Stabulensis merite prædicat, oratque ut pontifex ratam habeat Kaminadæ unionem ad Corbiense monasterium, CLXXX, 1621.

HENRICUS, comes Namurcensis. — Epistola ad Eugenium papam, qua significat se paratum esse ea observare quæ Treveris in curia papæ ordinata fuerant, de causa quæ ipsum inter et archidiaconum Virdunensem vertebatur, CLXXX, 1622.

HOELIDHA, Valliæ princeps et totius Cambriæ. — Iste videns suos Walenses insolenter legibus abuti, ascivit de qualibet centuria totius regni sui sex laicos viros auctoritate et scientia pollentes, et omnes ecclesiasticos dignitate bacculosos, vel archiepiscopos, vel episcopos, abbates, vel priores de regno suo ad locum qui dicitur.... Rex autem et congregati morati sunt ibidem per totam Quadragesimam, orantes Altissimum per jejunium perfectum, petendo gratiam ad bona facienda secundum regis propositum, et de congregatis elegit rex duodecim laicos doctissimos, et unum clericum doctissimum, ad leges sibi instruendas et usus, ut propinquius posset ad veritatem et justitiam intendi, et in tres partes scribi præcepit, quarum prima lex curiæ suæ quotidianæ, secunda lex patriæ, tertia usus utriusque. Tres autem libros præcepit fieri consimiles, unum ad curiam suam

quotidianam sequi semper, et alium ad curiam de Dinewr, et tertium ad curiam de Abefrau, vel qualibet de tribus partibus Cambriæ haberet in se auctoritatem legis, ad opus paratam. Hæ leges ad mores spectantes, suis principiis innixæ numero XL, legantur in volumine, CXXXVIII, 471, 479.

HONORIUS imper. — Leges quibus pœnas adversus Donatistas aliosque hæreticos latas renovat, XI, 1216, 1217, 1218, 1219, 1220.— Lex qua abrogat edictum quo hæreticis concussa fuerat libertas, *ibid.*, 1222. — Contra Donatistas, *ibid.*, 1427, 1428, 1430. — Lex adversus irruentes in Ecclesias, XI, 1192. — Leges in rebaptizantes, *ibid.*, 1204, 1205, 1208, 1216. — De edicto unitatis per Africam proponendo, *ibid.*, 1311. — Leges quibus multa statuuntur in Donatistas, *ibid.*, 1212, 1420.— Epist. ad Arcadium principem Orientis, dolet Honorius de iis quæ in die Paschæ Constantinopolis perpetrata sunt. Templi Augusti et senatus incendium primum esse divinæ iracundiæ indicium. Alia metuenda esse nisi Deus placetur. Hac dere tacere se non posse, ne silentium pro assensu habeatur, quam præpropere dum episcopale judicium exspectabatur, in exsilium pulsi sunt sacri antistites. Hinc religionis perturbationem inductam, et latum hæresibus atque schismatib s campum apertum esse, XX, 507. — Epistola ad Arcadium Augustum, ut synodum Thessalonicæ cogi eoque Theophilum Alexandriæ episcopum se conferre jubeat, *ibid.*, 511. — Præscriptum ad Bonifacium papam, in quo imperator statuit, ut si denuo Romæ duo episcopi ordinati fuerint, ambo de civitate pellantur, *ibid.*, 767.— Decreta de pertrahendis ad judices competentes sectatores hæreseon Cœlestii et Pelagii, LVI, 490, 493.

HUNERICUS rex. — Hujus præceptum Eugenio Carthaginensi cæterisque episcopis catholicis per universam Africam constitutis directum ut ad fidei suæ reddendam rationem Carthaginem veniant, LVIII, 213. — Ut ad collationem communis fidei habendam etiam transmarini episcopi vocentur, *ibid.*, 214.

INGEBURGIS, Francorum regina. — Epistola ad Cœlestinum III papam, quod, ipsa neglecta, rex adhæserit filiæ ducis de Merania, CCVI, 1277.

JULIANUS apostata, imper. — Rescriptum in gratiam Donatistarum, XI, 1179. — Quam fuerit Christianis infensus, LXIX, 1033. — Quod initio imperii sui magis pepercerit Christianis, *ibid.*, 1034 — Quod eos qui fuerant a Constantio deportati revocaverit, et de vexatione ecclesiasticorum et populi Christiani, *ibid.*

JULIANUS avunculus Juliani apostatæ. — Quomodo ecclesias clauserit, et Ecclesiæ ornamenta diripuerit, LXIX, 1036.

JUNIUS præfectus prætorio. — Edictum contra Pelagium, LVI, 492.

JUSTINIANUS imper. — Justinianus natus est anno 483. Avunculum habuit Justinum Augustum a quo in Castello Boderiano summa cura educatus est et in filium adoptatus. Nondum imperator, Theodoram ortu Cypriam uxorem duxit, feminam insolentem et Eutychianæ hæresi perdite addictam. An. 518, a Justino imperatore magister militum factus est, et in Orientem cum exercitu missus, rem contra Persas bene gessit. An. 521, consulatum obiit, mox patricius, deinde nobilissimus, ac tandem an. 527, Augustus renuntiatus, cum avunculo regnare cœpit; quo defuncto eodem anno imperium deinceps solus tenuit. An. 524, edictum promulgavit quo Nestorianos et Eutychianos tanquam hæreticos pœnis civilibus multandos decrevit, eo tem post quinquennium renovato. An. 541, Origenem ipse edicto damnavit, et habita mox sub Memma synodo Constantinopoli, illum cum sectatoribus anathemate percutiendum curavit. An. 545, edita constitutione, Tria Capitula damnavit, quod et exeunte sequente anno synodus Constantinopolitana itidem fecit. An. 553, concilium œcumenicum Constantinopoli habendum indixit, in quoa Patribus, et Tria Capitula damnarentur postulavit et obtinuit. An. 563, fatiscentibus cum corpore animi viribus, ab hæreticis quibusdam delusus, edictum constituit, quo Christia corpus pari modo ante ac post resurrectionem corruptionis ac naturalium affectionum expers fuisse docuit; utque sententiæ suæ omnes episcopi subscriberent mandavit. episcopos Orientales ad Anastasii Antiocheni sententiam provocantes gravissime afflixit; ipsum vero Anastasium et Eutychium patriacham Constantinopolitanum constanter reluctantes suis sedibus exturb vit et in exsilium deportari jussit. Hujusmodi deliriis intentus, rebus humanis exemptus est anno 565.

Non deerant olim, nec desunt hodie qui in hunc principem tota calumniarum et conviciorum plaustra exonerant, verbi gratia, cardinalis Baronius, de quo, ut fides habeatur, quædam lectori ob oculos ponenda sunt : « Fuit, inquit, Justinianus homo penitus illitteratus, adeo ut nec alphabetum aliquando didicisset. Sacrilegus imperator, qui non levem persecutionem excitavit, furore percitus, mente dimotus, corruptus maligno spiritu, agitatus a Satana quique omnem in Ecclesia ordinem dissolvit, fecitque ex regno cœlorum ergastulum inferorum. » Hujus critices acrimonia redolet hominem anglicanum. Attamem de eximiis Justiniani virtutibus perplura sunt veterum tesimonio. Procopius de doctrina ejus et pietate hæc habet : « Solitum eum tum libros de divinis rebus agentes pervolutare, tunc de iisdem colloquia cum episcopis et presbyteris in multam noctem pertrahere ; in more semper ei fuisse multis ante Pascha dierum hebdomadibus corpus vigiliis, et inediis plusquam asceticis macerare, semel in biduo cibum capere, vino, pane aliisque cibariis penitus abstinuisse, herbis tantum sale et aceto conditis, atquæ aqua contentum. » Agatho papa hoc de illo testimonium profert : « Et præ omnibus, inquit, æmulator vere apostolicæ fidei præ memoriæ Justinianus Augustus, cujus fidei rectitudo, quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantum rempublicam Christianam exaltavit, et usque ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cujus fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto orbe diffusa laudatur. »

Decretum contra hæreticos, LXIX, 30. — Liber adversus Origenem, id est, tractatus adversus impium Origenem et nefarias ejus sententias, *ibid.*, 177.— Confessio rectæ fidei adversus tria capitula, *ibid.*, 225. — Epistola de Theodosio Mopsuesteno et reliquis, *ibid.*, 268 — Epistola adversus impium Theodorum atque iniqua ejus dogmata, et epistolam Ibæ, et alios libros contra fidem catholicam pugnantes. *ibid.*, 273.— Epistola ad Agapetum. More majorum suorum apud pontificem Romanum recens electum suæ fidei professionem edit, LXVI, 31. — Exemplar precum Justiniani, *ibid* , 41. — Secunda fidei professio Agapeto oblata, *ibid.*, 42.

Novella, ut determinatus sit numerus clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ, neque non cæterarum sanctissimarum ecclesiarum hujus augustissimæ Urbis, LXXII, 921. — Novella de monasteriis et monachis et eorum antistibus, *ibid.*, 926. — Novella quomodo oporteat episcopos et cæteros clericos ad ordinationem perduci, et de expensis ecclesiarum, *ibid.*, 956. — Novella de non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed ut sufficiant generales hypothecæ, *ibid.*, 938. — Novella ut præsides absque nulla datione pecuniæ ad officia mittantur, *ibid.* — Edictum ubique locorum constitutis amantissimis archiepiscopis religiosissimisque patriarchis conscriptum, *ibid.*, 957. — Novella de jurejurando, quod præstari solet ab iis qui officia suscipiunt, *ibid.*, 964. — Novella de referendariis sacri palatii, *ibid.*, 965. — Novella de defensoribus civitatum, *ibid.*, 966 — Novella ut clerici ex una ecclesia in aliam transferantur ad supplendum deficientium statutum munerum, *ibid.*, 970. — Novella de Armeniis, ut et ipsi per omnia Romanas sequantur leges, *ibid.*, 971. — Novella de ecclesiis constitutis in Africa, *ibid.*, 972.— Novella ut Anthimus, Severus, Petrus, Zooras et reliqui hæretici ecclesiastico gradu detrahantur, *ibid.*, 973. — Constitutio sacra contra Anthimum, Severum, Petrum et Zooram, *ibid.*, 975. — Novella de officiis sive tabernis Constantinopolitanæ Urbis, et ut mille tantum et centum officinæ sacro sanctæ majoris ecclesiæ excusentur ; omnes reliquiæ, ad quemcunque dominum pertineant, consueta habeant munia, *ibid.*, 983. — Novella ne Judæi, Samaritani et hæretici, per causam religionis et cultus sui curiali fortuna liberentur, sed cum curialibus muneribus subdentur privilegiis eorum non perfruantur. Item ut iidem possint contra orthodoxos qui curiali fortunæ subditi sunt testimonium dicere, ut qui præclare pro orthodoxa republica testimonium perhibeant, *ibid.*, 986. — Novella de ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione et solutione, *ibid.*, 987. — Novella ut de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum non fictæ fiant ad piissimum imperatorem, et hoc modo ad alias personas legitimas transeuntes, sed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. Et ut liceat perpetuas emphyteuses agi ab oratoriis in oratoria decreto videlicet interposito, excepta hac majore ecclesia, ne tamen in privatam personam transeat emphyteusis, *ibid.*, 898. — Novella ut ea quæ vocantur insinuativa super clericis in majore quidem ecclesia dentur, in aliis autem ecclesiis penitus non dentur, *ibid.*, 990. — Novella ut in privatis domibus sacra mysteria non fiant, *ibid.*; 991. — Novella de clericis qui a suis destiterunt ecclesiis ; item de his qui oratoria ædificant, *ibid.*, 992. — Novella de exsequiis, quos fieri oporteat in defunctorum funerationibus, *ibid.*, 995 — Novella de his quæ

relicta sunt ecclesiæ Mysiæ, *ibid.*, 998. — Novella ne quis oratorium citra scientiam episcopi ædificet; et ut prius definiat quæ ad curam et institutionem oratorii ædificandi necessaria futura sint; et ne episcopi absint a suis ecclesiis, ac de alienatione immobilium rerum ecclesiasticarum, XX, 999. — Novella de his qui ingrediuntur monasteria et substantias suas consecrant, et ex quo ipsam tempore valere oporteat, *ibid.*, 1000. — Novella ut qui contra naturam luxuriantur ut per Deum adjurant, item blasphemias in Deum ingerunt afficiantur supplicio, *ibid.*, 1001. — Novella apud quos oporteat litigare monachos et ascetrias, *ibid.*, 1002. — Constitutio quæ per dignitates et episcopale munus filios liberat potestate patria, *ibid.*, 1004. — Novella ut clerici apud proprios episcopos primum conveniantur, et post hoc apud judices civiles, *ibid.*, 1006. — Novella ut præsides qui interpellantis allegata audire differunt, compellantur fi facere ab episcopis Et ut si quis præsidem suspectum habet in cognitionem litis adhibeat societque etiam civitatis episcopum etc., *ibid.*, 1007. — Novella de mulieribus fide hæreticis, *ibid.*, 1009. — Novella de tempore actionum quæ sacris locis competunt, *ibid.*, 1011. — Novella de alienatione et emphyteusi rerum ecclesiasticarum, *ibid.* — Novella de ecclesiasticis diversis capitulis, *ibid.*, 1019. — Novella de ecclesiasticis canonibus et privilegiis quæ sacrosanctas spectant ecclesias, *ibid.*, 1039. — Novella, edictum de fide, Constantinopolitanis, *ibid.*, 1044. — Novella de monachis et asceticis et eorum conversatione, *ibid.* — Novella de Samaritanis, *ibid.*, 1050. — Novella de Hebræis, quomodo oporteat eos Scripturas legere, *ibid.*, 1051. — Leges selectæ quibus Ecclesiæ res tractavit, vel suam in Deum pietatem testatus est; de episcopis et clericis, *ibid.*, 1053, 1072. — De episcopali audientia et diversis capitulis quæ ad jus curamque et reverentiam pertinent pontificalem, *ibid.*, 1073, 1085. — De hæreticis, monachis et Samaritanis, *ibid.*, 1086, 1088. — De veteri jure enucleando et de auctoritate jurisprudentium qui in digestis referuntur, *ibid.*, 1089, 1100. — De officio præfecti prætorii Africæ, et de omni ejusdem diœceseos statu, *ibid.*, 1101.

JUSTINUS, imperator. — Epistola ad Hormisdam papam, Joannem episcopum catholicam fidem amplexum hæreticos anathematizasse atque nomen Acacii, cum aliorum schismaticorum nominibus, e sacris tabulis expunctum esse, LXIII, 448. — Cum jam Ecclesia pace fruatur, pro imperatore ad Deum preces fundendæ, *ibid.*, 450.

KAROLUS II, Francorum rex. — Juramentum lingua Theudisca, CXXXVIII, 528. — De regimine diœcesano ab episcopis gerendo, et quomodo, *ibid.*, 530. — De sæculari et regulari Ecclesiæ regimine, *ibid.*, 540. — De variis rebus quæ ad regimen ecclesiæ et ductum episcoporum spectant, *ibid.*, 443-554.

KAROLUS II. — Pactum Argentoratense, CXXXVIII, 527. — Decreta in conventu villæ Coloniæ constituta, *ibid.* — Decreta in synodo apud Tolosam facta, *ibid.*, 531. — Decreta in conventu Theodonis villæ constituta, *ibid.*, 533. — Decreta in concilio Palatii Vernistatuta, *ibid.*, 539.

Ut horum et similium decretorum notionem referemus quædam decreta :

Decreta conventus in villa Sparnaci. — De honore et cultu ecclesiarum, CXXXVIII, 317. — De honore episcoporum et veneratione servorum Dei; de justitia; ut cautela fiat erga eos qui causa juventutis aut insipientiæ in aliquo fallunt, sive contemnunt admonitionem episcoporum, ne subito aut incaute damnentur anathemate; de his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur; de precariis, de hospitalibus; de rapacibus; ut episcopis tempus congruum observetur ad ministerium suum peragendum; ut clerici arma militaria non contingant; ut missi dirigantur qui inquirant, si præcepta de rebus ecclesiasticis ad proprium sint facta; de hæresi simoniaca; ut a nullo sedes episcopalis, proprio infirmante episcopo usurpetur; ut canonici infra Dormitorium dormiant; ut monachi ad Palatium non veniant, nisi causa obedientiæ, exceptis abbatibus; ut laici decimas de ecclesiis non contingant; de sanctimonialibus contra auctoritatem nuptis; de sponsis aliorum; de sepulturis infra ecclesiam, *ibid.*, 547. — De pace et concordia atque unanimitate, *ibid.*, 553.

Decreta statuta in conventu Ticinensi et Marsnam, CXXXVIII, 568-575. — Decreta conventus Moguntini, scilicet de concordiæ episcoporum comitumque fidelium; de potestate episcoporum, *ibid.*, 581. — De decimis exquirendis; ut nullus audeat immunitates infringere, *ibid.*, 582, 583. — Ut episcopi venationem non exerceant, *ibid.*, 584. — De continentia presbyterorum; de excusatione presbyterorum et diaconorum, *ibid.*, 585. — De infantibus oppressis; de adulterio; de homicidio; de concubinis, *ibid.*, 586, 587. — De operibus servilibus quæ diebus dominicis non sunt agenda, *ibid.*, 587. — De his qui uxorem habent et concubinam, de parvulis infirmis baptizandis; ut nullus presbyter alii suam parochiam intervenire præsumat, ut nullus alterius clericum solli citet; ut nullus presbyter munera dare præsumat ut alterius ecclesiam subripiat, *ibid.*, 587-589. — Decreta in synodo apud Vermeriam, *ibid.*, 595. — Decreta in synodo apud Valentianas, *ibid.*, 599. — Decreta conventus apud Lendicam, *ibid.*, 605. — Decreta conventus Attiniacensis, *ibid.*, 607, 609, 617. — Capitula ad Francos et Aquitanos missa de Carisiaco, *ibid.*, 631, 637. — Decreta statuta in conventu apud Sanctum Quintinum, *ibid.*, 650. — Decreta statuta in conventu Carisiacensi, *ibid.*, 651. — Decreta statuta in concilio Mettensi, *ibid.*, 653. — Decreta statuta in conventu apud Saponarias, *ibid.*, 657. — Decreta statuta in conventu apud Carisiacum, *ibid.*, 681. — Decreta statuta in synodo Pistensi, *ibid.*, 683. — Decreta statuta in conventu ad Sablonarias, *ibid.*, 691. — Pactum Tusiacense, *ibid.*, 717. — Decreta statuta in conventu Mettensi, *ibid.*, 731. — Decreta statuta in conventu apud Pistas, *ibid.* — De pactione Aquensi, *ibid.*, 741. — De conventu in villa Gundulfi, *ibid.*, 745. — Capitulare Carisiacense, *ibid.*, 745, 773. — De conventu Attiniacense, *ibid.*, 751. — Capitula diversa de personis ecclesiasticis, *ibid.*, 753, 761. — De synodo Pontigonensi, *ibid.* — Edictum de tributo Northmannico, *ibid.*, 771. — Decreta statuta in conventu Furonensi, *ibid.*, 785. — Decreta statuta in conventu Confluentiæ, *ibid.*, 817.

KARLOMANUS rex. — Communi fidelium nostrorum consilio statutum habemus, et rapinam nullus deinceps faciat, aut facienti consentiat, *ibid.*, 791. — Ut rapina quæ retro est acta, cum omni diligentia emendetur, et condignam pro hoc Harmiscaram is qui eam fecit sustineat. — Ut si quis post hunc conventum et bannum nostrum rapinam faciens inventus fuerit, is cujus homo eam fecerit, eum ad legalem emendationem in præsentiam nostram adducat; quod si eum adducere non potuerit, pro eo secundum statuta legum emende. Eum autem qui justitiam fugerit, sciant omnes esse forbannitum, ita ut nullus eum nisi ad præsentandrum recipiat, *ibid.*, 791. — Ejusdem imperatoris capitula apud Vernis Palatium, *ibid.*

LAMBERTUS imperator. — *Conventus Ravennat.* : Si quis sanctorum Patrum regulas contempserit et gloriosissimorum imperatorum, quæ de ecclesiasticis decimis in eorum capitularibus statuta atque sancta sunt, non observaverit; et qui dat ei qui recipit, auctoritate sanctæ Sedis apostolicæ et sanctione sanctæ synodi excommunicationi subjaceat, CXXXVIII, 809. — Si quis Romanus, cujuscunque sit ordinis, sive de clero, sive de senatu, seu de quocunque ordine gratis ad imperialem majestatem venire voluerit, aut necessitate compulsus ad nos voluerit reclamare; nullus ei contradicere præsumat, et neque eorum res quispiam invadere vel deprædari, aut eorum personas in eundo vel redeundo vel morando inquietare præsumat, donec liceat imperatoriæ potestati eorum causas aut personas aut per missos deliberare. Qui autem eos inquietare eundo, redeundo vel morando tentaverit, vel eorum quidpiam rerum auferre, postquam per misericordiam se proclamaverint, imperialis ultionis incurrat indignationem, *ibid.*, 811. — Ut privilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod a priscis temporibus per piissimos imperatores stabilitum atque firmatum est, ita nunc firmetur et sicut condecet immutilatum servetur, ac sancta Romana ecclesia mater nostra exaltetur, protegatur, ac defendatur, *ibid.*, 811. — Ut synodus quæ in basilica B. Petri apostoli pro nonnullis malis eradicandis et maxime pro causa... imperiali consensu, etc., *ibid.*

Capitulare. — Ut comes inter honores suos rapinam exercitus legi subjiciat, *ibid.*, 812. — Ut imperiales homines ad colloquium sive servitium imperatoris properantes suis stipendiis sint contenti, *ibid.*, 813. — Ut nullus comitum Arimannos in beneficia suis hominibus tribuat. — Ut homines comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent, ibique resideant. — Ut scriptoribus publicis nullatenus interdicatur res Arimannorum transcribere, si quando eis fuerit opportunum. Quod si occasione vitandi exercitus aut placitum venditæ fuerint, et ipsi eas pendere supersederint, exigatur ab eis utrumque, sicut ante transcriptionem, CXXXVIII, 813. — Ut ipsi Arimanni frequentius quam in lege statutum est, ad placitum ire non cogantur, nec a comitibus nec a sculdalisiis. — Ut bannum missi exercitus imperialis solummodo exigant. — Ut passus imperatoris ab episcopis et comitibus, secundum antiquam consuetudinem solvatur. Quod si novo tempore fiscus comitalis in jus conversus est ecclesiasticum, augeatur stipendium imperiale ab ecclesia, juxta

quod res publicæ fuerint minoratæ. — Ut omnis decimatio ab episcopis, vel his qui ab eo substituti sunt præbeatur, nullasque eam ad suam capellam, nisi forte concessione episcopi, conferat. Quod si fecisse contigerit, primum legibus subjaceat humanis, postea excommunicatione populi constrictus, ad ultimum ipsa capella, quæ magis contentionem quam utilitatem aliquam præstat, destruatur. — Ut plebes ecclesiæ nullatenus aut comitibus, aut episcoporum vassallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur. — Ut in domibus ecclesiarum neque missus, neque comes, vel judex quasi pro consuetudine neque placitum neque hospitium vindicent, sed in publicis vicis domos constituant, in quibus placitum teneant, et secundum antiquam consuetudinem hospitentur, *ibid.*, 814 — Ut singulæ plebes archipresbyterum habeant. Propter assiduam ergo populi Dei curam singulis plebibus archipresbyteros præesse volumus, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam eorum presbyterorum qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiant, et qua unusquisque industria divinum opus exerceat, episcopo suo renuntient. Nec obtendat episcopus non egere plebem archipresbitero. Quod si ipse gubernare valeat, quia est valde idoneus, decet tamen ut partietur onera sua, et sicut ipse matrici præest, ita presbyteri præsint plebibus, ut in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen ad episcopum referant, nec aliquid contra ejus decretum ordine præsumant, *ibid.*

LANDULPHUS, Beneventanus princeps. — Constitutio cum Gregorio VII papa, CXLVIII, 301.

LEOTALDUS, comes Matisconensis. — Donatio ab illo facta monasterio Cluniacensi, CXXXIII. 841.

LICINIA EUDOXIA Augusta — Epistola ad Theodosium imperator., de Ecclesiæ catholicæ perturbatione, LIV, 861.

LIUTRANDUS, Langobardorum rex. — Decretum quo statuuntur census persolvendi a Comaclensibus in sale advehendo per portus Langobardiæ, LXXXVII, 1343. — Judicatum quorumdam episcoporum jussu hujus regis congregatorum ad dirimendam controversiam de quibusdam parœciis, vertentem inter episcopum Arretinum et Senensem, cum sententia in favorem Arretini antistitis, *ibid.*, 1354. — Decretum regis ea de re, *ibid.*, 1358.

LOTHARIUS I, rex. — Constitutiones Olonnenses, an. 823, XCVII, 447. — Capitulare episcopis datum, *ibid.*, 455. — Constitutio Romana, *ibid.*, 457. — Constitutiones in Maringo (823). *ibid.*, 461. — Capitula Aquisgranensia (825), *ibid.*, 463 — Constitutiones Olonenses (825), *ibid.*, 473. — Capitula excepta (826), *ibid.*, 481, et 487. — Varia alia capitula mixta cum Capitulis Caroli Magni et Lotharii I imperatorum, *ibid.*, 489, 675.

LOTHARIUS Francorum rex — Epistola ad Nicolaum papam. Conqueritur quod pontifex nimium de ipso ejus æmulis credat. Dolere se significat de Theusgaudi et Guntharii excommunicatione. Cæterum purgans se de omnibus, paratum se ostendit coram pontifice adversariorum calumnias refellere, CXXI, 371. — Epistola ad eumdem, ut excommunicationem ob consortium cum Waldrada comminatem effugiat, suum ad Nicolaum, Romam adventum nuntiat, et ut eum spe bona ludificet episcoporum ad eumdem legationem decernit et auxilium contra Saracenos, si opus sit, ei pollicetur, *ibid.*, 374. — Epist. ad Adrianum II papam. De Nicolai obitu certior factus, has litteras ad ejus successorem Adrianum scribit, rogans ut quod a Nicolao obtinere non potuit, ab eo impetraret, suum Romæ adventum, *ibid*, 376. — Charta de S. Amando Cluniacensi monasterio concesso tempore Maioli abbatis, CXXXVII, 779. — Edictum quo Eboni Remorum archiepiscopo sedem et diœcesim Remorum restituit, CXXXVIII, 525. — Decreta de bono pacis in religionis exercitio, *ibid.*, 554. — Epistola ad Innocentium II papam. Conqueritur de Hugone archiepiscopo Rothomagensi quod obedientiam ab abbatibus exigat, CLXXIX, 669.

Conventus ad Theodonis villam. — Sic iste imperator suas leges orditur : « Novis sanctæ Ecclesiæ ab exordio suo variis sæpe perturbationibus mersa, sed excitato fidelium precibus gubernatore suo Christo nunquam est usquequaque demersa. Quæ quondam etiam, ut nunc videtur, pene collapsa, progenitorium regum studio et devotione, est auctore Deo juxta modum divinitus concessum recuperata. Unde immensas Domino Deo nostro laudes referimus, qui et corda vestra ad intentionem similem excitavit. Et post vestigia patrum vestrorum, quibus per temporale regnum ad æternum pervenialis ire velle docuit et inspiravit. Vestræ nihilhominus nobilissimæ dominationi multimodas gratiarum actiones rependimus, quia ad evitandum et vestrum et nostrum periculum, et ad communem totiusque populi providend.m salvationem, bonam et beneplacitam Dei voluntatem subsequi, et divinum consilium, secundum præceptum Domini quo dicitur : « Interroga sacerdotes legem meam, » et « Interroga patres tuos et annuntiabunt tibi, » a nobis quamquam indignis, Christi tamen vicariis quærere et benigna devotione velut severa ex ore ipsius Dei exspectare dignamini. Quod humilitatis vestræ supernum donum sancta Ecclesia cum tanto gaudio suscipit, ut de vobis etiam in consolatione sua sibi dictum a Domino aptare velit : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, » id est pro istorum progenitoribus, qui in paterno affectu ditaverunt et ampliaverunt ac coluerunt, nati sunt tibi isti filii qui in te et paterna munera resarciant, recuperent et conservent, et fideli devotione et bonæ indolis adolescentes me super eos intendente, eisque manum solatii porrigente, tueantur et excolant, CXXXVIII, 535... sequantur leges, *ibid.*, 536 *et seqq.*

LOTHARIUS II imperator. — *Sacramentum regis :* Et ego, quantum sciero et rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque vestrum secundum suum ordinem et personam honorabo et salvabo, et honoratum ac salvum absque ullo dolo ac damnatione vel deceptione conservabo, et unicuique competentem legem et justitiam conservabo. Et qui illam necesse habuerit et rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis rex suos fideles per rectum honorare et salvare, et unicuique competentem legem et justitiam in unoquoque ordine conservare et indigentibus et rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per studium aut malevolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum et possibilitatem donaverit, et si per fragilitatem contra hoc mihi subreptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntarie illud emendare curabo, CXXXVII, 632. — Et diversa sunt decreta ecclesiastica a col. 633 ad 671, *ibid.*

Tantum quædam hic submittemus decreta hujus regis :

Capitula ab omnibus conservanda. — Ut omnium præteritorum malorum et contrarietatum, et supplantationum et malorum machinationum, atque molitionum seu nocimentorum invicem actorum, abolitio ita inter nos et apud nos fiat, et a nostris cordibus penitus avellatur cum omni malitia et rancore et nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali vel contrarietatis, atque exprobrationis seu improperii, de cætero exinde quiddam veniat. — Ut tanta inter nos, Domino cooperante, veræ charitatis benignitas abhinc inante semper maneat de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, sine dolo et simulatione, ut nemo suo pari suum regnum aut suos fideles, vel quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regium pertinet, discupiat aut forconsiliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendaria seu detractiones acceptet, CXXXVIII, 671 *et seqq.*, usque ad col. 676.

LUDOVICUS I, PIUS rex Francorum. — Capitulare, (816), XCVII, 371. — Constitutio de liberis et vassalis, *ibid.*, 371. — Constitutiones Aquisgranenses (817), *ibid.*, 373. — Capitula monachorum (817), *ibid.*, 379. — Capitulare Aquisgranense generale (817), *ibid.*, 393. — Encyclica ad archiepiscopos (817), *ibid.*, 417. — Constitutio de servitio monasterium (817), *ibid.*, 423. — Capitula legi Valicæ addita (819), *ibid.*, 437. — Responsa misso cuidam data (819), *ibid.*, 439. — Capitula Longobardica (819), *ibid.*, 441. — Capitulare Aquisgranense (820) *ibid.* — Capitulare ad Theodoris villam (821), *ibid.*, 443. — Capitulare Attiniacense (822), *ibid.*, 445. — Præceptum de regalibus confirmandis papæ, XCVIII, 579. — Varia alia capitula mista cum capitulis Caroli Magni et Lotharii I, imperatorum, *ibid.*, 489, 675.

LUDOVICUS PIUS. — Charta de libertate Ariorum et Sagmaciorum, CII, 979. — Epistola ad Magnum archiepiscop. Senonens Mittit exemplum regulæ canonicorum decretæ in concilio Aquisgranensi, CIV, 1309. — Epist. ad Hieremiam Senonensem et Jonam Aurelianensem episcop. Commonitorium ipsis datum, cum legati Romam irent ad Eugenium II papam in causa imaginum, *ibid.*, 1316. — Epistola ad Eugenium II papam Ei mittit acta synodi Parisiensis, *ibid.*, 1317. — Epistola generaliter populo Dei legenda, de convocatione quatuor conciliorum *ibid.*, 1319. — Epistola Cæsarea generaliter populo Dei legenda, quam ex placito Aquisgranensi misit de conciliis episcoporum in quatuor imperii partibus congregandis, *ibid.*, 1321. — Epistola ad Aldricum episcop. Canomanensem de quibusdam rebus alienatis ejus ecclesiæ, *ibid.*, 1326. — Epist. ad Hilduinum abbat. S. Dionysii. De colligendis in unum corpum iis quæ in Græcorum historiis de S. Dionysio passim scripta repererat *ibid.*, 1326,

1528. — Præceptum de missione S. Anscharii ejusque ordinatione, CXVIII, 1033.

LUDOVICUS II, Francorum rex. —Juramentum lingua Romana, CXXXVIII, 828. — Quædam decreta circa religionem, CXXXVIII, 534.

Conventus in villa Sparnaco, quia factione quorumdam motus est animus ipsius regis contra episcopos, dissidentibus regni primoribus sui ab eorumdem episcoporum admonitione et remotis ab eodem concilio episcopis ex omnibus illis capitulis hæc tantum observanda et complacenda sibi collegerunt, et episcopis scripto tradiderunt, dicentes non amplius de eorum capitulis acceptasse quam ista, et ista se velle cum principe observare.

Hæc sunt capitula : De honore et cultu ecclesiarum, de honore episcoporum et veneratione servorum Dei, de justitiis, ut cautela fiat ergo eos qui causa juventutis aut insipientiæ in aliquo fallunt, sive contemnunt admonitionem episcoporum, ne subito aut incaute damnentur anathemate, de his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur, de precariis, de hospitalibus, de rapacibus, ut episcopis templum congruum observetur ad suum ministerium peragendum ut clerici arma militaria non sumant, ut missi dirigantur qui inquirant, si præcepta a vobis de rebus ecclesiarum ad proprium sint facta, de hæresi simoniaca, ut a nullo sedes episcopalis, proprio infirmante episcopo usurpetur, ut canonici infra dormitorium dormiant, ut monachi ad palatium non veniant, nisi causa obedientiæ, exceptis abbatibus ut laici decimas de ecclesiis non contingant, de sanctimonialibus contra auctoritatem nuptis de sponsis aliorum, de sepulturis infra ecclesiam, CXXXVIII, 547, 554, 557, 561.

Capitula de ordinibus ecclesiasticis, CXXXVIII, 565, 576. — De concordia episcoporum comitumque fidelium, de potestate episcoporum, de decimis exquirendis, *ibid.*, 581, 582. — Ut nullus audeat immunitates infringere, ut hæredes ecclesiam non dividuntur, *ibid.*, 583. — Ut episcopi venationem non exerceant, de continentia presbyterorum, *ibid*, 584, 585 — De excusatione presbyterorum et diaconorum, de infantibus oppressis, de adulterio, de homicidio, de concubinis, de homicidiis, *ibid*, 586, 587. — De operibus servilibus quæ diebus dominicis non sunt agenda de his qui uxorem habent et simul concubinam, de parvulis infirmis baptizandis, ut nullus presbyter alii suam parochiam intervenire præsumat, ut nullus alterius clericum sollicitet, ut nullus presbyter numera dare præsumat alterius ecclesiam subripere, *ibid.*, 586, 587, 588. — De presbyteris qui habuere conjugia, ut presbyteri honorem habeant, non licet in quadragesima festa celebrare, non licere clericis spectaculis ludicris interesse, non licere missam cantare in domo, *ibid*, 588, 590.

Leges — Perventum est ad nos quod eos qui Romam orationis causa pergunt, vel qui negotiandi gratia per regnum nostrum discurrunt, collecti latrones diripiant, eosque aliquoties verberent vel occidant, et bona eorum diripiant. Ideo volumus ut comites nostri eorumque sculdassi, adjunctis secum vassalis episcoporum, si necessitas fuerit, ubicunque tales audierint studiosissime perquirant et eos capiant atque distringant. Et si hujus criminis reis invenerint, pœnas in legibus positas, ergo eos absque ulla negligentia exsequantur, ut ab his malefactoribus regnum nostrum purgetur, et qui in nostra fiducia huc veniunt, sive orationis sive negotiandi causa, salvi esse possint. Sciat autem unusquisque fidelium nostrorum, quia quicunque comes, aut quilibet publicus minister, hujusmodi malefactoribus aut assensum præbuerit; aut eos persequi neglexerit, nostræ indignationis motum sentiet, et proprio honore privatur, CXXXVIII, 573.

Sed et hoc comperimus quia ex diversis locis hujusmodi noxii homines inter se conspirent, et diversos comitatus circumeuntes, prædas et rapinas per villas, seu et per vias, vel per silvas faciant, et innocentes homines deprædentur et spolient; et hi quoque similiter volumus, ut diligenti studio perquisiti capiantur et distringantur. Et si obnoxii hujus sceleris inventi fuerint legalibus pœnis absque ulla dilatione subigantur, et hujusmodi inquietudo et injusta direptio, a populo nostro auferatur, et liceat omnibus sub nostra ditione degentibus; cum salvatione et pace vivere, ut ordo rei publicæ secundum justam administrationem provisus salvus et quietus permaneat, CXXXVIII, 574, et alia... ad 790; et a col. 609, 622.

Primo omnium discutienda est sacerdotum fides qualiter credant, et alios credere doceant, ubi exempla proponenda sunt, qualenus a creatura Creator quantulumcunque intelligit possit, CXXXVIII, 623.

Secundo jubendum ut oratio Dominica in qua omnia necessaria humanæ vitæ comprehendantur et symbolum apostolorem in quo fides catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam Latine quam barbarice, ut quod ore profitetur corde credatur et intelligatur, CXXXVIII, 623

Tertio intimandum est, ut ad salutationes sacerdotales congrue responsiones discantur, ubi non solum clerici et Deo dicatæ sacerdoti responsionem offerant, sed omnis plebis devota consona voce respondere debet...

Quarto ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus discatur, et ex corde omni Dominica ad horam primam recitetur, etc., etc.

Aliæ sunt adhuc leges ecclesiasticæ a col. 623 ad 651, tom CXXXVIII.

Epistola ad Cistercienses de Ecclesia et monasterio Fontanarum, CLXXXV, 1145. — Epistolæ rogatoriæ ut festum S. Bernardi abbatis solemnizetur, CLXXXV, 1655. — Charta de Pedagio quod est apud Monsteriolam, et super exactionibus quas dedit Ecclesiæ Cluniacensi, CLXXXIX, 1061. — Contra hæreticos, vulgo Populicanos dictos per tractus Flandricos vagantes, CC, 1376. — De cæde S. Thomæ, CC, 1376. — Hortatur pontificem ad resecanda sua auctoritate vitia, CC, 1378.

LUDOVICUS IV, rex Francorum. — Præceptum de quibusdam ecclesiis et locis Cluniacensi cœnobio concessis tempore S. Odonis Cluniacensis abbat., CXXXIII, 859.

LUDOVICUS VI, rex Francorum (an. 1121). — Scribit se numquam toleraturum subjectionem quam ab archiepiscopo Senonensi exigebat, primas Lugdunensis, CLXIII, 1339.

LUDOVICUS VII, Junior dictus. —Epistola ad subditos suos in regno Franciæ constitutos, de captione et liberatione sua, CLV, 1281.

MACCABÆUS, rex Scotorum. — Hujus regis ista fuerunt statuta : Christo initiatum ad profanum judicem non vocato; vocatum comparentemve non judicato, sed ad sacros antistites remittito. Decimam partem terræ nascentium pastoribus Ecclesiarum libere conferto; Deumque semper votis et oblationibus consuetis adorato. Qui pontificis auctoritatem annum totum exsecratum contempserit, neque se interim conciliarit, hostis reipublicæ haheto; qui vero duos annos in ea contumacia perseveravit, fortunis omnibus multato; si quis quempiam, cujus ipse sumptibus aut victu non aliter quotidiano, ad Ecclesiam, seu ad publicum conventum, seu ad forum nundinave comitatus ut assecla fuerit, capitis reus esto, CLI, 1189.

MONAXIUS, præfectus prætorii. — Edictum exsilium minans in sectatores hæreseum Pelagianistarum, LVI, 492.

MARCIANUS, imperator. — Epistola ad Leonem archiepiscopum Romæ. Epistola qua ei significat eos quos miserat ad se semper hilariter suscepisse; quare cum omni alacritate eo se conferre dignetur et synodum celebrare; vel si hoc grave ei videbitur, suis litteris significet, ut, sacris episcopis vocatis, in qua civitate placuerit, fidei convenientia decernantur, LIV, 903. — De fide apud Chalcedonem roborata et pace Ecclesiæ restituta gratulatur; fidem juxta litteras S. Leonis papæ synodo esse expositam; petit ut sedi Constantinopolitanæ secundus locus juxta statuta secundæ et quartæ synodi tribuatur, etc., LIV, 970. — Epistola ad Leonem papam, confirmationem synodi Chalcedonensis a pontifice uti necessariam petit. Ejus constantiam in vindicandis canonibus et novitate reprimenda laudat, LIV, 1017 — Epistola ad Anatolium episcop. Constantinopolitan. De synodo Chalcedonensi convocanda. De illo imperatore detur notio, dum hæc mandat : « Omnibus negotiis divinæ res sunt præponendæ. Deo enim omnipotente propitio rempublicam et conservandam et meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam in orthodoxa religione nostra videntur esse commissæ, sicut etiam epistola reverendissimi viri episcopi almæ urbis Romæ Leonis testatur, id specialiter clementiæ nostræ placuit ut venerabilis synodus in Nicæna civitate provinciæ Bythiniæ celebretur, quatenus convenientibus animis et omni veritate discussa, cessantibus etiam studiis quibus antehac nsi quidam sacrosanctam orthodoxam religionem conturbasse noscuntur, vera fides nostra cuncto sæculo manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio vel discordia. Qua de re sanctitas tua cum quibus placuerit reverentissimis episcopis quos de Ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis, idoneos et instructos orthodoxæ religionis esse probaverit; ad prædictam Nicænam civitatem intra diem Kalendarum Septembrium ire deproperet. Sciat autem religio tua etiam serenitatem nostram venerabili synodo interfuturam, nisi forte nos

publicæ necessitates in expeditionibus detinuerint, » LVI, 527.

Cum pervenisset piissimus et fidelissimus imperator Marcianus, ad venerab. synodum sic locutus est : « Ubi primum divino judicio ad imperium sumus electi, inter tantas necessitates reipublicæ, nulla nos magis causa constrinxit quam ut orthodoxa et vera fides Christiana, quæ sancta atque pura est indubitata omnium animis insideret. Constat enim avaritia vel studiis quorumdam per media tempora nonnullis diversa sentientibus, et pro voluntate sua, non prout veritas ac doctrina Patrum postulat, populos seducentibus, in errorem quam plurimos esse deductos. Qua de re sanctam synodum hoc videlicet proposito fieri studuimus, et vobis laborem indixisse videmur, quatenus omni caligine atque errore deterso, prout se Divinitas hominibus manifestare voluit, et doctrina Patrum ostendit, religio nostra, quæ pura et sancta est, universorum mentibus insinuata suæ veritati luce fulgescat; nec in posterum audeat quisquam de divinitate Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi aliter disputare quam apostolica prædicatio et instituta trecentorum decem et octo sanctorum Patrum eidem convenientia posteritati tradidisse noscuntur; sicut etiam sancti Leonis papæ urbis Romæ qui Sedem apostolicam gubernat, missa ad sanctæ memoriæ Flavianum Constantinopolitanæ urbis episcopum scripta testantur. Remotis itaque studiis, ablatis patrociniis, cessante avaritia, cunctis veritas innotescat. Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi principis Constantini synodo interesse voluimus, ne vel alterius pravis persuasionibus populi separentur. Facile enim simplicitas quorumdam hactenus nonnullorum. Ingeniis atque superflua verbositate decepta est; et constat diversorum pravis insinuationibus dissensiones et hæreses natas. Studium autem nostrum est ut omnis populus per veram et sanctam doctrinam unum sentiens in eamdem religionem redeat, et veram fidem catholicam colat, quam secundum institutiones Patrum exposueritis. Concordantibus ergo animis, religio vestra festinet quatenus sicut a Nicæna synodo usque ad proximum tempus erroribus amputatis vera fides cunctis innotuit, ita et nunc per hanc sanctam synodum remotis caliginibus, quæ in his paucis annis, pravitate atque avaritia quorumdam emersisse videntur, perpetuoque statuta fuerint conserventur. Erit autem divinæ majestatis, id quod sancto animo fieri desideramus in æternum firmiter custodire, » LVI, 527-530.

